**ΞΥ'ΛΟΝ ΕΙ'ΡΚΤΗ~Σ, lignum carceris.* סַד, *cippus, pedica, nervus. Symm.* Iob. XIII, 27. Potest quidem *pedica, nervus* commode ξύλον εἱρκτῆς dici, et hac ratione certe nihil haberet haec versio, quod emendatione egere videretur. Nihilo minus tamen, quia *Symmachum* linguam graecam bene callentem nullo modo latere potuit, *instrumentum detentionis*, quod hebr. סַד, ac graece ποδοκάκη dicitur, etiam simpliciter ξύλον vocari (vide supra s. ξύλον), ac, si lectio impressa retineretur, vox antecedens וְתָשֵׂם a *Symmacho* omissa esset, pro εἱρκτῆς reponere mallem εἵρξεις, ab εἵργω, *coerceo: sub ligno seu compede coercebis pedem meum.* שׂוּם enim in hac orationis serie est i. q. כָּלָא.

ΞΥ'ΛΑ ΚΕΙ'ΜΕΝΑ, ligna iacentia. מְדוּרָה, *pyra, rogus.* Ies. XXX, 33.

'ΑΠΟ' ΤΟΥ~ ΞΥ'ΛΟΥ, a ligno, h. e. *a cruce.* Psalm. XLV, 10. *Iustin. M. Dial. c. Tryph. Iud.* p. 298. affirmat, in graeca versione sui temporis fuisse haec verba addita post ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, sed postea ab Hebraeis abrasa esse et sublata. Antiquitus in quibusdam graecis libris lecta esse haec verba, inde perspicitur, quod non solum in *antiqua Itala* et apud *Augustinum* in *Enarrat.* h. Ps. p. 714. idem additamentum locum habet, sed et *Tertullianus* confirmat *adv. Marc.* lib. III. cap. 19. Hos quoque secutus est *Genebrardus*, qui statuit, haec verba addita esse a LXX prophetice, et *Agellius*, qui putat, pro אַף, *etiam*, quod hodie in hebraeo est, olim in aliquibus hebr. libris fuisse עֵץ. Sed equidem nullus dubito, quin verba haec, quae in nullo codice graeco et latino reperiuntur, adulterina sint, et christiana devotione addita. Conf. *Sam. Petiti Var. Lect.* lib. IV. c. 9. — Vide quoque supra ἀκάνθινος et ἄσηπτος.

ΞΥΛΟΠΕ'ΔΗ, lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur. סַד, *cippus. Aqu.* Iob. XIII, 27.

ΞΥΛΟΦΟΡΙ'Α, lignorum portatio vel deportatio. עֵץ, *lignum.* Nehem. X, 34. Ita *Bielius* ac *Trommius.* Sed ibi ξυλοφορία potius respondet hebr. קָרְבַּן הָעֵצִים, *oblatio lignorum.*

ΞΥΛΟΦΟ'ΡΟΣ, lignum portans, lignifer, calo. עֵץ, *lignum.* Nehem. XIII, 30. Ita *Bielius.* Sed hic quoque mihi τῶν ξυλοφόρων potius ad לְקָרְבַּן הָעֵצִים, *oblationi lignorum*, referendum esse videtur, ita tamen, ut loco δένδρων in ante-

cedentibus ἔργον reponatur. — חֹטֵב עֵץ, *caedens lignum.* Ios. IX, 21. 27. Lectio ξυλοφόρος, quam solus cod. *Oxon.* habet, mihi suspecta est. Fortasse legendum ξυλοκόπος, ut reliqui libri exhibent, aut ξυλοτόμος. Sequens ὑδροφόροι fortasse huic errori ansam dedit. Statui tamen quoque potest, duas actiones, quae se invicem fere excipiunt, h. l. coniunctas esse. Idem valet de versione *Inc.* qui Deut. XXIX, 11. חֹטֵב עֵצִים per ξυλοφόρος expressit.

ΞΥΛΟ'Ω, *ligno tego, contigno.* חָפָה, *tego, obtego.* 2 Par. III, 5. τὸν οἶκον ἐξύλωσε ξύλοις κεδρίνοις, domum texit vel contignavit lignis aut tabulis cedrinis. — סָפַן, *contabulo, tego, obtego.* Ierem. XXII, 14. — עֵץ, *lignum.* Ezech. XLI, 16. Ita *Bielius Trommium* secutus. Sed ibi quoque pro ἐξυλωμένα in textu hebr. legitur שְׂחִיף עֵץ, *opertum ligno.*

ΞΥΝΩΡΙ'Σ, attice pro συνωρὶς, *bigae, par equorum aut mulorum currum trahentium,* a συνείρω, *connecto.* צֶמֶד פָּרָשִׁים, *par equitum.* Ies. XXI, 9. *Suidas:* ξυνωρὶς· τὸ μὴ πλῆρες ἅρμα, ἀλλ' ἐκ δύο ἵππων συνεστὸς, ὃ νῦν δίφρον καλοῦσι. *Hesych.* ξυνωρὶς, συζυγία. ἢ ἅρμα ἐκ δύο ἵππων συνεζευγμένον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ξυνωρὶς, ἅρμα ἐκ δύο ἵππων συνεζευγμένον. *Philoxenus: Biga,* ξυνωρίς. Conf. *Spanhem.* in *Callimach.* p. 534. et *Schefferum de re vehicul.* lib. I. c. 2. p. 11. sequ. et lib. II. c. 11. p. 144.

ΞΥΡΆΩ et ξυρέω, *rado, tondeo.* גִּלַּח Pih. idem. Gen. XLI, 14. ἐξύρησαν αὐτὸν, *tondebant* illum. Vide et Iud. XVI, 20. Ies. VII, 20. Lev. XIV, 8. ξυρήσεται αὐτοῦ πᾶσαν τὴν τρίχα, *radet* omnes pilos suos. Lev. XIV, 9. πᾶσαν τὴν τρίχα (pro κατὰ π. τ. τρ.) αὐτοῦ ξυρηθήσεται, omnibus pilis suis *radetur.* Num. VI, 9. et 19. Ezech. XLIV, 20. et conf. Act. XXI, 34. Iud. XVI, 22. ἐὰν ξυρήσομαι, sc. κατὰ τὴν κεφαλὴν, si *radar* capite meo. — גָּרַע, *succido.* Ierem. XLVIII, 37. — קָרַח, *glabro me.* Lev. XXI, 5. Ier. XLVIII, 37. Adde *Inc.* Ezech. XXVII, 31. Adde Ep. Ierem. v. 28.

ΞΥ'ΡΗΣΙΣ, *rasura, tonsura.* קָרְחָה, *calvitium.* Ies. XXII, 12. *Inc.* et *LXX* sec. libros quosdam Mich. I, 16.

ΞΥΡΟ'Ν et ΞΥΡΟ'Σ, *novacula, culter tonsorius.* מוֹרָה, idem. Iud. XIII, 5. sec. *Hex.* Iud. XVI, 18. — תַּעַר. Num. VI, 5. Psalm. LI, 2. Ierem. XXXVI, 23. et alibi. Adiective ξυρὸς est *acutus, ad radendum et scalpendum aptus.*

*ΞΥΣΤΗ'Σ, i. q. ξυστὴρ, *rasor, sculptor.* חֹצֵב, *caesor.* 2 Reg. XII, 12. sec. ed. *Compl.*

ΞΥΣΤΟ'Σ, *rasus, rasilis, politus, tersus.* חָזִית, *caesura.* 1 Par. XXII, 2. Amos. V, 11. In utroque loco libri nonnulli pro ξυστοὺς habent ξεστούς. 3 Esdr. VI, 9. ubi respondet chald. גְּלָל, *politura.* Esdr. V, 8. ut etiam 3 Esdr. VI, 25. coll. Esdr. VI, 4. Sir. XXII, 18.

ΞΥΣΤΩΤΟ'Σ, *complanatus.* פְּקָעִים, *colocynthides. Aqu. Theod.* 1 Reg. VI, 18. ξυστρωτά, *complanata, rasa.* Num a בָּקַע derivarunt? quod olim *complanandi* notionem habuisse ex בִּקְעָה, *vallis*, apparere puto? Nam ξύστρον idem cum λίστρον, *plana ferrea*, unde ξυστρόω s. λιστρόω, *pavio*, *complano*, *rado*, et ἀποξυστρόω, *hebeto aciem auferendo, ne radere possit.* Vide *Drusium* in *fragm. vett. Intt. GG.* p. 261.

ΞΥ'Ω, *rado*, *scalpo*, sive: *radendo aut scalpendo polio.* Vide supra s. v. ἰχώρ.

O.

'O, οἱ, *articulus praepositivus* in singulari et plurali. Cum nominativis vocativi partem agit. Nehem. I, 5. Psalm. XLIV, 8. 9. Conf. Apoc. XV, 3. 2 Reg. XX, 18. ὁ εἶπε κύριος, ubi ὁ vitiosum et sine dubio ex σοὶ ortum esse videtur. Certe ita legit *Arabs.* – Pro בֵּן, *filius*, legitur Ioel. I, 1. ubi tamen pro τὸν scribendum videtur υἱόν. Ps. XXXIV, 8. pro ὃ μὴ οἶδεν in fragmentis *Symmachi* reponendum erit sine dubio ἣν μὴ ο., ut illud ἣν ad παγίδα in antecedentibus referatur. Certe ita legitur in *Catena* PP. GG. T. I. p. 625. – *זֶה. Ps. LXVII, 9. ubi tamen pro τοῦ σινᾶ legere mallem τοῦτο σινᾶ, *iste Sinai.* Istam enim lectionem habet cod. *Vat.* ac testatur *Scholiastes*, alios libros habuisse τοῦτο. Sed ὁ quoque haud raro pro οὗτος ponitur. *Thren.* I, 12. οἱ πρὸς ὑμᾶς. Legendum οὐ πρὸς ὑμᾶς, nam respondet ibi hebr. לוֹא, pro quo לֹא legerunt. Legi quoque potest οἱ π. ὑ., *hei vos omnes*, ut sit vox dolentis. Ioel. II, 5. ubi οἱ ante ἱππεῖς mendose ponitur pro ὡς, ut coll. *Vatic.* habet et *Arabs.* Hos. IV, 15. ὁ λαὸς ὁ συνιῶν. Lectionem hanc, modo non ὅ, sed ὁ scribatur, contra alios, qui vel legunt ὁ μὴ συνιὼν, vel οὐ συνιὼν, vel οὐ μὴ συνιὼν, defendit *Mich. Rossal* in *Epist. Critica* ad *Petr. de Toullieu* adiecta *Dissertationi ad locum insignem Valerii Maximi* p. 12. sequ. 'Ο enim saepius pro diphthongo οὐ positum est, ut observant *Montfauc. Palaeogr.* p. 131. et *Heumannus* in *Explicatione N. T.* T. VIII. p. 243. qui hac de causa coniecturam *Scaligeri*, qui Phil. II, 30. pro παραβουλευσάμενος auctoritate codicis *Bibl. Puteanae* legendum existimat παραβολευσάμενος, inverso, ut aiunt, reiicit pollice. Confer eundem ibid. T. XI. p. 775. sequ. ad 2 Cor. III, 17. *Richard. Chandler.* in *inscriptt. antiquis in Asia minore et Graecia, praesertim Athenis collectis (Oxon.* 1774.) inscriptionem commemorat post tempora *Euclidis* factam, e qua evincit, quod Athenienses tunc nondum diphthongum ου receperint, sed eius loco semper ο scripserint. Dubio itaque caret, in cod. Romano apud *Hoseam*

l. l.' literis maioribus, et sine omni prorsus accentu vel spiritu, ut *Grammatici* vocant, scriptum esse *ὁ λαὸς ο συνιών*. Idem valet quoque de loco Hos. XIII, 13. ubi adeo non opus est, ut pro *ὁ φρόνιμος* cum *Montfauconio* legatur *οὐ φρόνιμος*. His quoque fortasse addendus erit locus Ies. IX, 3. ubi pro *ὃ κατήγαγες* *I. D. Michaelis Bibl. Or.* T. XIV. p. 133. legere mavult *οὐ κ.* 1 Macc. VII, 19. male nunc legitur *οἱ Ἀσιδαῖοι* pro *οἵτινες Ἀσιδαῖοι* etc. Interdum ponitur pro pronomine personali, v. c. Sap. V, 4. ubi *οἱ ἄφρονες* vertendum est *nos stulti*, ut omnis loci nexus clarissime docet. *Vulg. nos insensati. Τὰ μὲν, τὰ δὲ, nunc, nunc*, sive: *hic, illic.* Sap. XVII, 15.

'ΟΒΕΛΙ'ΣΚΟΣ, veru, veruculum, cuspis. Ita etiam a figura vocatur *lapis quadratus ingens, pyramide tamen minor*, etiam *obeliscus* vulgo dictus, et quidem ideo, quod in acumen desinat. חֲדוּדִים plur. *acumina.* Iob. XLI, 22. *Inc.* Ier. LII, 19. Adde 4 Macc. XI, 19.

'ΟΒΟΛΟ'Σ, obolus, nummus minutus, sexta pars drachmae. אֲגֹרָה, *numulus, obolus.* 1 Sam. II, 36. – גֵּרָה, *obolus.* Exod. XXX, 13. Num. III, 47. Ezech. XLV, 12. *Hesych. ὀβολὸς, νουμία καὶ τόκοι, καὶ εἴδη νομισμάτων, καὶ ἐν ἄστει δικαστικοὶ μισθοί.*

'ΟΓΔΟΗ'ΚΟΝΤΑ, octoginta. שְׁמֹנִים plur. Gen. V, 25. Exod. VII, 7. Num. II, 9. et alibi saepius.

'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΕ'Ξ, octoginta sex. שְׁמֹנִים וָשֵׁשׁ. Gen. XVI, 16.

**'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΟΚΤΩ', octoginta octo.* Tob. XIV, 2. sec. cod. *Alex.*

'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΠΕ'ΝΤΕ, octoginta quinque. שְׁמֹנִים וַחֲמִשָּׁה. 2 Reg. XIX, 35. Ies. XXXVII, 36.

**'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΤΡΕΙ͂Σ, octoginta tres.* שָׁלֹשׁ וּשְׁמֹנִים. Exod. VII, 7.

'ΟΓΔΟΗΚΟΣΤΟ'Σ, octogesimus. אַרְבַּע מֵאוֹת, *quadringenti. Al.* 1 Reg. VI, 1. *ὀγδοηκοστῷ.* Adde 2 Macc. I, 10.

"ΟΓΔΟΟΣ, octavus. שְׁמֹנֶה: שְׁמֹנָה. Gen. XXI, 4. 1 Par. XXIX, 17. et alibi. – שְׁמִינִי. Exod. XXII, 30. Levit. IX, 1. et alibi. – שְׁמִינִית, *instrumentum musicum octachordum, cithara octo nervis intenta. Aqu.* et LXX Psalm. VI, 1. *ὑπὲρ τῆς ὀγδόης*, sc. *χορδῆς, ad octachordum.* Ps. IX, 1. *Suidas: ὀγδόη· ἡ μέλλουσα κατάστασις.* Sumta sunt haec ex *Theodoreto* ad Ps. VI, 1. Vid. *Fischeri Clavis* p. 68. Adde 1 Par. XV, 21. sec. *Compl.*

'ΟΔΕΥ'Ω, in via ambulo, iter facio. דֶּרֶךְ, *via. Symm.* Iob. XXIX, 25. ubi pro hebr. *eligere viam* legitur *προαιρεῖσθαι ὁδεύειν. Vulg. si voluissem ire ad eos.* – הָלַךְ. *Symm.* Psalm. LXXXV, 11. *Inc.* sec. cod. *Norimb.* Ierem. IX, 3. Tob. VI, 5. *ὥδευον ἀμφότεροι*, iter faciebant ambo. – יָלַךְ, *eo.*

1 Reg. VI, 12. ἐὰν ὁδεύῃς τοῖς προστάγμασί μου, si ex legibus meis *vixeris*. *Hesych.* ὁδεύει, περιπατεῖ, ἀπέρχεται.

'ΟΔΗΓΕ'Ω, *sum viae dux, duco, praeeo.* *הָדָר, *decus.* Psalm. LXXXVIII, 16. ὁδήγησον, ubi pro בְּדַרְכְּךָ legerunt הַדְרֵךְ, quod *dirigere per viam* notat. – הִדְרִיךְ Hiph. *calcare facio.* Psalm. XXIV, 5. ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου, καὶ δίδαξόν με, h. e. *fac atque instrue* me, ut secundum praecepta tua, quae verissima sunt, *vivam*. Conf. Ioh. XVI, 13. Ps. CVI, 7. CXVIII, 135. – הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ, *ire facio.* Ios. XXIV, 3. Psalm. CV, 10. – הָלַךְ, *eo.* 2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 21. – הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio.* Num. XXIV, 8. – הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Psalm. XLIV, 6. LXXXV, 10. *Aqu.* Prov. IV, 11. – הֵנִיחַ Hiph. a נוּחַ, *quiescere facio.* Ies. LXIII, 14. ὡδήγησεν αὐτούς. Ita vel ob seriem orationis, vel vocum נוּחַ et נָחָה permutatione facta, transtulerunt. – חָנָה, *castra metor.* Deut. I, 33. Hic fortasse legerunt נָחָה. – נָהַג, *duco.* Psalm. LXXIX, 1. Cohel. II, 3. – נָחָה : הִנְחָה, Kal et Hiph. Exod. XIII, 17. XV, 13. Nehem. IX, 12. *Symm.* Psalm. LXXVII, 53. – *נָחַם, *consolor.* *Symm.* Iob. XXIX, 25. ubi יְנַחֵם, *consolatur*, derivavit non a נָחַם, sed a נָחָה, *ducere, abducere.* – *בְּתוֹךְ, *in medio.* Iud. XV, 5. *Trommio* hic legisse videntur הֵבִיא. Praeterea legitur Iud. XV, 4. ubi verba καὶ ὡδήγησε in ed. *Ald.* ex καὶ ἔδησε orta esse videtur. Vide s. δέω.

'ΟΔΗΓΟ'Σ, *viae dux.* הִתְיַחֵשׂ Hithp. *genus recenseo*, it. *generis recensio.* Esdr. VIII, 1. Subiecerunt h. l. voci hebraicae notionem linguis orientalibus quidem ignotam, sed seriei orationis admodum convenientem. Sap. VII, 15 Deus dicitur τῆς σοφίας ὁδηγὸς, h. e. *doctor sapientiae*, s. *qui sapientiam largitur.* *Vulg.* *dux.*

'ΟΔΙ'ΤΗΣ, *viator.* אֹרֵחַ, idem. *Syrus* Ierem. XIV, 8. *Suidas*: ὁδίτης, ὁδοιπόρος.

'ΟΔΟΙΠΟΡΕΙ'Α, *profectio*, *iter.* Sap. XIX, 5.

'ΟΔΟΙΠΟΡΙ'Α, idem. הֲלִיכוֹת, *itinera*, h. l. *peregrinantes.* *Inc.* Iob. VI, 19. ὁδοιπορίαι. Sap. XIII, 19. XVIII, 3. 1 Maccab. VI, 41. ubi *incessum* notat, ac de *militibus* usurpatur, ut apud *Xenoph. Cyrop.* I, 2, 10. γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις. Confer Ioh. IV, 6. et ad h. l. *Wolfium* p. 825.

'ΟΔΟΙΠΟ'ΡΟΣ, *viator.* אֹרֵחַ, idem. Iud. XIX, 17. – אֹרְחָה, *comitatus.* Gen. XXXVII, 24. – *הֵלֶךְ, *viator.* *Theod.* 2 Sam. XII, 4. – מְהַלֵּךְ part. Pih. *ambulans.* Prov. VI, 11. Sir. XXVI, 13 XLII, 3. *Hesych.* ὁδοιπόρος, ὁδίτης.

'ΟΔΟΠΟΙΕ'Ω, *viam seu iter facio*, *paro* ac *complano.* סָלַל, *aggero.* Iob. XXX, 12. Psalm. LXVII, 4. ubi *Aqu.* ἀποσκολοπίζειν, *Symmachus* autem καταστρωννύειν habet. – *עָבַר, *transeo.* *Theod.* Ies. LXII, 10. ὁδοποιήσατε. Non male.

Nam *transire per portas* h. l. notat *non sedere otiose intra portas, sed per eas patentes exire, et manum admovere operi reparandarum viarum publicarum*, ut *Dathius* ad h. l. recte observavit. Conf. etiam sequentia. – פִּלֵּס Pih. *libro*. Psalm. LXXVII, 55. ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. *Suidas* ad h. l. ὡδοποίησεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐκώλυσε τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ἔδωκε χώραν τῇ δικαίᾳ παιδείᾳ. Habere פִּלֵּס notionem *complanandi*, si de via adhibetur, satis notum est. Adde *Aqu.* Prov. IV, 26. – פִּנָּה Pih. *paro*. Ps. LXXIX, 10. Vox hebr. notat *eliminare, e conspectu removere omnia, quae molesta sunt, ac inprimis iter impedire possunt.* – פַּנּוּ דֶרֶךְ, *paro viam*. Ies. LXII, 10.

'ΟΔΟ'Σ, *via, limen, aditus, consuetudo, vivendi ratio, vita, actio, opus, doctrina, praeceptum*, it. *spatium, vices*. *אַחֲרַי, *post*. Prov. XXVIII, 23. ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου ὁδούς. Legerunt אֹרַח אָדָם, vel etiam אָדָם אָרְחוֹ, *reprehendens aliquem vitae parum honestae nomine*. – *אַחֲרִית, *postremum*. Ierem. XII, 4. οὐκ ὄψεται ὁ Θεὸς ὁδοὺς ἡμῶν, ubi pro אַחֲרִיתֵנוּ, *finem nostrum*, legerunt אָרְחֹתֵנוּ per metathesin literarum, non minus commode. – אַט, *lentitudo*. Gen. XXXIII, 14. ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ, ubi in Hebr. legitur: *ego me ducam pedetentim*, h. e. *ego lente sequar*, sensu eodem: nam qui lente iter facit, ἐνισχύει ἑαυτὸν ἐν τῇ ὁδῷ. – אֹרַח. Iob. XXXIII, 11. ἐφύλαξε δέ μου πάσας τὰς ὁδούς, custodit omnes meos *exitus*. Psalm. XXIV, 4. τὰς ὁδούς σου, κύριε, γνώρισόν μοι, vias tuas, h. e. *veritates* vel *doctrinas* tuas, mihi notas fac. Vide et v. 10. Psalm. CXVIII, 15. Ies. II, 3. Ps. CXVIII, 9. ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; quomodo diriget iuvenis viam suam vel *actiones suas?* Ps. CXVIII, 101. ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου, ab omni mala via cohibeo pedes meos, h. e. ab omni mala *vivendi ratione* me cohibeo. Ps. CXVIII, 103. ἐμίσησα πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας, odi omnem falsam *doctrinam*, coll. v. 127. Sic et alias Graecis ὁδὸς pro *doctrina* usurpatur. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Prov. I, 19. αὗται αἱ ὁδοί εἰσι πάντων τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα, hi *mores* sunt omnium, qui inique agunt. Prov. II, 13. οἱ ἐγκαταλείποντες ὁδοὺς εὐθείας, relinquentes veram *doctrinam*. Conf. 2 Petr. II, 15. Prov. VIII, 20. ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης περιπατῶ, h. e. *recte et iuste ago*. Prov. X, 18. ὁδοὺς ζωῆς, vias ad vitam, h. e. *rationem perveniendi* ad vitam s. felicitatem. Vide et Prov. V, 6. XV, 25. Prov. XII, 29. ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης, in *doctrinis* veris. Conf. Matth. XXI, 32. Prov. XVII, 24. ὁδοὺς δικαιοσύνης, iustam *iudicandi* ac *sentiendi rationem*. *Al.* Prov. II, 20. ὁδοὺς δικαιοσύνης, *recte agendi rationem*. Ies. XXVI, 7. – אֹרְחָה, *comitatus*. Ies. XXI, 13. – אֶרֶץ, *terra*. 1 Reg. XVIII, 6. *Symm.* 2 Sam. XXIV, 6. ubi vid. *Montfauc.* – *אַשּׁוּר, *gressus*. *Theod.* Iob.

XXIII, 11. *Vulgatus* bene: *vestigia eius secutus est pes meus*; aut: vestigiis eius pes meus insistit. – אֲשֻׁר, *qui*. Ies. IV, 11. Hic legerunt אֲשׁוּר vel אַשׁוּר, *gressus*. – בּוֹא infin. *venire*. 1 Reg. VIII, 66. Huc etiam referendus *Aqu*. Genes. XXXV, 16 cui *Eusebius Onom*. s. v. χαβραθὰ καθ' ὁδὸν tribuit, quae verba ad לָבוֹא pertinere mihi videntur. – בִּקְעָה, *vallis*. Ies. XL, 4. ubi tamen non tam vox ὁδὸς, quam potius tota formula ὁδοὶ λεῖαι hebr. בִּקְעָה respondet. – *בָּרָה, *tractus*. *Aqu*. Gen. XXXV, 16. כִּבְרַת־הָאָרֶץ, *quasi tractus terrae*, h. e. *milliari fere germanico*, καθ' ὁδὸν τῆς γῆς. – גָּדֵר, *sepes*. Hos. II, 6. Libere verterunt. – דָּרַךְ, *calco*. Iob. XXIV, 11. Hic legerunt דֶּרֶךְ. – דֶּרֶךְ, *via*. Gen. III, 24. τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, viam ad arborem vitae. Gen. VI, 12. κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, corrupit omnis caro viam suam, h. e. fidem, omnesque actiones et mores, ut bene interpretatus est *Flacius* in *Clavi* voce *Via*. Gen. XXIV, 48. ἐν ὁδῷ ἀληθείας, in via recta. Ios. II, 7. ὁδὸς ἡ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, via, quae ducit ad Iordanem. *Iosephus: ὁδοὶ αἱ ἐπὶ τὸν ποταμὸν φέρουσαι*. Ios. XXIII, 14. ἀποτρέχω τὴν ὁδὸν, *decurro viam*, h. e. *morior*. Eodem sensu 1 Reg. II, 2. πορεύομαι ἐν ὁδῷ πάσης τῆς γῆς, h. e. *ex vita decedo*. 1 Reg. XV, 26. ἐπορεύθη ἐν ὁδῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, h. e. *vivebat iuxta mores patris sui*. Vide et 1 Reg. XVI, 2. 19. 26. Iob. XXIII, 10. τὴν ὁδὸν μου, meam *vivendi rationem*. Vide et Iob. XXXI, 4. Iob. XXIII, 11. ὁδοὺς γὰρ αὐτοῦ ἐφύλαξα, *praeceptis* eius obedio. Vide et Psalm. XVII, 24. 2 Sam. XXII, 22. Iob. XXIV, 13. ὁδὸν δικαιοσύνης, *iustam agendi rationem*. Psalm. I, 1. ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, non sequitur *pravam impiorum agendi rationem*. Ps. C, 8. πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, *inculpate vivens*. Psalm. CXVIII, 1. ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, *integri vitae scelerisque puri*. *Hesych*. ἐν ὁδῷ, ἐν ἔργοις, ἐν πίστει, ἐν βίῳ. Conf. Iob. XXXIV, 21. XXXVI, 23. ubi דֶּרֶךְ redditur per ἔργον. Psalm. CXVIII, 29. ὁδὸν ἀδικίας, *doctrinam falsam*, cui v. 30. opponitur ὁδὸς ἀληθείας, *doctrina vera*. Conf. 2 Petr. II, 2. Ps. CXXXVIII, 3. praevidisti πάσας τὰς ὁδούς μου, omnes *actiones* meas. Vide et Psalm. CXVIII, 167. Prov. V, 21. et conf. 2 Par. XIII, 22. XXVII, 7. et XXVIII, 26. ubi דֶּרֶךְ exponitur per πρᾶξις. Prov. IV, 11. ὁδοὺς σοφίας, *doctrinas* ad sapientiam ducentes, aut: *certissimam ac brevissimam* ad sapientiam *perveniendi rationem*. Prov. IV, 14. ὁδοὺς παρανόμων, *mores et vivendi rationem* peccatorum. Vide et Prov. VI, 6. Prov. VII, 20. ὁδοὶ ᾅδου, viae ad infernum. *Aqu. Symm. Theod*. Prov. XIV, 12. ὁδὸν vel ὁδοὺς ᾅδου. Prov. VIII, 22. Dominus possedit me ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, initio *operum* suorum. *Al*. Iob. XL, 14. hoc est initium ὁδῶν κυρίου, *operum* Domini. Prov. X, 10. ὁ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, *vitam* perversam agens, qui Prov. XIV, 4. dicitur σκολιάζων

ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Prov. XV, 31. ὁδοὶ ἀνδρῶν δικαίων, *vivendi ratio* iustorum. Vide et Ies. LV, 7. et conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Prov. XXI, 16. ὁδὸς δικαιοσύνης, *doctrina* vera. Ies. LIX, 8. ὁδὸν εἰρήνης, viam ad pacem s. felicitatem. Conf. Luc. I, 79. et Rom. III, 17. *Hesych.* ὁδὸν εἰρήνης, τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν. Ierem. II, 18. τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου, via in Aegyptum. Ibid. τῇ ὁδῷ τῶν Ἀσσυρίων, via ad Assyrios. Hos. XIV, 10. vera et iusta sunt αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, *verba* et *praecepta* Domini. Vide et Ezech. XXXIII, 17. 20. Ies. XLV, 13. et conf. Act. XIII, 10. *Aqu. Symm.* Prov. IX, 6. ἐν ὁδῷ. LXX ibi ἐν γνώσει. His adde Iob. XII, 24. ubi pro לֹא דֶרֶךְ LXX habent ἐν ὁδῷ, ᾗ οὐκ ᾔδεισαν, in via, quam non noverunt, h. e. *invia*. *Symm.* ἀνοδία. Prov. XXVIII, 10. ubi ἐν ὁδῷ κακῇ vel vertendum est *malis artibus*, vel ἐν positum est pro εἰς. Prov. XXX, 19. ubi vox ὁδοὶ sensu venereo accipienda est. Conf. *Burmann.* ad *Petronii Satyr.* p. 546. sequ. *Theodot.* Psalm. V, 9. ubi pro ὁδόν μου reponendum est ὁδόν σου. Conf. *Starck. Carmina Davidis* Vol. I. p. 186. Psalm. CXXXVII, 6. ubi *Chrysostomus* τὰς ὁδοὺς eleganter per κατορθώματα explicat, *Apollinarius* autem pro ὁδοῖς habet ᾠδαῖς, *in carminibus*, convenienter seriei orationis, qui error in multa graeca exemplaria manavit. - הֲלִיךְ, *ambulatio*. Iob. XXIX, 16. - חוּץ, *foras*, it. *platea*. 2 Sam. XXII, 43. Prov. XXII, 13. Ies. V, 25. et alibi saepius. - *חָצֵר, *atrium*. Ezech. IX, 7. τὰς ὁδοὺς sec. *Vatic.* Legerunt חוצות seu חצות. Sed *Hebraeus Int.* sec. *L. Bosium* habet ibi αὐλάς. - *חֹק, *statutum*. *Inc.* 1 Reg. II, 3. - *יָד, *manus*. Thren. I, 14. ubi *Cappello* in *notis critt.* p. 540. בִּדְוַי a דָּוָה, *dolere*, *aegrum esse*, legisse videntur, sed *Scharfenbergius* probabilius conjicit, eos legisse בְּחַן עֲנִי בִּידֵי. - יוֹם, *dies*. Iob. XXIX, 4. ὅτε ἤμην ἐπιβρίθων ὁδοῖς, cum invalescerem, aut gravescens essem viis, h. e. cum iuvenili robore valerem. Videntur libere vertisse: nam *onerare vias* de *iis* dicitur, *qui saepius in via seu proficiscentes reperiuntur*, quod in aetatem iuvenilem et virilem cadit. Psalm. XXXVI, 19. γινώσκει κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων, novit Dominus vias, h. e. *vitam*, *vivendi rationem* improborum. In utroque loco יוֹם de *vita humana* accepisse videntur. Huc etiam referre mallem locum Prov. XXII, 19. ubi ὁδὸν apud *Inc.* ac LXX et ὁδοὺς apud alium incertum interpretem ad הַיּוֹם, *hodie* pro quo cum *Aquila* et *Theodot.* הַיִּים legerint) pertinere arbitror, ut ὁδὸς sit h. l. *via ad felicitatem ducens*, ut חַיִּים in SS. saepius adhibetur. Aliter statuit *Iaegerus* ad h. l., qui nec הַיּוֹם in LXX Intt. nec ὁδόν σου vel αὐτοῦ in hebraicis deprehendit. - כֶּסֶל, *spes*. Prov. III, 26. Videntur legisse מְסִלָּה, i. q. דֶּרֶךְ cap. XVI, 17. Aut potius libere transtulerunt, existimantes scil. cum *Vulgato* Int. כֶּסֶל h. l. de *iliis* aut *lateribus* explicandum esse. - כֶּרֶם, *vinea*. Amos. V, 17. Sen-

sum expresserunt, quasi sit h. l. de viis publicis in genere sermo. - *לָבוֹא, *introitus.* 2 Reg. XIV, 25. ubi ὁδὸς cum εἴςοδος permutatur in codd. - מָבוֹא, *aditus.* Ezech. XLVI, 20. - מוֹרָד, *descensus.* Ierem. XLVIII, 5. - מְסִלָּה, *terra aggesta.* Iud. XX, 31. 32. Ies. VII, 3. LIX, 7. - מַסְלוּל, idem. Ies. XXXV, 8. - מַעְגָּל, *orbita.* Ies. XXVI, 7. LIX, 8. *Symm.* Prov. II, 18. - *מֹעֵצָה, *consilium.* Mich. VI, 16. sec. ed. *Ald.* ubi non aliter legerunt, nam ὁδοὶ sunt interdum i. q. βουλαὶ, quod reliqui libri h. l. habent. - מִצְוָה, *praeceptum.* Ps. CXVIII, 150. πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια, omnes viae tuae, h. e. omnia *praecepta* tua veritas. - מָקוֹם, *locus.* 1 Sam. XXVI, 13. πολλὴ ἡ ὁδὸς ἀνὰ μέσον αὐτῶν, magnum *spatium* inter illos. Sic et nos in lingua vernacula *viam* de *spatio* usurpare solemus. - *סוּר, *Sur*, nomen proprium portae. 2 Reg. XI, 6. τῶν ὁδῶν. סור Hebraeis non est *via*, sed Arabibus. Vnde quod Talmudicis est הלכה, *constitutio, via*, Gall. *un passage*, id Arabibus per totum *Coranum* dicitur أسوة. - *עֵדָה, *coetus, congregatio.* *Inc.* Ps. I, 5. ubi etiam ὁδὸς metaphorice de *consiliis* explicandum erit. Certe LXX h. l. pro ἐν ὁδῷ habent ἐν βουλῇ. - סַף, *limen.* Ierem. XXXV, 4. Ita quoque *Inc.* Fortasse loco ὁδὸν legendum est οὐδὸν, ut iam coniecit *Montfauconius.* Sed recepta lectio quoque habet, quo se defendere possit ac tueri. - עֵרֶךְ, *aestimatio.* Iob. XXVIII, 13. ubi nonnullis videntur legisse אֹרְחָה, aut potius, quod magis probabile est, דַּרְכָּהּ. Fortasse tamen ex ingenio, uti saepe, h. l. aliquid posuerunt, quod contextui convenire putarent. - פֶּה, *os.* Prov. VI, 13. ubi LXX pro עִקְּשׁוּת פֶּה, *perversitate oris*, habent: ὁδοὺς οὐκ ἀγαθάς, quae *Iaegero* ad h. l. vel depromta esse e simili cap. XVI, 29. pictura, vel ostendere videntur fastidium interpretis hebraicae formae duritiem non concoquentis. Adde Prov. VIII, 13. ubi libere verterunt. Verba enim loquendi haud raro ad omnem agendi rationem transferuntur. - פֹּעַל, *opus.* Prov. XX, 14. εὐθεῖα ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. *Theodotion* ibi habet: ἡ ἐργασία αὐτοῦ. Adde *Symm.* Iob. XXXIV, 11. In utroque loco ὁδὸς est *agendi ratio*, ut saepius legitur in N. T. - *פַּעַם, *vice.* *Aqu.* Iosua VI, 3. ubi ὁδὸς est i. q. περίοδος, *circuitus*, qua voce *Symmachus* h. l. usus est. Caeterum videtur פעם olim *viae, quae pedibus calcatur*, notionem habuisse, uti vel e sequentibus apparet. - פַּעֲמַיִם plur. *duabus vicibus.* Iob. XXXIII, 29. ὁδοὺς τρεῖς pro καθ' ὁδοὺς τρεῖς, *vices tres*, aut, ut *Vulgatus* transtulit: *tribus vicibus.* Ita quoque *Theodot.* Cum *Syro* et *Arabe* in forma plurali פְּעָמִים protulerunt. Secundum textum hebr. est *bis terve.* - *קָצָה, *decurto, abbrevio.* Prov. XXVI, 6. ἐκ τῶν ὁδῶν, ubi pro מְקַצֶּה, *decurtans*, legerunt מִקְצָת. - רֶגֶל, *pes.* Iob. XXVIII, 4. Prov. XXVI, 6. ubi tamen

alii pro ὁδῶν cum *Procopio* legunt ποδῶν. – רֹדֵף part. *prosequens.* Prov. XXI, 21. Legisse videntur דֶּרֶךְ. – רְחוֹב, *platea.* Ies. LIX, 15. – שֵׁם, *nomen.* Mich. IV, 5. 'Οδὸς h. l. de *cultu religioso* seu de *religione* accipiendum videtur, et tunc bene convenit seriei orationis pariter, ac textui hebr., ubi *nomen Dei*, h. e. *Deus* legitur. – שֵׁן, *dens.* 1 Sam. XIV, 4. 5. Prov. XXV, 19. In omnibus his locis pro ὁδὸς reponendum est ὀδοὺς, ut et libri nonnulli ibi exhibent. – *שָׁנָה, *annus. Inc.* Iob. XXXVI, 26. Videtur ὁδῶν loco ἐτῶν posuisse, quia in antecedentibus (v. c. v. 23. sequ.) viarum divinarum mentio facta erat. Convenit quoque haec interpretatio sequentibus. Certe ita rem expedire malo, quam statuere, apud *Inc.* loco ὁδῶν reponendum esse ἐτῶν. Adde Prov. IV, 10. שְׁנוֹת, ὁδοὶ, sensu non magis differente, quam si pro vitae annis latine dixeris *curricula* vel *spatia.* Vide supra s. v. יוֹם. Legitur praeterea Prov. II, 22. ὁδοὶ ἀσεβῶν (In textu hebr. tantum legitur רְשָׁעִים.), ubi, iudice *Iaegero*, ὁδοὶ vel e Psalm. I. extr. vel scribendi vitio ortum ex οἱ δὲ, deinde male scripta male corrigentium errore ἀσεβῶν pro ἀσεβεῖς invectum. Sirac. V, 8. ἐξέβησαν ἐξ ὁδοῦ τῶν γονέων αὐτῶν, *degenerarunt a parentibus suis.* Vide et v. 18. Sirac. XIV, 23. τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. Lege αὐτῆς, ut ad σοφίαν referatur, *instituta*, *praecepta*, *consilia*, *et dictamina sapientiae.* Sirac. XXI, 19. ὡς ἐν ὁδῷ φορτίον, aeque onerosa et molesta est, ac in *longo itinere* sarcina. Sirac. XXVII, 29. ubi διδόναι ὁδὸν ἁμαρτίας est *causam* peccandi praebere, i. q. ἐξαμαρτάνειν, *ad peccandum irritare*, in antecedentibus. Sic et apud Arabes *via* de *occasione* dicitur, v. c. *Cor. Sur.* IV, 13. *Keuchenius* ad Act. XIX, 9. p. 198. ὁδὸν Sirac. l. l. de *religione* interpretatur. Confer *Steph. le Moyne Obss. ad Var. Sacr.* p. 922. – Vide quoque alibi διαστρέφω, ἴχνος et τραχύς.

'ΟΔΟΥ'Σ, *dens*, *vomer.* *יָשֵׁן, *dormiens. Symm.* et LXX Cant. VII, 9. Legerunt יְשֵׁנִים cum *Syro.* – *פֶּה, *os. Symm.* Psalm. LXXVII, 30. ἐν τοῖς ὀδοῦσιν, *inter dentes.* Libere vertit. – קִלְשׁוֹן, *furca.* 1 Sam. XIII, 21. εἰς τὸν ὀδόντα. Est glossema ex alio interprete. 'Οδοὺς esse h. l. videtur *furca tridens. Schol.* ταῖς τριςκελέσι. *Gloss. MS. in libr. I. Reg.* εἰς τὸν ὀδόντα, εἰς τὴν ὕνιν (MS. ὕνην) τοῦ ἀρότρου. *Symm.* sec. *Theodoretum* h. l. per ὕνιν interpretatus est. In *Glossis Fabricianis* in lib. 3. Reg. εἰς τὸν ὀδόντα exponitur εἰς τὸ ἄροτρον, εἰς τὴν ὦλακα. – שֵׁן, *dens.* Gen. XLIX, 12. Exod. XXI, 24. Ps. XXXIV, 19. Vide quoque supra s. v. ὀδός. – Vide supra s. ἐλεφάντινος.

'ΟΔΥΝΆΩ, *dolore afficio*, et in pass. 'Οδυνάομαι, *dolore afficior*, *doleo.* און, *robur.* Ies. XL, 29. Deduxerunt ab אָנַן vel אָנָה, *dolere.* – *אֲנִיָּה, *luctus. Symm.* Ies. XXIX, 2.

ὀδυνωμένη. - בֶּן גֹּרֶן, *filius areae, i. e. triturandus in area.* Ies. XXI, 10. *οἱ ὀδυνώμενοι. Trituratio* saepe de iudiciis divinis, uti h. l., usurpatur, v. c. Ioel. III, 14. Mich. IV, 12. - דָּוָה foem. ex דָּוֶה, *languida.* Thren. I, 14. Ex Syr. ܕܘܢ, *anxit, afflixit.* - הַחִיל Hiph. a חוּל, *doloribus gravissimis afficior.* Zach. IX, 5. - הָמֵר infin. Hiph. a מָרַר, *amare flere.* Zach. XII, 10. - מַכְאוֹב סָבַל, *dolorem porto.* Ies. LIII, 4. - מָנוֹן, *filius.* Prov. XXIX, 21. Derivarunt haud dubie ab אָנַן, quod extat Thren. III, 39. et Num. XI, 1. *Iaegero* videntur respexisse אוֹן, aut vidisse בְּיָגוֹן. - נֶעֱצַב Niph. ab עָצַב, *doleo. Symm.* 1 Sam. XX, 34. - מְצֵרָה part. foem. Hiph. a צוּר, *angustata. Aqu. Theod.* Ier. XLVIII, 41. et XLIX, 21. *ὀδυνώσης. Vulg. parturientis. Simonis in Lex. hebr.* p. 1356. recte monuit, partic. מְצֵרָה in utroque loco significare *parturientem, dolores partus sentientem*, et hanc significationem accepisse a צִיר, Ies. XXI, 3. *dolor parturientis.* Sap. XIV, 24. Sirac. XLIII, 17. *φωνὴ βροντῆς αὐτοῦ ὠδύνησε γῆν,* tonitru Dei concutit terram: ubi *ὀδυνᾷν* (ad imitationem hebr חוּל. Vide Zach. IX, 5.) est *tremere facere, quassare, concutere.*

'ΟΔΥ'ΝΗ, *dolor, labor, molestia, cruciatus.* אוֹן, *molestia, dolor.* Gen. XXXV, 18. Deut. XXVI, 14. Iob. XX, 10. - *אָוֶן, *iniquitas. Symm.* Iob. V, 6. Legit אוֹן, quod ab אָנַן vel אָנָה, *doluit*, deduxit. *Vulg. dolor.* Idem valet de auctoribus ed. *Quint.* et *Sext.* Ps. XCIII, 23. - *אוֹנִים, *vires.* Ies. XL, 29. Acceperunt pro אוֹנְנִים, a rad. אָנַן, *lugere, dolere.* - בַּלָּהָה, *conturbatio.* Iob. XVIII, 11. XXVII, 20. XXX, 15. - גַּלְמוּד, *solitarius.* Iob. III, 7. *ἡ νὺξ ἐκείνη εἴη ὀδύνη*, pro quo in cod. *Alex. ὀδυνηρὰ* legitur, quae posterior lectio mihi merum glossema esse videtur. Respexerunt fortasse notionem *duritiei* voci hebr. in reliquis linguis orientalibus subiectam, aut ita sensus causa ac ratione habita verborum sequentium verterunt. Quicquid sit, hoc tamen certum manet, *ὀδύνην* h. l. notare *id, quod dolorem affert*, aut *dolore afficit.* - דְּוַי, *languor.* Psalm. XL, 3. - הַוָּה, *aerumna.* Iob. VI, 2. *Theod.* Lev. XII, 2. Adde *Symm.* Prov. XIX, 13. ubi *Vulg. dolor* habet. - הֵחִיל Hiph. a חוּל, *facio parturire*, etiam *doloribus afficio.* Ies. XXIII, 5. - הָמֵר infin. Hiph. a מָרַר, *amare flere.* Zach. XII, 10. - הִתְחוֹלֵל Hithp. a חוּל, *doloribus me conficio. Aqu.* Iob. XV, 20. *ἐν ὀδύνῃ.* - חֵבֶל, *dolor gravissimus.* Ier. XXII, 23. XLIX, 24. - יָגוֹן, *moeror.* Gen. XLIV, 31. *Aqu. Theod.* et LXX Psalm. XII, 2. XXX, 12. et alibi saepius. Arab. وَجَعَ, *doluit, correptus dolore fuit*, et وَجَعٌ, *dolor, morbus.* - *יָד, *manus.* Thren. I, 14. *ὀδύνας*, ubi pro בְּיָדִי, *in*

manus, legerunt בְּדִוי; nam דָּוָה est *dolere*, *aegrum esse*. - *יָכֹל, *possum*. Hab. I, 13. לֹא תוּכַל, *non poteris*. LXX sec. cod. *Vatic.* ὀδύνης. Mendum manifestum, quod *Bahrdtio* inde ortum videbatur, quod quis ad πόνους in margine posuerit ὀδύνας; nam πόνοι sunt etiam *dolores*, ut h. l. *Arabs* quoque accepit. Sed mihi potius haec vox ex οὐ δυνήσῃ aut οὐ δύνῃ orta esse videtur, quod respondet hebr. לֹא תוּכַל. - לְחוּם, *cibus*. Iob. XX, 23. ὀδύνας. Non male: nam לְחוּם h. l. metaphorice de *malis*, in quae incidit impius, accipiendum esse, vel series orationis docet. - לַעֲנָה, *absinthium*. Ier. XXIII, 15. *Absinthium* in literis sacris est symbolum dolorum et gravissimarum Dei poenarum, quae sunt absinthio amariores. - מַדְוֶה, *languor*. Deut. XXVIII, 16. - מְדֻכָּא part. Pyh. *attritus*. Ies. XLX, 10. - מָוֶת, *mors*. *Inc.* Prov. V, 5. μετ' ὀδύνης. Sed videntur mihi haec verba merum interpretamentum esse verborum LXX Intt. μετὰ θανάτου (legerunt בְּמָוֶת): nam *cum morte in tartarum detrudi* est *cum summo dolore in tartarum detrudi*. - מָזוֹר, *ulcus*. Hos. V, 13. - מַחַץ, *fractura*. Ies. XXX, 26. - מַכְאוֹב, *dolor corporis et animi*. Exod. III, 8. - מַכְאִיב part. Hiph. a כָּאַב, *dolore afficiens*. Ezech. XXVIII, 24. Legerunt מַכְאוֹב. - מֶמֶר, *amaritudo*. Prov. XVII, 26. - *מַעֲצֵבָה, *dolor*. *Symm.* Ies. L, 11. - מַר, *amarus*, it. *amaritudo*. Ies. XXXVIII, 18. Amos. VIII, 10. Iob. III, 20. ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχῆς, quae verba cur *Kreyssigius* in *Obss. Critt.* in *graecos Iobi Intt.* p. 10. in τοῖς ἐν ὀδύναις ψυχῆς mutare voluerit, nulla idonea causa nec in textu hebr. nec in loco Prov. XXXI, 6. ab ipso adducto mihi quidem apparet. - *מָרוֹת nomen propr. *Maroth*. Mich. I, 12. ὀδύνας, quasi esset vox appellativa, non vero nomen proprium. - *מְרִי, *rebellio*. 1 Sam. XV, 23. Hic non legerunt מַר, ut *Trommius* coniecit, sed sicut omnia vocabula a מָרַר deducta, ita etiam מְרִי notionem *doloris* ac *molestiae* involvit, quae etiam ab h. l., ubi est magnus Interpretum dissensus, non aliena est. - מְרִירוּת, *amaritudo*. Ezech. XXI, 6. - נֶגַע, *plaga*. Prov. VI, 33. - נְדֻדִים plur. *motiones*, *evagationes*. Iob. VII, 4. Sermo ibi est de vagis et inquietis motibus, quales sunt eorum, qui dolores gravissimos sentiunt. - *נִדָּה, *foeditas*, *impuritas*, metonym. *res impura et foeda*. *Inc.* Lev. XII, 5. ubi ὀδύνη *morbum*, nempe *lochia alba s. rubra* notat, de quibus h. l. sermo est. - *נָתַן, *do*. Thren. I, 14. נְתָנַנִי, *dedit me*, ἔδωκε ὀδύνας. Legerunt aut audiverunt נָתַן עֳנִי. - סוּפָה, *turbo*. Iob. XXXVII, 9. ubi tamen pro ὀδύναι interpretes haud dubie scripsisse δῖναι, h. e. *vortices*, *turbines*, existimat *L. Bos Proleg. in LXX Intt.* cap. 3. *Grabius* quoque αἱ δῖναι excudi fecit pro ὀδύναι. Vide supra s. δίνη. Quanquam autem haec coniectura se facilitate sua commendat, tamen negari nequit, סוּפָה quandoque etiam me-

taphorice *graves et vehementes Dei poenas* significare, ut Iob. XXI, 28. XXVII, 20. adeoque per ὀδύναι verti potuisse. Sed nexus cum caeteris h. l. talem translationem non desiderat. – עָמָל, *molestia.* Iob. IV, 8. VII, 3. XV, 35. in quo posteriori loco ὀδύναι non significat *dolores, quos aliquis ipse sentit, sed quibus quis alios afficit.* – עֳנִי, *afflictio.* Iob. XXX, 16. – עֶצֶב, *molestia.* Ps. CXXVI, 3. οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης: ubi ἄρτος ὀδύνης est *panis, qui editur a male affecto*, h. e. *cum dolore et anxiis curis.* – *עֹצֶב, idem. Ies. XIV, 3. – פַּלָּצוּת, *tremor.* Iob. XXI, 6. – רוּחַ, *ventus.* Iob. XXX, 22. ἔταξας δέ με ἐν ὀδύναις. Plerique interpretes hunc locum de calamitate Iobi explicant, qua tanquam vento ablatus esset, ut adeo LXX h. l. non male sensum expresserint. – שׁוֹאָה, *vastatio.* Iob. XXX, 14. – שַׂרְעַף, *cogitatio.* Ps. XCIII, 19. Vox hebr. non simpliciter *cogitationem* notat, sed *cogitationem sollicitam*, quae bene ὀδύνη ἐν τῇ καρδίᾳ dici potest. – תּוּגָה, *contristatio sui ipsius, moeror, quo quis se ipsum excruciat.* Prov. XVII, 21. Praeterea legitur Prov. XIX, 13. ubi verba καὶ ὀδύνη τῇ τεκούσῃ αὐτοῦ (lege αὐτὸν), quae *cod. Alex.* exhibet, et quibus nihil respondet in textu hebr., desumta sunt e cap. XVII, 25. *Hesych.* ὀδύνη, λύπη, πόνος, ταπείνωσις παρὰ ἀλλοτρίων, ἢ ἀλγηδών. De *doloribus, quos sentiunt amantes*, legitur haec vox Dan. XIII, 14. sec. cod. *Chis.* s. *Hist. Sus.* v. 10.

ΟἹ ἘΝ ὈΔΥ'ΝΑΙΣ, sc. ὄντες, *qui in doloribus versantur.* מָרִים, *amari.* Iob. III, 20. – מָרֵי נֶפֶשׁ, *amari anima.* Prov. XXXI, 6. *Amaritiem* metaphorice pro *tristitia* et *calamitatibus* poni, docuit *Glassius Philol. S.* p. 1172.

ἘΝ ὈΔΥ'Νῌ ΜΝΕΙ'ΑΝ ΠΟΙΟΥ͂ΜΑΙ, *in dolore mentionem facio.* רָגַן, *contremisco.* Ies. XXXII, 10.

ΠΛΗΓΗ` ὈΔΥ'ΝΗΣ, *plaga doloris.* עֶמְדָּה, *consistentia, statio.* Mich. I, 11. *Cappello* in *nott. critt.* ad h. l. p. 80. pro עֶמְדָּתוֹ legisse videntur נֶגַע מָרוֹת. Ego vero statuere mallem, eos legisse מַכָּתוֹ, consentiente *Syro*, vel *stationem* de *vulnere stante* vel *parturitione* intellexisse, coll. Hos. XIII, 13. Vide quoque ad h. l. *Drusium.*

ὈΔΥΝΗΡΟ'Σ, *dolorem afferens, molestus, acerbus.* *גַּלְמוּד, *solitarius.* Iob. III, 7. sec. cod. *Alex.* Vide supra s. v. ὀδύνη. – דָּוֶה, *languidus.* Thren. V, 17. ὀδύνη ὀδυνηρά. Alterutrum est superfluum ac merum glossema. LXX scripserant ὀδύνη, aliquis explicationis gratia in margine addidit ὀδυνηρά, hinc migravit in textum. Adde *Inc.* Lev. XV, 33. – נַחְלָה part. Niph. foem. *aegra.* Ier. XIV, 17. – נִמְרֶצֶת part. Niph. foem. *acris.* 1 Reg. II, 8. κατάραν ὀδυνηράν. *Vulg. maledictionem pessimam.* *Hesych.* ὀδυνηρὸν, λυπηρὸν, ἐπίπονον.

'ΟΔΥΡΜΟ'Σ, *lamentatio*, *fletus*, *ploratus*. תַּמְרוּרִים, plur. *amaritudines*. Ierem. XXXI, 15. *καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ*, h. e. *luctus et fletus acerbissimi*. - שְׁאָגָה, *rugitus*. *Symm*. Ps. XXI, 2. *τῶν ὀδυρμῶν*. Vide et 2 Macc. XI, 6. *Hesychius: ὀδυρμὸς, κλαυθμός*.

'ΟΔΥ'ΡΟΜΑΙ, *lamentor*, *ploro*, *deploro*. *דָּוָה foem. ex דָּוֶה, *languida*. Thren. I, 13. sec. *Alex*. Ita quoque *Arabs*. - הִתְנוֹדֵד Hithp. a נוּד, *condoleo mihi*. Ier. XXXI, 18. - שְׁאָגָה, *rugitus*. *Symm*. Ps. XXXI, 3. *ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαι*. *Lex. Cyrilli MS. Brem. ὀδυρόμενοι, κλαίοντες*.

"ΟΖΟΣ, *nodus arboris et virgulti indeque ramus enascens*. Sap. XIII, 13. *ξύλον σκολιὸν καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς*, lignum curvum et *nodosum*. *Vulg. vorticibus* (s. *verticibus*) *plenum*. *Hesych. ὄζος, κλάδος* (ita quoque *Suidas*), *καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ στελέχους σχιζόμενος ἀκρέμων*. *Thomas Magister: ὄζος, καὶ ὁ κλάδος, καὶ ἡ τούτου ἀρχὴ, ὅθεν φύεται*.

**"ΟΖΩ*, *oleo*, *odorem spiro*, *foeteo*. בָּאַשׁ, *foeteo*. Exod. VIII, 14. sec. cod. *Vat. καὶ ὤζεσεν ἡ γῆ*, ubi reliqui libri habent *ἐπώζεσεν*. *Etymol. M. Gudianum* 420, 5. *ὄζω, καὶ περισπώμενον ὀζῶ, ὀζέσω, ὤζεσα κ. τ. λ.*

"ΟΘΕΝ, *unde*. מֵאַיִן. Ps. CXX, 1. *Inc*. Psalm. XLIV, 9. Caeterum huic particulae apud LXX ante *διηθεῖται* et ante *χωνευθῇ* apud *τοὺς λοιποὺς* Iob. XXVIII, 1. obviae nihil respondet in textu hebraeo, sed est sensus causa et quidem recte addita, ut e voce מוֹצָא in priore membro luculenter apparet. Interdum *ὅθεν* est *quare*, *quapropter*, *ideo*, v. c. Sap. XII, 23. Iudith. VIII, 20. XI, 16. Ep. Ier. v. 64.

**"ΟΘΕΝ ΔΗ'*, *undecunque*, *ex quacunque re*. Sap. XV, 12.

'ΟΘΟ'ΝΙΟΝ, *linteamen*, *lineum vestimentum*, *linteolum*. סָדִין, *sindon*. *Al*. Iud. XIV, 12. 13. *τριάκοντα ὀθόνια*, *triginta vestimenta linea*. - פִּשְׁתָּה, *linum*, etiam: *vestimentum lineum*. Hos. II, 9. *τὰ ἱμάτιά μου καὶ τὰ ὀθόνιά μου*, vestimenta mea lanea et linea mea. Vide et v. 5. *Lex. Cyrilli MS. ὀθόνια, ὑφάσματα λεπτότατα*. *Hesych. ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια*. Idem: *'Οθόνη, σινδών*. Conf. *Salmasii* not. in *Tertullian*. de *Pall*. p. 411. ubi observat, *Lucianum ὀθόνιον* vocare, quam *σινδόνα Diogenes Laertius* nuncupet, eandemque *Ausonio* (152, 2. ed. *Paris*.) *linteam sindonem* dici. Sic et *ὀθόνια* appellantur Ioh. XIX, 40. quae alii Evangelistae *σινδόνα* nominant. Conf. ad h. l. *Wolfium* p. 987 sequ. Vide quoque *Sturz*. de *dial. Maced*. p. 107. ac *Ol. Celsii Hierobot*. T. II. p. 90.

**ΟΙ", 'ΟΙ"*, *vae*. Particula exclamandi graecis literis exprimens hebr. הָיוּ, *fuerunt*, (pro quo הוֹי legit) cui respondet apud *Aquilam* Sophon. III, 18. ubi LXX *οὐαὶ* habent. Sic quoque Thren. I, 12. pro *οἱ πρὸς ὑμᾶς* scribendum esse

οἱ πρὸς ὑμᾶς recte plures observarunt. Conf. *Etymol. M. Gudian.* 421, 17.

*ΟΙ῎ΔΕ, seu, ut fortasse rectius legitur, οἰδὲδ, respondet hebr. הֵידָד, *celeusma*. Ier. XXV, 30. E Ier. XLVIII, 33: reponere fortasse quis mallet αἰδὲδ. *Nobilius* male reddit *illi autem:* potius *et sicut vindemiantes respondebunt* οἴδε, aut αἰδὲδ, quod est, teste *Hieronymo*, *celeusma vindemiantium Moabitarum, et clamantium invicem* οἴδε, οἴδε.

ΟΙ᾿ΑΚΙ῎ΖΩ, proprie *guberno navem,* nam οἴαξ est *gubernaculum*, deinde simpliciter *guberno*, *agito*. רֹחַב, *longitudo*. Iob. XXXVII, 10. οἰακίζει δὲ τὸ ὕδωρ, ὡς ἐὰν βούληται, agitat autem vel dirigit aquam, quomodocunque voluerit. Sensum secuti sunt. *Glossae MSS* ad h. l. οἰακίζει, διασχίζει, χωρίζει. Sirac. XVIII, 2. sec. *Complut.* οἰακίζων κόσμον, *gubernans* vel *condens*, *aedificans disponit.* Alii codd. legunt οἰκίζων, *qui condit mundum.* Vid. *Drusius* et *Flam. Nobilius* ad h. l. *Hesych.* οἰακίζει, ἐλαύνει, διοικεῖ, κυβερνᾷ.

ΟΙ᾿Α´ΚΩΣΙΣ, *gubernatio.* תַּחְבֻּלוֹת plur. *consilia prudentia. Aqu.* Iob. XXXVII, 12. Vox hebraica quoque a re nautica desumta est.

*ΟΙ῎ΑΞ, pr. *clavus, quo regitur gubernaculum*, deinde *gubernaculum ipsum.* 4 Macc. VII, 3. τοὺς τῆς εὐσεβείας οἴακας. *Zonaras Lex.* col. 1429. οἴακες, τὰ ἐν χερσὶ τῶν ἰθυντηρίων ἠρτημένα ξυλάρια τοῖς πηδαλίοις, δι' ὧν περιάγεται τὰ πηδάλια, παρὰ τὸ οἴω, τὸ κομίζω. *Etymol.* 616, 12.

ΟΙ᾿ΚΕΙ῀ΟΣ, *domesticus*, item: *propinquus*, *cognatus*. *אַלּוּף, *amicus*, ab ألف, *copulare*, *coniungere*. Ps. LV, 14. – בַּיִת, *domus*, *familia*. Ies. III, 5. – דּוֹד, *patruus*. 1 Sam. X, 14. 15. 16. XIV, 51. *Aquila* ubique habet πατράδελφος, *patruelis*. – שְׁאֵר, *reliquiae*. Levit. XVIII, 6. οἰκεῖα σαρκὸς, ubi τὰ οἰκεῖα (ut in N. T. τὰ ἴδια) positum est pro οἱ οἰκεῖοι, et *cognatos* ac *omnes ad familiam alicuius pertinentes* significat. In textu hebr. legitur שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ, *pars carnis*, h. e. *cognatus quoad carnem:* nam Arabes ثأر de *cognatione* frequentant. Levit. XVIII, 12. 13. XXI, 2. XXV, 49. Num. XXVII, 11. – שַׁאֲרָה, *propinquitas*, *cognatio*. Lev. XVIII, 17. – תַּנּוּר, *furnus*. Ies. XXXI, 9. οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ. Sine dubio existimarunt, formulam *ignem suum focumque habere alicubi* h. l. notare *habitare alicubi cum familia sua*, quod h. l. etiam locum habere potest, quanquam sunt, qui aliter interpretentur. *Prol. Sirac.* sec. ed. *Complut.* ὁ οἰκεῖος υἱὸς significat *filium genuinum*, h. e. *ex uxore natum*, τὸν ἴδιον, quo adiectivo a *Phavorino* explicatur. Fortasse huc etiam pertinet locus Ies. LVIII, 6. de quo infra exponetur. Idem adiectivum notat etiam *omne*, *quod ad aliquid pertinet*, s.

arctissime cum altero est coniunctum. 2 Macc. XV, 12. καὶ ἐκ παιδὸς ἐκμεμελετηκότα πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς οἰκεῖα, qui a puero omnia virtutis *officia* praestiterat, seu: *convenienter* virtuti egerat. Conf. *Ciceron.* ad *Attic.* I, 10. *Acad.* II, 12. Hinc ex opposito ἀνοίκειος *alienus* seu *non conveniens* dicitur. Conf. *Steph. Thes. l. Gr.* T. II. p. 1232. *Hesych.* οἰκεῖοι, οἱ συγγενεῖς, οἱ κατ᾿ ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, ἢ ἴδιοι, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν (lege οἰκίαν) πάντες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* οἰκεῖος, ὁ συγγενής.

ΟἸΚΕΙ͂ΟΣ ΤΟΥ͂ ΣΠΕ΄ΡΜΑΤΟΣ, propinquus seminis, qui sanguine vel genere aliquem contingit, genere cognatus. בָּשָׂר, *caro.* Ies. LVIII, 7. apud *Inc.* ac LXX ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει, *genere tibi cognatos* non despicies. Sic Apostolus Gal. VI, 10. τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως *fide* seu *religione coniunctos et quasi cognatos* vocat.

ΟἸΚΕΙΟ΄ΤΗΣ, propinquitas, cognatio. שְׁאֵר, *cognatus.* Vide supra s. v. οἰκεῖος. Lev. XX, 19.

**ΟἸΚΕΙΟ΄Ω, familiarem reddo, concilio, accommodo.* 4 Macc. V, 26. τὰ οἰκειωθησόμενα ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς, animis nostris *convenientissima.* Opponitur ibi ἐναντιοῦσθαι.

ΟἸΚΕ΄ΤΗΣ, domesticus, ad familiam pertinens, it. *famulus, servus.* עֶבֶד, *servus.* Gen. IX, 25. παῖς οἰκέτης, ubi duae versiones coaluerunt. Gen. XXVII, 37. Exod. V, 15. Prov. XXII, 7. et alibi saepius. – *צֹרֵר part. *hostis.* Psalm. LXXIII, 24. τῶν οἰκετῶν σου. Sic legitur in *Ald. Compl.* ac in *Psalt. Aethiop.* Reliqui libri habent ἱκετῶν. Sed lectio οἰκετῶν mihi vera esse videtur, cuius auctor in mente habuit notionem *colligandi, arcte constringendi,* quam habet arab. صر. *Sirac.* VI, 10. οἰκέται sunt *coniux* et *liberi. Herodot.* VIII, 41. *Xenoph. Cyrop.* IV, 2, 5. *Hesych.* οἰκέτης, δοῦλος, ὑπουργός.

ΟἸΚΕΤΙ΄Α, famulitium, familia. עֲבֻדָּה, idem. *Symm.* Iob. I, 3.

**ΟἸΚΕΤΙΚΟ΄Σ, servilis, famularis.* 3 Macc. II, 28. εἰς οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι, ad *servilem* conditionem redigi. In hac enim notione διάθεσις infra cap. III, 26. occurrit. *Joseph. A. I.* VIII, 6, 3. τὰς οἰκετικὰς χρείας ἐκτελεῖν, servilibus operibus fungi. *Diod. Sic.* Vol. II, 142. et VII, 115. ed. *Bip.* Nullam aliam auctoritatem, quam *Gazae,* protulit *Stephanus.*

ΟἸΚΕ΄ΤΙΣ, famula, serva. אָמָה, idem. Exod. XXI, 7. *Aqu.* ib. v. 8. – שִׁפְחָה, *ancilla.* Lev. XIX, 20. Prov. XXX, 23. *Gloss. Brem.* οἰκέτιν, θεράπαιναν, δούλην. Conf. *Aelian. V. H.* II, 38.

ΟἸΚΕ'Ω, *habito*, *commoror*. אֲנָשִׁים plur. *homines*. Gen. XXIV, 13. τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν. Sic hebraismum recte transtulerunt. – *בּ. *Inc.* Iob. XXII, 12. οἰκῶν, quam vocem aeque ac ναίων apud LXX *Montf.* perperam ad גֹּבַהּ, *sublimitas*, retulit, cum tamen dubio careat, eos ante גֹּבַהּ aut legisse, aut sensus causa addidisse בּ. *Deus, qui est in sublimitate coeli*, est, *qui habitat in coelo*, ex usu loquendi Hebraeorum. – *בְּעוּלָה, *maritata*. Ies. LXII, 4. οἰκουμένη, *habitata*. Bene. Sermo enim ibi est de terra, quae hoc sensu h. l. *maritata* dicitur, ut iam viderunt antiquiores interpretes. – *גֹּבַהּ, *sublimitas*. Vide supra s. בּ. – גּוּר, *peregrinor*. Ier. XLIII, 2. – דָּאֲרִין Chald. part. plur. a דּוּר. Dan. VI, 25. – דּוּר. Ps. LXXXIII, 11. – יָשַׁב, *sedeo*. Gen. IV, 15. 19. XVI, 3. XIX, 30. XXVII, 44. οἴκησον μετ' αὐτοῦ ἡμέρας τινάς, *commorare* apud eum dies aliquot. Conf. *Fesselii Advers. Sacr.* lib. I, c. 7. p. 48. Iud. XI, 26. et alibi saepius. De *habitatione quieta ac secura* legitur 2 Reg. IV, 13. – יְתַב chald. Esdr. IV, 17. – נוֹשֶׁבֶת part. foem. Niph. a יָשַׁב. Exod. XVI, 35. ἕως ἦλθον εἰς γῆν οἰκουμένην, usque dum venirent in terram *habitabilem*. – נִצָּה part. Niph. *vastus*. Ies. XXXVII, 26. Loco נִצִּים legisse videntur נִצָּבִים. – נָתַן, *do*. Nehem. XIII, 4. οἰκῶν. Sc. putarunt, נָתוּן, *datus*, h. e. *praepositus*, in hac orationis serie, ita h. l. explicandum esse, ut sit i. q. נִצָּב aut יֹשֵׁב. – עֲפָרוֹת, *pulveres*. Prov. VIII, 26. ἄκρα (sc. μέρη) οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν, extremas partes habitabiles terrae sub coelum. *Grabius Proleg. in LXX* T. IV. c. 4. §. 8. pro οἰκούμενα legendum coniicit κεχωσμένα. Sed paulo audacius ex sententia *Bielii*, et praeter necessitatem. Nam ut alias LXX sensum magis quam verba solent exprimere, ita ibi quoque facere potuerunt. – *שָׁדַד, *vasto*. Hos. X, 14. sec. cod. *Alex.* οἰκήσεται. Sed dubio caret, ibi e reliquis libris reponendum esse οἰχήσεται. *Arabs: destruentur*. – *שׁוּב, *revertor*. 2 Par. XXXIV, 9. Ies. XXI, 12. Vtrobique videntur יָשַׁב legisse. – שִׁיבָה, *sessio*. 2 Sam. XIX, 32. – שָׁכַן. Prov. X, 31. Ies. XXXIII, 16. XXXIV, 11. – שָׁכֵן, verbale. Prov. XXVII, 10.

ΔΙ'ΔΩΜΙ ΟἸΚΕΙ͂Ν, *do habitare*, h. e. *habitare facio*. הוֹשִׁיב Hiph. a יָשַׁב, *sedere s. habitare facio*. *Symm.* Psalm. LXVII, 7. δίδωσι οἰκεῖν. – Vide alibi ἡσυχάζω.

ΟἸΚΟΥΜΕ'ΝΗ, sc. γῆ, *terra habitabilis*, *orbis terrarum*. אֶרֶץ, *terra*. Ps. LXXI, 8. Ies. X, 23. XIII, 5. 9. et alibi. – חֶלֶד, *aevum*, *mundus*. Psalm. XLVIII, 1. – מַכְתֵּשׁ, *mortarium*, h. l. nomen propr. *Machtesa*. Soph. I, 12. ubi quid sibi voluerint, non apparet. – חֶבֶל, *orbis*. 2 Sam. XXII, 16. Iob. XVIII, 19. Psalm. IX, 8. et alibi saepius. Confer, quae ex *Iosepho* notat *Ottius Spicileg. ex eod. ad N. T.*

p. 120 sequ. Quod vero in *οἰκουμένη* subintellegendum sit *γῆ*, ostendi in *Lex. N. T. s. h. v.*

ΟἼΚΗΜΑ, *habitaculum.* מוֹשָׁב. *Inc.* Exod. XII, 20. Vide et Sap. XIII, 15.

ΟἼΚΗΜΑ ΠΟΡΝΙΚΟ'Ν, *habitaculum meretricium, lupanar,* seu: *domus meretricia,* ut legitur apud *Terent. Eun.* II, 3, 30. *גַּב, *fornix.* Ezech. XVI, 23. Atticis etiam *lupanar* simpliciter dicebatur *οἴκημα. Hesych. οἴκημα, τὸ δεσμωτήριον. Ἀττικοὶ δὲ τὸ πορνεῖον.* ubi vide *Intt.* Ita occurrit apud *Aeschinem,* teste *Harpocratione* in v. *οἴκημα*, *Athenaeum* lib. XIII. c. 3. pag. 568. *Aelianum V. H.* VI, 1. et alios. Vide *Alberti* ad Act. XII, 7. pag. 245. et *Gronovium* ad *Aelian.* l. c.

ΟἼΚΗΣΙΣ, *habitatio, domus.* *אַרְמְנוֹת, *aedes. Theod.* Amos. II, 5. *οἰκήσεις*, h. e. *aedificia splendida:* unde apparet, Amos. I, 12., ubi *Theodotioni* pro eadem voce hebr. a *Drusio* et *Montfauconio habitatores* tribuitur, legendum esse *habitationes.* - בִּירָה, *palatium. Al.* 1 Par. XXIX, 1. *οἴκησις.* - בִּירָנִיּוֹת plur. *palatia.* 2 Par. XVII, 12. XXVII, 4. - בַּיִת, *domus. Symm.* Iob. XXXVIII, 20. - זְבֻל. *Symm.* Ps. XLVIII, 15. - נָוֶה. *Symm.* 1 Sam. XIX, 22.

ΟἸΚΗΤΗ'ΡΙΟΝ, *domicilium.* *מוֹשָׁב. LXX sec. cod. *Oxon.* Exod. XII, 20. ubi reliqui libri habent *κατοικητήριον.* - מָעוֹן. Ierem. XXV, 30. Vide et 2 Macc. XI, 2.

ΟἸΚΗΤΟ'Σ, *habitabilis.* מוֹשָׁב, *habitatio.* Lev. XXV, 25. *οἰκίαν οἰκητήν.* Vide et 2 Macc. IX, 17.

ΟἸΚΗ'ΤΩΡ, *habitator, incola, colonus.* אֹהֶל, *tentorium.* 1 Par. IV, 41. Scil. אֹהֶל h. l. per metonymiam continentis pro re contenta *habitantes in tentoriis* notat. Conf. Sap. XII, 3. et *Aelian. V. H.* IX, 16.

ΟἸΚΊΑ, *domus, familia.* אֹהֶל, *tentorium.* Gen. XXV, 27. - בֶּטֶן, *venter.* Iob. XX, 15. *ἐξ οἰκίας αὐτοῦ ἐξελκύσει αὐτὸν ἄγγελος* sec. cod. *Vat.* Plerisque Interpretibus audacia et temeritate librarii *οἰκίας* h. l. scriptum esse videtur pro *κοιλίας*, quam coniecturam a *Cappello* in *Crit. S.* p. 751. prolatam confirmat quoque cod. *Alex.* et *Vulg.* auctoritas. Sed tantum abest, ut lectionem *οἰκίας* pro mero interpretamento scioli librarii habeam, qui opes male partas in ventre non bene latere posse arbitrabatur, ut potius statuam, LXX etiam h. l. pro more sensum expressisse, ac lectionem *κοιλίας* meram emendationem ad textum hebr. esse. - *בֵּין, *inter.* Prov. XIV, 9. ubi aperte legerunt בֵּית. - בַּיִת et constr. בֵּית. Gen. L, 8. *πᾶσα ἡ οἰκία ἡ πατρικὴ αὐτοῦ*, omnis *familia* paterna eius. Vide et 1 Par. XII, 28. Ierem. XXXVIII, 17. Ita et Phil. IV, 22. *οἱ ἐκ Καίσαρος οἰκίας*, qui de domo s. *familia* Caesaris sunt. Et *Philo* in *Flacc.* p. 666. de Agrippa: *Εἰ δὲ μὴ βασιλεὺς, ἀλλά τις τῶν ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, οὐκ ὤφειλε προνομίαν*

τινὰ καὶ τιμὴν ἔχειν. Sic et Latinis *domus* pro *familia* passim usurpatur. Vid. e. c. *Sueton. Aug.* c. 25. et alibi saepius. Exod. I, 21. *ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας:* ubi *Schol. ἀντὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν, ηὔξησεν ὁ θεὸς αὐταῖς τὸ γένος:* e quo luculenter apparet in textu LXX Int. legendum *ἐποίησεν* (ita *Compl.*) *αὐταῖς οἰκίας*, sc. *ὁ θεός.* - חָצֵר, *atrium.* Ier. XXXVII, 20. - טַף, *parvulus.* Gen. L, 21. ubi observandum est טַף non semper de *parvulis*, sed quoque de *familia* in universum dici. Arab. طوف, *in gyrum moveri*, unde طائفة, *populus, turba, familia.* Vide quoque s. *λαὸς, ὄχλος,* et *συγγένεια.* - *מְשׁוּבָה, *aversio.* Hos. XIV, 5. *οἰκίας αὐτῶν,* ubi pro מְשׁוּבָתָם legerunt מוֹשְׁבֹתָם. - עֲרָבוֹת plur. ex עֲרָבָה, *solitudines.* Ierem. V, 6. *ἕως τῶν οἰκιῶν.* Secundum *Cappellum* legerunt עַד־בֵּית duabus vocibus, aut potius עַד בָּתֵּי, Iod e sequenti voce huc tracto. Sed lupi vespertini, h. e. qui noctu praedatum exeunt, dici quoque possunt *ἕως τῶν οἰκιῶν.* Sir. XXVIII, 15. XXIX, 27. 30. 31. *ἐπιτίμησις οἰκίας*, dum sc. hospes ab hero domus, apud quem hospitatur, audit dura. 2 Macc. XIII, 15. *turris excelsa elephanti superposita.*

"ΟΝΟΜΑ, *nomen, nominis celebritas, fama.* גּוֹרָל, *sors.* Num. XXXIII, 54. ubi loco τὸ ὄνομα videtur τὰ ὅρια legendum esse, ut iam recte iudicavit *Doederleinius Bibl. Theol.* T. I. p. 344. - דָּבָר, *verbum.* 2 Paral. I, 9. ubi tamen alii pro ὄνομα rectius ῥῆμα. - דָּם, *sanguis.* Ps. CXXI, 14. ubi vel legerunt שָׁמָם, vel scribendum αἷμα, quod postea librarii errore vel scioli alicuius temeritate mutatum fuit in ὄνομα. Certe reliqui Intt. omnes consentiunt cum Hebraeo. Conf. ad h. l. *Koehlerum* in *Eichhornii Repert. Bibl. et Orient. Literat.* T. XIII. p. 153. sequ. - זֵכֶר, *memoria.* Deut. XXV, 19. ὄνομα est h. l. i. q. *memeria.* - חֶסֶד, *gratia.* Ps. XLIII, 26. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Ita sine dubio ex aliis Psalmorum locis transtulerunt, ubi haec verba eodem sensu leguntur, v. c. Ps. XXII, 3. XXIV, 12. etc. Vide quoque infra s. v. ὀνομάζω. - מִסְפָּר, *numerus.* 1 Paral. XII, 23. ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων τῆς στρατιᾶς, hic est *numerus* principum exercitus. Sic Apoc. III, 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα ἐν Σάρδεσιν, ἃ οὐκ ἐμόλυνάν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, habes exiguum *numerum* Sardibus, qui non foedavit vestimenta sua. Et Apoc. XI, 13. ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτὰ, et occisus est in terrae motu *numerus* hominum septem millia. Sic et Act. I, 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσι, erat autem multitudo numeri centum circiter viginti una, sc. congregata. Alii aliter hactenus ibi ὀνόματα acceperunt. Vide *Wolfium* ac *Lexic. N. T.* s. h. v. - מִשְׁמֶרֶת, *observatio.* Num. IV, 28. ἐξ ὀνομάτων. Legerunt מִשְׁמוֹת. - נוֹרָא Niph. a יָרֵא, *metuor.* Psalm. CXXIX, 4. ἕνεκα τοῦ ὀνόματός σου. Male. Legendum est ἕνεκα τοῦ νόμου σου, ut quoque edidit *Grabius.* Nam in hebr. est לְמַעַן תִּוָּרֵא. Ipsi autem legerunt תורא, acceperuntque pro תורה. - נֶכֶד, *nepos.* Gen. XXI, 23. Forte legerunt זֵכֶר, nisi quis statuere malit, ὄνομα notare h. l. *id, quo nomen ac memoria alicuius conservatur,* v. c. *posteri.* - *פֶּה, *os.* Psalm. LXII, 5. τὸ ὄνομά

σου. Scribendum τὸ στόμα μου, ut legitur in *Ald.* et *Complut.* *Vulg. Hieron.* et nonnullis codd. graecis, v. c. XL. XLI. Conf. *Starck. carmina Davidis* Vol. I. p. 144. - שְׁאָר, *residuum.* Soph. I, 4. τὰ ὀνόματα τῆς Βαὰλ, omnem Baalis seu sacrificulorum *memoriam.* Bene quoad sensum. - שָׂם praet. Kal ex שׂוּם, *pono.* Psalm. XL, 5. Loco שָׂם legerunt שֵׁם. - שֵׁם, *nomen.* Gen. XI, 4. ποιήσωμεν ἑαυτοῖς ὄνομα, faciamus nobis *celebritatem nominis.* 1 Par. XI, 24. τούτῳ ὄνομα ἐν τοῖς τρισὶ τοῖς δυνατοῖς, huic *nomen celebre* inter tres fortes. Vide et 2 Sam. VIII, 13. Eodem sensu vox legitur apud *Herodot.* Lib. II. Vide *Schwartzii Diss. de Stilo L X X Int. apud Olearium de stilo N. T.* p. 316. Gen. XLI, 41. ἐκάλεσε δὲ ὄνομα τοῦ πρωτοτόκου Μανασσῆ, vocavit autem Ioseph nomen primogeniti, h. e. primogenitum, Manasse. Sic et alibi passim. Conf. *Vorstii Philol. Sacr.* c. 13. p. 350. et *Georgii Vindic. ab Ebraism.* lib. III. c. 3. §. 10. 1 Reg. V, 3. οἰκοδομῆσαι οἶκον τῷ ὀνόματι κυρίου, aedificare templum Deo. Conf. 1 Reg. VIII, 16. 2 Par. XIV, 10. ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἤλθομεν, in nomine tuo, h. e. *tua potestate freti,* venimus. 2 Paral. XXVI, 8. ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕως εἰσόδου Αἰγύπτου, *fama* eius usque in Aegyptum emanaverat. Conf. notata infra post vocem שֵׁמַע. Dan. IX, 6. τῶν προφητῶν, οἳ ἐλάλησαν ἐν τῷ ὀνόματί σου, prophetarum, qui locuti sunt in nomine tuo, h. e. *iussu et auctoritate tua.* Vide et Exod. V, 23. Deut. XVIII, 23. et conf. Esth. VIII, 9. ubi בְּשֵׁם הַמֶּלֶךְ LXX reddunt: τοῦ βασιλέως ἐπιτάξαντος, *mandante rege* vel *mandato regis.* Adde Ruth. IV, 11. ἔσται ὄνομα, erit vel esto *nomen* tuum, sc. *inclytum.* Iob. XXX, 8. ubi ante ὄνομα supplendum est ὤν. Amos. II, 7. ubi *Arabs* loco ὄνομα legit νόμον, aut sensum expressit. Psalm. CXLVI, 4. πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. *Suidas* ad h. l. ὀνόματα, γνῶσις. (Voluit *Suidas* ὀνόματα καλεῖν τινι esse i. q. γνῶσιν ἔχειν τινός.) Δαβίδ· ὁ ἀριθμῶν - - ὀνόματα καλῶν. τουτέστι διαφορὰς, καὶ τὴν τούτων θέσιν τε καὶ διάταξιν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν. οὐ γὰρ ὀνόμασι κεχρημένος ὁ Θεὸς τοὺς ἀστέρας καλεῖ, ἄνθρωποι δὲ ταῦτα ἔθεσαν. - שׁוּם: שֻׁם chald. Esdr. V, 2. προεφήτευσεν ἐν ὀνόματι Θεοῦ Ἰσραὴλ, prophetabat in nomine Dei Israel. Ib. 4. 10. 12. Dan. II, 20. 26. IV, 5. 16. - *שֶׁמֶן, *oleum.* Prov. XXVII, 16. ubi legerunt שְׁמוֹ vel שֵׁם. - שֵׁמַע vel שֵׁמַע, *auditio, rumor, fama.* 1 Reg. X, 1. ἤκουσε τὸ ὄνομα Σολομῶντος, audiebat *famam* Salomonis. Vide et Gen. XXXIX, 13. Num. XIV, 15. Deut. II, 25. et conf. Sirac. XLVII, 17. ac *Olearium de stilo N. T.* p. 316. sequ. - שֹׁמַע, idem. Ios. VI, 28. IX, 9. - תּוֹרָה, *lex, doctrina.* Ies. XLII, 4. In N. T. quoque ὄνομα notionem *doctrinae* et *religionis* habet. Conf. *Lexic. N. T.* s. h. v. n. 8. Sirac. VI, 23. σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι, sapientia est secundum nomen eius, quasi

ζοφία, h. e. obscura et arcana: sequitur enim *καὶ οὐ πολλοῖς ἐστι φανερά* (Conf. *Pinedam.* ad Iob. XXVIII, 18. *ζόφος* est *caligo*). חָכְמָה, quod *Emmanuel Sa* derivat a חָמַם, *abscondere*, Deut. XXXII, 34., aut a כְּמַן, quod chald. syr. et arab. notat *occultavit*. Conf. *Cornel. a Lapide* in *Comment.* ad h. l. p. 172. Sirac. XV, 6. *ὄνομα αἰώνιον*, *famam et celebritatem aeternam*. Sirac. LI, 4. *κατὰ τὸ πλῆθος ἐλέους καὶ ὀνόματός σου*, vel, ut alii rectius, *ἐλέους τοῦ ὀνόματός σου*, secundum multitudinem misericordiae nominis tui, h. e. misericordiae tuae. Nam Hebraei dicunt: שׁוהוא והוא שמו, *nomen suum est ipse*, *et ipse est nomen suum.* Vide *Drusium* ad Sir. l. c. 1 Macc. III, 41. ubi *Syrus:* ܫܡܥܗܘܢ. Eodem modo ib. VIII, 1. *famam* notat. Sapient. VIII, 12. *πάντες ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου νεκροὺς εἶχον ἀναριθμήτους*, h. e. uno eodemque *genere* mortis (quasi scriptum esset *ἐν θανάτῳ, ᾧ ἓν ὄνομα*) absumptos innumerabiles mortuos habebant. Nisi dicere velis, *ὄνομα* h. l. ad imitationem hebr. שֵׁם plane abundare. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 111. ed. *Dathii*. Sap. XIX, 18. *ὄνομα Bretschneidero* esse videtur *modulatio*, *Tonweise*, *Gesangweise*, *nomen* pro sono *definito*, *melodia*, ut קוֹל et מִלָּה leguntur Ps. XIX, 4. 5. Verba, quae ibi leguntur, haec sunt: *ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλλάσσουσι πάντοτε μένοντα ἤχῳ*, ut in polychordo soni concentus varii moderantur (sic enim vertendum est h. l. *διαλλάσσουσι*) modum s. modulationem, ita tamen, ut unum eundemque semper efficiant numerum.

'ΕΞ 'ΟΝΟ'ΜΑΤΟΣ, *nominatim.* 3 Macc. IV, 14. Apud *Polybium* V, 35, 2. XI, 15, 1. legitur *ἐπ' ὀνόματος*.

"ΟΝΟΜΑ ΚΥΡΙ'ΟΥ, *nomen Domini.* יְהוָה. Deut. XVII, 12. Ies. XIX, 18. – Vide alibi *ἅγιος*, *ἁγιάζω*, et *ῥύπος*.

'ΟΝΟΜΑ'ΖΩ, *nomino*, *invoco*, *recordor*, et *ὀνομάζομαι*, *memoror*, *audior*, *celebror.* זָכַר : הִזְכִּיר, Kal et Hiph. *recordor.* Ios. XXIII, 7. *τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν αὐτῶν οὐκ ὀνομασθήσεται ἐν ὑμῖν*, nomina Deorum illorum non *invocabuntur* inter vos. Ies. XXVI, 13. *ὄνομά σου ὀνομάζομεν*, nomen tuum *colimus* vel *invocamus*. Conf. Psalm. XIX, 18. ubi hebr. הִזְכִּיר redditur per *ἐπικαλεῖσθαι*, et 2 Tim. II, 19. ac *Wolfium* ad h. l. p. 520. Ier. III, 16. *οὐκ ὀνομασθήσεται*, non *mentio* eius *fiet.* Vide et Ios. XXIII, 7. Ies. XIX, 17. Ier. XXXIII, 36. – נָקַב, *expresse nomino*, it. *maledico*, *execror.* Lev. XXIV, 16. 1 Par. XII, 31. Ies. LXII, 2. – קָרָא, *voco.* Gen. XXVI, 18. Ier. XXV, 29. Conf. ad posteriorem locum notata in v. *καλέω*. Adde *Symm.* Ps. XLVIII, 12. – שֶׁמַע, *auditio.* Esth. IX, 5. *προσέπεσε γὰρ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ὀνομασθῆναι ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ*, accidebat enim, ut mandatum regis *audiretur* in universo regno. Ita 1 Cor. V, 1. *ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν*

τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, *auditur* inter vos scortatio, et talis, quae neque inter gentes *auditur*. Conf. et Rom. XV, 20. Tob. III, 8. καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης, sc. γυνὴ, a nullo *cognomen accepisti*, h. e. nullius uxor fuisti per concubitum. Ita legitur in ed. *Rom. Ald. et Compl.* Sed reliqui libri habent ὠνάθης, vel ὠνάσθης. Vide supra s. v. ὄνημαι. Sirac. XXIII, 11. ὀνομάζων, sc. τὸ ἅγιον, quod supplendum est e v. 9. qui temere Deum et sanctos vel res sanctas nominat, *nomen Dei assidue in ore habet*, i. q. in sequ. πολύορκος, quo significatu, iudice *Drusio* ad h. l., haud facile uspiam invenias. 1 Macc. III, 9. ὠνομάσθη ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, *nominis eius fama* usque ad finem terrae *emanaverat.* 1 Macc. XIV, 10. ἕως ὅτου ὠνομάσθη τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ ἕως ἄκρου τῆς γῆς, usque dum nomen gloriae ipsius *celebraretur* usque ad finem terrae. Baruch. IV, 30. παρακαλέσει σε ὁ ὀνομάσας σε, eriget te solatio Deus, *qui vos populum sibi elegit*, s. *cuius populus estis.* Sic קָרָא et καλεῖν et ὀνομάζειν redditur Ies. XLIII, 1. Zach. XIII, 9.

ʼΟΝΟΜΑΣΙʼΑ, *nominatio, nomen, appellatio.* שֵׁם, *nomen. Symm.* Psalm. XLVIII, 12. LXVII, 5. Vide et Sirac. XXIII, 8. ac *Schaeferum* ad *Dionys. Halic. de compositione verborum* p. 28.

*ʼΟΝΟΜΑΣΤΙʼ, *nominatim, nomine suo.* שְׁמוֹת, *nomina. Inc.* Ps. CXLVI, 4. *Theophr. Char.* XI, 2. Adde Esth. II, 14. *Alex. Zonaras Lex.* col. 1455. ὀνομαστὶ, ἐξ ὀνόματος.

ʼΟΝΟΜΑΣΤΟʼΣ, *nominatus* vel *nominabilis, clarus, celebris, insignis*, q. d. *praeclari nominis.* צְבִי, *gloria. Aqu. Theod.* Ierem. III, 19. ὀνομαστή. - קָרוּא part. Pah. *vocatus, celebris.* Ezech. XXIII, 23. - רֹאֶה part. *videns.* Ierem. LII, 25. Hic non tam spectanda est vox רָאָה, quam formula *videre faciem regis*, usitata illa de *amicis* ac *ministris regis*, qui recte ὀνομαστοὶ dici poterant. - שֵׁם, *nomen.* Gen. VI, 6. οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοὶ, viri *celebres.* Vide et Num. XVI, 3. 1 Paral. V, 24. XII, 30. Adde 2 Sam. XXIII, 18. ubi *Inc.* et LXX sec. ed. *Complut.* pro וְלוֹ שֵׁם, *et huic nomen erat*, habent: καὶ οὗτος ἦν ὀνομαστός. *Hesych.* ὀνομαστοὶ, ἔνδοξοι, περιβόητοι. - שֵׁם גָּדוֹל, *nomen magnum.* 2 Sam. VII, 9. - *שָׁם, *ibi.* Ezech. XXXIX, 11. Legerunt שֵׁם. - תְּהִלָּה, *laus.* Deut. XXVI, 19. ὅς ἐποίησέ σε ὀνομαστὸν, qui fecit te *laude celebratum.* Sic *Isocrates laud. Helen.* p. 818. ἐπαφρόδιτος καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴ ποίησις, gratissima et omnium laude celebrata poesis. Vide *Elsnerum* ad 1 Cor. V, 1. p. 90.

ʼΟΝΟΜΑΤΟΓΡΑΦΙʼΑ, *nominum scriptio* seu *inscriptio, nomenclatura, nomen scripto expressum*, etiam *descriptio per nomina.* 3 Esdr. VI, 12. ubi respondet verbis chald. שְׁמָהָת גֻּבְרַיָּא, *nomina virorum*, Esdr. V, 4. 3 Esdr. VIII, 19. πάντων ἐσημάνθη ἡ ὀνοματογραφία sunt versio verborum hebr.

כֻּלָּם נִקְבוּ בְשֵׁמוֹת, *omnes hi nominati sunt per nomina.* Esdr. VIII, 20. *Vulgatus: omnia nomina significata sunt in scripturis.*

"ΟΝΟΣ, ὁ, ἡ, *asinus, asina.* אָתוֹן, idem. Gen. XXXII, 15. XLIX, 11. Num. XXII, 21. et alibi. – חֲמוֹר, idem. Gen. XII, 16. XXII, 3. 5. XXIV, 35. et alibi passim. *Al.* 1 Sam. XVI, 20. 2 Sam. XVI, 20. – *כָּתֵף, *humerus.* Ies. XXX, 6. sec. *Hexapla Montf.* ἐπὶ ὄνων. *Curterius* ὤνων, vox vitiata ex ὤμων, ut *Theodotio* habet. *Doederleinius* in notis ad vers. latin. h. l. contra monuit, ἐπὶ ὄνων et genuinum esse, et pertinere ad עַל־כֶּתֶף עֲיָרִים, quam periphrasin brevitati studentes non transtulerunt. – עַיִר, *pullus, asellus.* Iob. XI, 12. Ies. XXX, 6. – פֶּרֶא, *onager.* Iob. XXIV, 5. Vide et Sirac. XXXIII, 29.

*"ΟΝΟΥ ΘΗ'ΛΕΙΑΙ. אֲתֹנוֹת, *asinae.* Iud. V, 10.

"ΟΝΟΣ "ΑΓΡΙΟΣ, *asinus agrestis, onager.* עַרְעָר, *arbor nuda.* Ierem. XLVIII, 6. ὥσπερ ὄνος ἄγριος. Legerunt כְּעָרוֹד: nam עָרוֹד est *onager.* Confer *Bocharti Hieroz.* P. II. pag. 220. – פֶּרֶא, *onager.* Iob. VI, 5. XXXIX, 5. Ies. XXXII, 14.

"ΟΝΤΩΣ, *vere, revera.* אֲבָל, *vere. Inc.* 2 Sam. XIV, 5. *Symm.* Gen. XLII, 21. μάλα ἡ ὄντως: ubi duae versiones unius eiusdemque vocis coaluerunt. – אָכֵן. *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XXVIII, 16. – אָמְנָם, *vere.* Num. XXII, 37. Conf. Marc. XI, 32. Luc. XXIV, 34. et *Eckhardi observatt.* ex *Aristoph. Pluto in N. T.* p. 53.

"ΟΝΥΞ, *unguis, ungula,* it. *gemma,* it. *aroma.* טְפַר chald. idem. Dan. IV, 30. VII, 19. – נוֹצָה, *penna, pluma.* Ezech. XVII, 3. 7. ubi mera coniectura ducti transtulerunt. – *פַּרְסָה, *ungula.* Deut. XIV, 8. – צִפֹּרֶן, *stilus, scalprum.* Ierem. XVII, 1. Vox hebr. pr. *unguem* notat, quam notionem quoque agnoscit lingua arabica ظفر; metaphorice *stilum acutum instar unguis.* – שֹׁהַם, *sardonyx. Theod.* et *LXX* Iob. XXVIII, 16. *Symm.* Gen. II, 12. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXV, 7. XXVIII, 9. "Ονυξ est h. l. gemma humani unguis colore et candore, ut et ipsum nomen indicat. Vide *Isidorum* lib. XVI. *Origg.* c. 8. Praeter eum est *onyx* conchylii ac piscis genus, quo nomine etiam eiusdem piscis *concha* dicitur, quae a *Dioscoride* lib. II. c. 8. *unguis odoratus,* ab aliis *aromaticus* dicitur, a *Plinio* (*H. N.* XXXII, 10.) *ostracium* vocatur. Reperitur hic pisciculus in Indiae paludibus, teste *Dioscoride,* in quibus *nardi spica crescit,* qua fit, ut testa nardum redoleat. – שְׁחֵלֶת, *aromatis species.* Exod. XXX, 34. Vide *Simonis Lex. hebr.* p. 1621. et supra ad שֹׁהַם notata. Confer etiam Sirac. XXIV, 18.

et *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. V. c. 20. - שֶׁסַע, *fissura.* Lev. XI, 7.

᾿ΟΝΥΧΙ´ΖΩ, *ungulam divido.* שָׁסַע, *diffindo.* Lev. XI, 5. 7. 26. Deut. XIV, 6. 7.

᾿ΟΝΥΧΙ´ΖΟΜΑΙ, *ungues mihi praecido.* 2 Sam. XIX, 24. οὐκ ἐθεράπευσε τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐδὲ ὠνυχίσατο, neque pedes suos laverat, neque *ungues* sibi *praeciderat.* In hebr. textu nihil pro hoc verbo legitur.

᾿ΟΝΥ´ΧΙΟΝ, *unguiculus:* sumitur etiam pro *lapide onychite*, gemmae specie, sic dicta, quod candore unguem humanum referat. בָּרֶקֶת, *smaragdus.* Ezech. XXVIII, 13. - יָשְׁפֵה, *iaspis.* Exod. XXVIII, 20. *Al.* Exod. XXXIX, 11.

᾿ΟΝΥΧΙΣΤΗ´Ρ, *ungulae fissura* aut ipsa *ungula.* *פַּרְסָה, *ungula.* Deut. XIV, 8. - שֶׁסַע. Lev. XI, 5. 26. Deut. XIV, 6. 7.

᾿ΟΞΕ´ΩΣ, *celeriter*, vel *ociter*, *valde*, *vehementer.* חָשׁ praet. Kal ex חוּשׁ, *festinavit.* Ies. VIII, 3. ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον, celeriter spolia, velociter diripe. - מַהֵר, *festinus.* Ies. VIII, 1. - קַל, *levis*, *leviter.* Ioel. III, 4. ubi, ut hoc obiter moneam, ὀξέως vitiose est coniectum cum ἐπ᾿ ἐμοὶ in plerisque editionibus. *Arabs* et *Vatic.* sequentibus annectunt. Vide et Sap. III, 18. XVI, 11. *Hesych.* ὀξέως, ταχέως, ταχυδρόμως. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὀξέως, ταχέως, σφοδρῶς.

῎ΟΞΟΣ, *acetum.* חֹמֶץ, idem. Num. VI, 3. Ruth. II, 14. Psalm. LXVIII, 26. Prov. XXV, 20.

᾿ΟΞΥΓΡΑ´ΦΟΣ, *celeriter scribens.* מָהִיר, *festinus, promtus.* Psalm. XLIV, 2. Conf. *Schaeferi indic. graecit.* ad *Gregorium de dialectis* s. v. γράφειν.

᾿ΟΞΥ´ΘΥΜΟΣ, *celer* aut *praeceps ad iram, iracundus.* נִרְגָּן, *susurro.* Prov. XXVI, 20. Hic pro lubitu aliud genus hominum lites excitantium posuerunt. - קְצַר אַפַּיִם, *brevis naribus* s. *praeceps irarum.* Prov. XIV, 17.

᾿ΟΞΥΝΤΗ´Ρ, *in acutum desinens instrumentum, scalprum.* חֲדוּדִים plur. *acumina.* *Aqu.* Iob. XLI, 21. ὀξυντῆρες, h. e. *ferramenta in acutum desinentia.*

᾿ΟΞΥ´ΝΩ, *acuo*, *acutum reddo.* הֶחֱרִיד Hiph. *perterrefacio.* Zach. I, 21. τοῦ ὀξῦναι αὐτὰ εἰς χεῖρας αὐτῶν. Vbi non legerunt חָרַד, sed sensum expresserunt, connectentes nempe לְהַחֲרִיד cum sequ. לְיַדּוֹת, ac ὀξύνειν, quod etiam alias *instigare* notat, est h. l. *efficere*, *ut aliquis celeriter aliquid faciat aut veniat*, quae ipsa notio coniuncta est cum significatione *festinandi*, quam habet vox חָרַד. - הִתְאַחֵד Hithp. *aduno me.* Ezech. XXI, 16. ὀξύνου. Secundum *Cappellum* in *notis critt.* ad h. l. p. 551. acceperunt, quasi esset a חָדַד, *acuere*, quasi הִתְחַדִּי, abiecto Aleph, sensu commodo, si Aleph sic secure

neglegatur. Sed et hic mihi videntur de sensu magis quam de verbis solliciti fuisse. 'Οξύνεσθαι nempe h. l. notat *strenue agere*, et coniungendum est cum antecedente διαπορεύεσθαι, quod sensus causa addiderunt. Sermo praeterea ibi est de *gladio terso ac polito*. – חָדַד, *acuo*. Prov. XXVII, 17. Ezech. XXI, 9. 10. – לָטַשׁ. *Symm.* Iob. XVI, 9. ubi formula ὀξύνειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴς τινα, *acuere oculos contra aliquem*, vel notat: *intentis oculis aliquem aspicere*, vel, ut *Vulgatus* transtulit: *terribilibus oculis aliquem intueri.*

'ΟΞΥ'ΠΤΕΡΟΣ, *accipiter*. רָאָה vel דָאָה. *Inc.* Deut. XIV, 13. Vide *Bochartum Hieroz* P. II. lib. VI. c. 3.

'ΟΞΥ'Σ, *acutus*, *acerbus*, it. *velox*, *promtus*, *sapiens*. חַדָּה foemin. Psalm. LVI, 6. Ies. XLIX, 2. – *חֶרְפָּה, *opprobrium*. *Al.* Iob. XVI, 10. ὀξεῖ, pro quo in Francof. ed. legitur ὄξει. Conf. *Drusium* ad h. l. – חֶרֶשׂ, *testa*. Iob. XLI, 22. ὀβελίσκοι ὀξεῖς. Videntur mihi legisse חָרוּץ. Potest quoque arab. خرش, *scabere*, in subsidium vocari. – מָהִיר, *festinus*, *promtus*. Prov. XXII, 28. ὀξὺν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, *promtum* aut *sapientem* in operibus suis. – קַל, *levis*. Amos. II, 15. ὁ ὀξὺς τοῖς ποσὶν, *levis*, *velox pedibus*. Conf. Rom. III, 15. Ad quem locum respiciens *Augustinus doctr. Christ.* lib. II. c. 12. ita: *Ex ambiguo linguae praecedentis plerumque interpres fallitur, cui non bene nota est sententia, et eam significationem transfert, quae a sensu scriptoris penitus aliena est. Sicut quidam codices habent:* acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem, ὀξὺς *enim apud Graecos et* acutum *et* velocem *notat. Ille ergo vidit sententiam, qui transtulit:* veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ita et apud *Diodor. Sic.* p. 20. ἡ καταφορὰ τοῦ ποταμοῦ οὕτως ἐστὶν ὀξεῖα καὶ βίαιος, ὥστε δοκεῖν μηδὲν βέλους διαφέρειν. Sic et ὀξύχειρ, *qui celeres manus habet*, dicitur *Luciano Dial. Apoll. et Vulcan.* T. I. p. 195. – שֶׁטֶף, *inundatio*. Prov. XXVII, 4. ὀξεῖα ὀργὴ, *acerba ira*. Vocem hebr. metaphorice h. l. acceperunt. – שָׁנוּן part. Pah. *dentatus*. Ies. V, 28. Sap. VIII, 12. ὀξὺς εὑρεθήσομαι ἐν κρίσει, acutus, h. e. *sagax* et *ingeniosus*, q. d. *acumine mentis praeditus*, reperiar in iudicio. Sap. VII, 22. ubi σοφία dicitur πνεῦμα ὀξύ. *Demosth.* 32, 22. γνῶναι πάντων ὑμεῖς ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα. *Lucian. de saltat.* T. II. p. 308. ed. *Reitz.* ὀξὺς ἐπινοῆσαι. *Hesych.* ὀξὺς, ταχὺς, δριμὺς, φρόνιμος.

*'ΟΞΥΣΘΕΝΗ'Σ. Iob. XXXIX, 23. sec. cod. *Alex.* ὀξυσθενὴς μάχαιρα, ubi fortasse legendum est ὀξυτενὴς, *in acutum tendens*, *acuminatus*, ac respondet hebr. לַהַב חֲנִית, *lamina s. ferrum lanceae.*

'ΟΞΥ'ΤΕΡΟΣ, compar. *acutior*, it. *velocior*. חָדַד, *acutus sum*. Hab. I, 8. ὀξύτεροι ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας,

acutiores (sc. *visu*) lupis Arabiae. Ar. حدّ notat *visum intendit*, *visu acuto est*. *Vulg*. *velociores*.

'ΟΞΥ'ΤΗΣ, *acumen*, *acrimonia*, it. *velocitas*. נַחְרָה, *rhonchus*. Ierem. VIII, 16. ἐκ Δὰν ἀκουσόμεθα φωνὴν ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ, e Dan audiemus vocem *acuminis*, h. e. *acutissimam*, equorum eius: ubi sec. *Bochartum Hieroz*. T. I. p. 72. legerunt Daleth pro Resch נַחְדַּת. Mihi autem paulo liberius transtulisse videntur, rhonchus enim h. l. equis tribuitur ob velocitatem, qua ad proelium currunt.

'ΟΠΑΔΟ'Σ, *comes*, *assecla*, *sectator*, *imitator*, ab ὀπάζω, *insequor*, unde proprie eum notat, *qui vestigia alterius sectatur*. *Prolog*. *Sir*. ὀπαδὸς Σολομῶντος, *imitator Salomonis*, aut *aemulus*, ut a *Cicerone* vocatur.

*"ΟΠΕΡ. Iob. VI, 17. מִמְּקוֹמוֹ, *de loco suo*. Iob. VI, 17. ὅπερ ἦν, h. e. *in quocunque statu* s. *dignitate fuerint*. מָקוֹם notat quandoque *statum*, *conditionem*, *dignitatem*. Confer etiam formulam εἶναί τι in *Lex*. *N*. *T*. sub τίς. Iob. VII, 10. pro ὅπερ lege οὔπερ.

'ΟΠΗ', *foramen*. אֲרֻבָּה, *fenestra*. Cohel. XII, 3. - חֲגָוִים plur. *fissurae*. Abd. v. 3. - חֹר. Cant. V, 5. Ezech. VIII, 7. Zach. XIV, 12. *Al*. et *LXX* sec. *ed*. *Complut*. 2 Reg. XII, 9. - מַקֶּבֶת, *perforatio*, *excavatio*. *Theod*. Ies. XI, 1. - נְקָרָה, *foramen*. Ex. XXXIII, 22. - סָעִיף, *scopulus*. *Al*. Iud. XV, 11. in quo tamen loco סָעִיף *fissuram in monte* adeoque *speluncam* notat: coll. v. 8. et Ies. II, 21.

'ΟΠΗΝΙ'ΚΑ, *quando*, *quandoquidem*. Iudith. XI, 12. 4 Macc. II, 21. *Lex*. *Cyrilli MS*. *Brem*. ὁπηνίκα, ἡνίκα, ὅτε, ὁπόταν.

'ΟΠΗ'ΤΙΟΝ, *subula*, *qua aliquid perforatur*. מַרְצֵעַ, *subula*, *framea*. Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. Apud *Pollucem* lib. VII. c. 21. ὀπήτεια et ὀπητείδια.

"ΟΠΙΣΘΕ, -θεν, *post*, *retro*, *a tergo*. אַחַר. Ies. LIX, 13. - אָחוֹר. 2 Sam. X, 9. 2 Par. XIII, 14. Ierem. VII, 23. - אַחֲרֵי. Gen. XVIII, 10. Ios. VI, 13. Ruth. I, 16. et alibi saepius. - אַחֲרַנִּית. *Al*. 1 Sam. IV, 19. - *מֵאַחֲרֵי, *a tergo*. Exod. XIV, 19. - *בְּעִקְבֵי, *in vestigia*, seu: *post vestigia*. *Inc*. Cant. I, 8.

*'ΑΠΟ' "ΟΠΙΣΘΕ'Ν ΜΟΥ. מֵאַחֲרֵי. 1 Sam. XV, 11. *Aqu*. 2 Sam. VII, 8. - מֵאַחַר, *de post*. *Aquila* Psalm. LXXVII, 71.

*'ΕΚ ΤΟΥ" "ΟΠΙΣΘΕΝ. מֵאָחוֹר. 2 Sam. X, 8. *Inc*. simpliciter ὄπισθεν.

'ΟΠΙ'ΣΘΙΟΣ, *posterior*, *posticus*, *aversus*. אָחוֹר. Gen. XLIX, 17. sec. *Ald*. et *Complut*. Reliqui libri habent τὰ ὀπίσω. 1 Reg. VII, 24. πάντα τὰ ὀπίσθια εἰς τὸν οἶκον, omnia posteriora (boum) versus templum. *Hesych*. ὀπίσθια, ἄλλα

τὰ τῶν ζώων οὐραῖα. - יַרְכָה, *latus.* Exod. XXVI, 23. 27. XXXVI, 24. 29. - שׁוּל, *fimbria.* Ier. XIII, 22.

'ΟΠΙΣΘΙ'ΩΣ, *a tergo, retrorsum, pone.* אֲחֹרַנִּית, *retrorsum.* 1 Sam. IV, 18.

'ΟΠΙΣΘΟ'ΤΟΝΟΣ, proprie *in aversum tendens vel tentus*, deinde *morbus, quo cervix ad scapulas contrahitur et reflectitur, ita ut non ultra erigi possit, s. affectio, qua cervix ita diriguit, ut flecti non possit*, vel *tensio musculorum cervicis versus posteriora,* qua qui laborat, ὀπισθοτονώδης dicitur *Hippocrati Praedict.* p. 74. cui opponitur ἐμπροσθότονος. קֶטֶב, *exitium.* Deut. XXXII, 24. ubi latinus interpres reddidit *extensio dorsi.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 2181. *Gloss. MS. in Cant. Script.* ὀπισθότονος, εἶδος νόσου ἀθεράπευτον. *Hesych.* ὀπισθότονος, ἐναντίον κύρτωμα. *Plinius* lib. XXVIII. c. 12. *dolorem inflexibilem opistothonum vocant.* Conf. *Heinsii Exerc. Sacr.* p. 184. *Bonfrerium* ad Deut. l. c. p. 1044. et *Blancardum* in *Lexico Medico.*

*'ΟΠΙΣΘΟΦΑΝΗ'Σ, *retrorsum attendens, s. mentem adhibens.* אֲחֹרַנִּית, *retrorsum.* Gen. IX, 23. ὀπισθοφανὲς pro ὀπισθοφανῶς sec. cod. *Alex.* et *Cotton. Hesych.* ὀπισθοφανὴς, εἰς τοὐπίσω προσέχων. Eadem quoque habet *Lexic. Cyrilli MS.*

'ΟΠΙΣΘΟΦΑΝΩ'Σ, *retrorsum.* אֲחֹרַנִּית, idem. LXX sec. *Vatic. Ald. et Compl.* Gen. IX, 23.

'ΟΠΙ'ΣΩ, *post, retro.* אַחַר. Num. XXV, 8. Iud. III, 22. 1 Sam. XI, 7. et alibi. - *אַחֵר, *alius.* Prov. XXV, 9. *ἀναχωρεῖ εἰς τὰ ὀπίσω.* Legerunt אָחוֹר seu potius אַחַר. Idem valet quoque de loco Ps. XVI, 4. ubi *Symmachus* vertens *εἰς τὰ ὀπίσω* pro vulgato אַחֵר legit cum *Chaldaeo* אַחַר, quae lectio magis quam vulgata placet. - אָחוֹר. Exod. XXXIII, 23. *τότε ὄψει τὰ ὀπίσω μου.* Patres graeci legisse videntur *τὰ ὀπίσθιά μου,* ut monuit *Suicerus Thes. Eccles.* in v. *Hesych. ὀπίσθια, τὰ παρελθόντα.* 1 Sam. I, 22. Psalm. IX, 3. et alibi saepius. - אַחֲרֵי. Gen. XIX, 6. *ὀπίσω αὐτοῦ, post illum.* Gen. XIX, 17. *μὴ βλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω ὄντα,* ne respicias ad ea, quae retro sunt, vel ne retrospicias. Vide et v. 26. Iud. XX, 40. 1 Sam. XXIV, 9. et conf. Luc. IX, 62. Ierem. II, 23. *ὀπίσω τῆς Βάαλ οὐκ ἐπορεύθην,* Baalem non *cultu divino prosequutus sum.* Vide et Ierem. VII, 5. 8. Hos. II, 5. 13. - אַחֲרֵי גַו, *post tergum.* 1 Reg. XIV, 9. - *אַחֲרֵי גֵו, idem. Ies. XXXVIII, 17. - אַחֲרוֹן, *posterior.* Genes. XXXIII, 2. - אֲחֹרַנִּית, *retrorsum.* 1 Reg. XVIII, 37. 2 Reg. XX, 10. 11. - בָּתַר chald. Dan. II, 39. - יַרְכָה, *latus.* Exod. XXVI, 22. XXXVI, 23. - *מֵאַחֲרֵי, *a tergo.* Exod. XIV, 19. - סוֹף, *extremitas.* Ioel. II, 20. - לִפְנֵי, *coram facie.* 1 Reg. XII, 30. - שׁוּל, *fimbria.* Ierem. XIII, 26. Nahum. III, 5. In utroque loco *τὰ ὀπίσω* notat partem vestis posteriorem, qua re-

iecta in caput atque inde in faciem, reteguntur posteriora, et apparet nuditas. *Hesych.* ὀπίσω, πάλιν, ὕστερον, μετὰ ταῦτα καὶ τὸ μέλλον.

'ΟΠΛΗ', *ungula, unguis quadrupedum.* פַּרְסָה, idem. Exod. X, 26. Lev. XI, 3. Deut. XIV, 6. et alibi. Adde Ies. V, 28. sec. *editionem* τῶν ὁ *Hexaplarem.* – פָּרָשׁ, *dens. Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 28. Legerunt בַּרְסֵיו, a פַּרְסָה, *ungula.*

'ΟΠΛΑ'Σ 'ΕΚΦΕ'ΡΩ, *ungulas profero.* הִפְרִיס Hiph. idem. Psalm. LXVIII, 36.

*'ΟΠΛΙΣΤΗ'Σ, *armator.* חָלוּץ part. Pah. *expeditus, accinctus.* Num. XXXII, 21. sec. *Alex.* Sed reponendum fortasse ὁπλίτης.

'ΟΠΛΙ'ΤΗΣ, *armatus, armis instructus.* חָלוּץ part. Pah. *expeditus.* Num. XXXII, 21. Sunt autem ὁπλῖται h. l. *milites, qui nihil praeter arma gestant, et quorum humeri non premuntur gravi sarcinarum onere,* qui alias εὔζωνοι, etiam ἐνωπλισμένοι dicuntur. Conf. *Aelian. V. H.* X, 22. et XII, 61. – *חֲמֻשִׁים, *quintati. Symm.* sec. cod. X. *Holm.* et *Diodor* in *Cat. Nic.* ad Exod. XIII, 18.

'ΟΠΛΟΔΟΤΕ'Ω, *arma do, armis instruo.* 1 Macc. XIV, 32.

'ΟΠΛΟΘΗ'ΚΗ, *armamentarium, locus, ubi arma reponuntur.* מָגֵן, *clypeus.* 2 Par. XXXII, 27. N. L. Sine dubio textus graecus h. l. est corruptus, et loco ὁπλοθήκας reponendum est ὅπλων. Vox legitur etiam apud *Aelianum V. H.* l. VI. c. 12.

'ΟΠΛΟΛΟΓΕ'Ω, *arma lego* vel *colligo.* 2 Maccab. VIII, 27. 31.

'ΟΠΛΟΜΑ'ΧΟΣ, *armis pugnans, bellator, armatus,* seu *qui armis militaribus et scuto depugnat.* כְּלֵי זַעַם, *vasa s. instrumenta irae divinae.* Ies. XIII, 5. Sensum expresserunt: nam exercitus Medorum ac Persarum h. l. intelligitur.

"ΟΠΛΟΝ, et plur. "ΟΠΛΑ, *arma,* et speciatim *scutum, clypeus.* אֹרֵב part. *insidiator.* Ierem. LI, 12. Videntur mihi h. l. חֶרֶב legisse, aut ὅπλα eo sensu accepisse, quo legitur apud *Eurip. Suppl.* v. 701. ut significet *graviter armatos milites.* Vide quoque infra s. קָהָל. – בַּל, *non.* Prov. XIV, 7. ὅπλα αἰσθήσεως. Sine dubio legerunt כְּלֵי, abscisso י ex sequ. יָדַעְתָּ. *Semlerus* legere mavult οὐβάλ, ut sit ipsum hebraicum בַּל. Sed prius mihi probabilius esse videtur. – חֲנִית, *hasta.* Psalm. XLV, 9. *Theod. Ed. Quinta et Sexta* ac LXX Psalm. LVI, 6. Nahum. III, 3. Hab. III, 10. ubi loco ὅπλων σου reponendum est ὅπλα σου, aut fortasse unitatis numero ὅπλον σου, *telum tuum.* – *חֶרֶב, *gladius. Inc. Int.* Ezech. XXVI, 9. ὅπλα. *Aqu. Theod.* Iob. XXXIX, 22. – כְּלִי, *vas, instrumentum,* etiam *arma.* Ierem. XXI, 4.

Ezech. XXXII, 26. *Symm.* 1 Sam. XVII, 54. - מִגְדָּנוֹת plur. *res pretiosae.* 2 Par. XXI, 2. Quanquam non improbabile est eos legisse מְגִנּוֹת, eliso ד, tamen statuere mallem, eos ὅπλα h. l. latiore sensu accepisse, quo *vasa* et *instrumenta omnis generis* notat: de qua notione vide *Lex. N. T. s. h. v.* - מָגֵן, *clypeus.* 2 Sam. XXII, 36. sec. ed. *Compl.* 1 Reg. X, 17. Psalm. XXXIV, 2. Ierem. XLVI, 3. Conf. Sap. VIII, 21. ubi *Vulgatus* τὸ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον interpretatur *servitutis suae scutum.* Vide et *Drusium Animadv.* lib. I. c. 51. ubi *scuta* Latinis etiam *arma* denotare observat. - *מִגֵּן Pih. *dedo, trado. Aqu.* Hos. XI, 8. ὅπλῳ κυκλώσω σε, *clypeo cingam te:* ubi cum LXX putavit derivandum esse a גָּנַן, aut a מָגֵן. Rectius *Symmachus* reddidit: ἐκδώσω σε. - מְסִלָּה, *via trita.* Ioel. II, 8. Num fortasse ibi loco ὅπλοις reponendum est ὁδοῖς? ut ὅπλοις debeatur sciolo cuidam, qui, ob sequens ἐν τοῖς βέλεσιν αὐτοῦ, maluerit ὅπλοις ponere. Aliis magis arridet opinio, LXX legisse h. l. משלחו vel מִשְׁלַכְתּוֹ, mischlacatho, *in sua armatura.* - נֶשֶׁק. 2 Reg. X, 2. Ezech. XXXIX, 9. 10. Adde *Aqu. Theod.* Iob. XXXIX, 21. ubi pro ὅπλου legendum videtur ὅπλων. - סִרְיוֹן, *lorica.* Ierem. LI, 3. - פַּרְסָה, *ungula.* Ierem. XLVII, 3. ubi tamen pro ὅπλων legendum erit ὁπλῶν, ab ὁπλὴ, quod vide supra. Conf. *Opusc. Crit.* p. 384. - צִנָּה, *clypeus.* Psalm. V, 15. κύριε, ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας με, Domine, tanquam clypeo beneplaciti cinxisti nos: ubi *Vulg. scutum* posuit. Psalm. XC, 5. ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, tanquam clypeo rotundo proteget te veritas eius. In his locis alluditur ad formam rotundam clypeorum, qui olim sedentibus sub illis tutamen praestabant. Conf. "Οπλῳ κυκλόω, et quae notata sunt in voce ὑπερασπίζω. Cur autem in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὅπλον εὐδοκίας exponatur σταυρὸς, alii dispiciant. (Continet haec glossa interpretationem interpretis christiani, piam magis quam veram.) - *צֵן, in plur. foem. צִנּוֹת, *spina, spinae, hami. Symm.* et LXX Amos. IV, 2. Deduxerunt cum *Aquila*, qui θυρεὸς habet, a צִנָּה, quod *omne* notat, *quod corpus protegit,* nominatim *clypeum et hastam.* - קָהָל, *coetus.* Ezech. XXIII, 47. ubi tamen pro ὅπλων alii rectius ὄχλων habent. Vide tamen supra s. ארב. - שֶׁלַח, *missile.* 2 Par. XXIII, 10. Nehem. IV, 23. - שְׁלָטִים plur. *scuta. Inc.* 2 Sam. VIII, 7. Ita quoque legitur apud Inc. Int. ubi duae versiones coaluerunt, nam reperitur ibi quoque vox δόρατα: quae est mera emendatio ad textum hebr. - *שַׁפְרוּר, *tentorium.* Ierem. XLIII, 10. καὶ ἀρεῖ τὰ ὅπλα ἐπ' αὐτούς. Bene quoad sensum: nam, ut iam *Dathius* ad h. l. observavit, vox hebr. de *tentorio castrensi* explicanda est hoc sensu: *castra sua in eis figet.* Adde Sap. XVIII, 21. 1 Macc. IX, 39. ubi ὅπλα *apparatum*

notat. *Hesych.* ὅπλον, ἔνδυμα πολεμικόν. *Glossae:* ὅπλον, *telum*, *scutum*.

"ΟΠΛΩι ΚΥΚΛΟ'Ω, *scuto circumdo*, *clypeo rotundo protego*. מִגֵּן Pih. *dedo*, *trado*. *Aqu.* Hos. XI, 9. ὅπλῳ κυκλώσω σε. Forte legit vocem ea ratione punctatam, qua *clypeum* notat. – Vide alibi καθοπλίζομαι.

'ΟΠΛΟΠΟΙΕ'Ω, *arma facio*, *armo*. Sap. V, 18. ὁπλοποιήσει. *Vulg.* *armabit*.

'ΟΠΛΟΦΟ'ΡΟΣ, *armiger*, *arma gestans*. 2 Par. XIV, 8. ubi pro hac voce nihil in textu hebr. legitur. נֹשֵׂא כֵלִים. *Symm.* 1 Sam. XVI, 21. et XXXI, 4.

*'ΟΠΟΙ'ΟΣ, *qualis*. 'ΟΠΟΙ'ΟΝ. מָה. *Inc.* Iud. IX, 2.

*'ΟΠΟ'ΤΕ, *quando*, *cum*. מֵעַן, *ex tunc*. Ies. XVI, 14. Adde Tob. VII, 11. ὁπότε ἐὰν, *quando*, *ubi*.

"ΟΠΟΥ, *ubi*. *אֵיפָה, quod est nomen mensurae, *modius*. Mich. VI, 10. Legerunt אֵיפֹה, *ubi*. – ב praefixum, *in*. Prov. XXVI, 20. – ו. *Symm.* Iob. XXVI, 14. – מָקוֹם, *locus*. Iob. VI, 17. *Inc.* ibid. eodem modo habet ὅπου ἦν, pro מִמְּקוֹמוֹ, *de loco suo*. 3 Esdr. VI, 24. respondet chald. אֲתַר דִּי, *locus*, *quo*. Esdr. VI, 3.

*'ΟΠΟΥΔΗ'ΠΟΤΕ, *ubicunqae*. *Symm.* 1 Sam. XXIII, 13. ubi in textu hebr. respondet verbis בַּאֲשֶׁר יִתְהַלָּכוּ, *in quo ambulaverunt*.

'ΟΠΤΑ'ΖΟΜΑΙ, *videor*, *appareo*. נִרְאָה Niph. Num. XIV, 14. ὀπτάζῃ, ubi tamen duo codd. *Holmes.* et *Euseb.* ὀπτάνῃ habent.

'ΟΠΤΑ'ΝΙΟΝ, *culina*, etiam *cremia* et *sarmenta ad assandum igni iniecta* apud *Ioseph.* c. *Apion.* I, 26. fere extr. Conf. *Hemsterhus.* ad *Thom. Mag.* p. 592. תַּנּוּר, *furnus*. *Quint. edit.* Hos. VII, 4. Ita etiam vox occurrit apud *Aristophanem* in *Equit.* v. 1030. et in *Pac.* v. 891. Conf. et *Phrynichum* v. μαγειρεῖον p. 120. Alias vero scribitur ὀπτανεῖον. *Hesych.* ὀπτανεῖον, μαγειρεῖον. Vide et *Pollucem* Lib. I. c. 8. segm. 80. et lib. VI. cap. 1. segm. 13.

'ΟΠΤΑ'ΝΟΜΑΙ, *videor*, *appareo*. נִרְאָה Niph. Num. XIV, 14. sec. cod. *Oxon.* (*Euseb. Demonstr. Evang.* V, 18. p. 244. d.) 1 Reg. VIII, 8. Vide et Tob. XII, 19. ac conf. Act. I, 3. *Hesych.* ὀπτανόμενος, ὁρώμενος, ἐμφανιζόμενος. Similiter *Gloss.* in *Act. Apost.* ὀπτανόμενος, ὁρώμενος, φαινόμενος.

'ΟΠΤΑΣΙ'Α, *visio*, *apparitio*, *ostentatio*. מַרְאֶה mascul. Dan. IX, 23. X, 1. 16. – מַרְאָה foem. Dan. X, 7. 8. – *מֹרִיָּה, *Moriah*, nomen proprium. *Symm.* Gen. XXII, 2. Ex רָאָה hanc vocem derivatam putavit, mutato א in י. – נִרְאָה Niph. Mal. III, 2. Esth. XIV, 16. ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου, in diebus *ostentationis* meae, quibus scil. in publicum prodeo, regio habitu ornata. Sirac. XLIII, 2. 18.

'ΟΠΤΑ'Ω, *asso*, *coquo*, *torreo*. בָּשַׁל, *coquo*. 2 Paral. XXV, 13. Adde Deut. XVI, 7. ubi LXX habent *καὶ ἑψήσεις καὶ ὀπτήσεις*, quod est oppositum in apposito. Inepti scribae duas versiones in unam compegerunt. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 683. ed. *Rosenm.* - צָלָה. 1 Sam. II, 17. *Aqu. Symm. Theod.* LXX Ies. XLIV, 19. - שָׂרַף, *comburo*. Gen. XI, 3. Vide et Tob. VI, 4.

'ΟΠΤΗ'ΣΑΣ 'ΟΠΤΑ'Ω, *assans asso*, h. e. *diligenter asso*. צָלָה, *asso*. Ies. XLIV, 16.

"ΟΠΤΟΜΑΙ, *video*, et *videor*, *appareo*. אֶרְאֶלָּם, *virorum fortium complexus et copia*. *Symm. Theod.* Ies. XXXIII, 7. *ὀφθήσομαι αὐτοῖς*. Habuerunt Mem pro affixo, et ipsam vocem deduxerunt a רָאָה. Ita certe iudicat *Hieronymus* scribens: *Verbum Arellam*, *pro quo Aquila* (*ὀρασθήσομαι*) *Symm. et Theodot. interpretati sunt* apparebo eis, *extremam syllabam dividentes et legentes* Arelahem, *Hebraei significare* angelos *arbitrantur*. - בּוֹא, *venio*. 1 Reg. III, 16. *τότε ὤφθησαν δύο γυναῖκες πόρναι τῷ βασιλεῖ*, postea duae mulieres meretrices *venerunt* ad regem, seu *apparuerunt* coram rege. Ita etiam nostrates voce *erscheinen* utuntur, inprimis ubi sermo est de iis, qui se coram potentioribus sistunt. - גָּלָה, *revelo*. Ies. XL, 5. *ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου*. - *דָּאָה, *volo*. Ierem. XLIX, 22. *καὶ ὄψεται*. Permutarunt דָּאָה, *volare*, cum רָאָה, *videre*, legentes יִרְאֶה. - הִבִּיט Hiph. a נָבַט. *Symm.* 1 Sam. II, 32. *ὄψει*, *videbis*. - הֵקִיץ Hiph. a קִיץ, *evigilo*. Ps. XVI, 17. *ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου*. Sensum expresserunt. - הָרָה, *concipio*. Ies. XXXIII, 11. *νῦν ὄψεσθε*. Videntur legisse תִּרְאוּ. - חָזָה, *video*. Exod. XXIV, 12. Ps. XVI, 17. Cant. VI, 12. VII, 1. et alibi. - *יָרֵא, *timeo*. Cohel. XII, 5. Legerunt יִרְאוּ, a רָאָה, *videre*. - *מָצָא, *invenio*. *Inc.* Exod. XII, 19. *οὐκ ὀφθήσεται*. Quanquam haec versio cum textu hebr. facile conciliari potest, tamen videtur esse glossa desumta ex cap. XIII, 7. ubi haec lex repetita est, et verba hebr. לֹא יֵרָאֶה a LXX expressa sunt per *οὐκ ὀφθήσεται*. - פָּנָה, *aspicio*. Iob. V, 1. - רָאָה. Exod. III, 2. *ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς*, *apparuit* autem illi angelus Domini in flamma ignis. Conf. Luc. I, 11. Ex. III, 16. *κύριος, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὦπταί μοι*, Dominus Deus patrum nostrorum *apparuit* mihi. *Gloss. in Octat. et Hesych.* *ὦπται*, *ἐθεάθη*. 2 Reg. XIV, 8. *ὀφθῶμεν προσώποις*, *videamur nos faciebus*, h. e. *coram dimicemus*, *alter contra alterum*. Vide et v. 11. 2 Reg. XXII, 20. *οὐκ ὀφθήσεται ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἐν πᾶσι τοῖς κακοῖς*, non videantur oculis tuis omnia mala, aut: nihil videbis de omni hac calamitate. Vide et 2 Par. XXXIV, 28. Ps. LXXXVIII, 47. *οὐκ ὄψεται θάνατον*, non videbit mortem, h. e. non *sentiet* mortem, non morietur. Sic *ἰδεῖν θάνατον* Luc. II, 26. et Hebr. XI, 5.

et *θεωρεῖν θάνατον* Ioh. VIII, 51. usurpatur. Conf. *Wolfium* ad *Luc. l. c.* p. 588. Ps. XXXIV, 17. *πόσα ὄψῃ;* quanta videbis? h. e. iam satis multa horum hominum scelera vidisti. – *רָעָה, *pascor, pastum ago.* Mich. V, 3. *καὶ ὄψεται καὶ ποιμανεῖ.* Facile quidem ante וְרָעָה excidere potuit וְרָאָה (quod etiam pro וְרָעָה 5 codd. *Kennicott.* habent), sed et رعى *consideravit* significat, ut igitur duplicis interpretationis, apud LXX saepius obviae, suspicio subnascatur. – שׁוּר, *contemplor.* Iob. XVII, 15. XXXIV, 29. – שָׁכַן, *habito.* Ex. XXV, 8. Deut. XXXIII, 16. Apparitionibus enim Deum praesentiam suam in aliquo loco declarare Iudaei existimabant. Legitur praeterea Dan. IV, 29. sec. cod. *Chis.* ubi nihil respondet in textu: et Prov. XX, 20. ubi בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ, *in nigrore tenebrositatis,* transtulerunt *αἱ κόραι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὄψονται σκότος,* quasi legissent בְּאִישׁוֹנָיו, *in eius oculis erunt tenebrae.* Formula loquendi *ὄψονται σκότος,* ingesto *ὄψονται,* pro magis illo vulgari *erunt,* simillima est (ut recte monuit ad h. l. *Iaegerus*) tragicorum *βλέπων, δεδορκὼς σκότος,* de qua *Valckenar.* ad *Eurip. Phoen.* p. 136., nisi quod proprie illis significat *oculis captum,* h. l. *felicitatis luce orbatum.* 1 Macc. VI, 43. *ὤφθη,* sc. *αὐτῷ, visum est ei,* h. e. *putavit,* ut *Syrus* transtulit ܐܬܪܢܝ. *Iosephus νομίζων* habet *A. I.* XII, 9, 5. et *ὑπολαβὼν Bell. Iud.* lib. I. c. 1. §. 5. Sirac. XIII, 10. *ὄψεταί σε, te viso.*

'ΟΠΤΟ'Σ, *assus, tostus.* צָלִי, *assatura.* *Aqu. Symm. Theod.* LXX Exod. XII, 8. Ies. XLIV, 16. *Hesych.* ὀπτός, *φαινόμενος, ἢ ἑψημένος πυρί.*

'ΟΠΦΕΙ'Ρ, alias 'Ωφίρ. Ipsa vox hebr. אוֹפִיר, *Ophir.* *Al.* Ies. XIII, 12. Scribitur quoque *ὠφείρ, σωφὶρ* et *σουφὶρ,* de qua varietate lectionis videndus *I. H. Pareau* in *Comment. de immortalitatis ac vitae futurae notitiis in Iobo* p. 309 sequ.

'ΟΠΩ'ΡΑ, *autumnus,* it. *fructus autumnales.* אֵב, *fructus recens.* *Symm.* Cant. VI, 10. *ὀπώρας.* – מֶגֶד, *fructus praestantissimus.* *Symm.* Deut. XXXIII, 15. *Aqu. Symm.* Cant. IV, 13. 16. – קַיִץ, *aestas,* quod etiam de *fructibus* adhibetur, a rad. קָצָה, *abscindere.* Ier. XL, 10. 12. XLVIII, 32. *Ed. Quint.* Psalm. XXXI, 4. *Symm.* Amos. VIII, 1. *κάλαθος ὀπώρας.* *Vulg. uncinus pomorum.* – שְׁחִיס, *sponte nascens.* *Symm.* Ies. XXXVII, 30. *ὀπώρας.* Confer Apoc. XVIII, 4. ubi *ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας* *Vitringae* bene est *fructus desiderabilis.* Conf. et *Longi* et *Plutarchi* loca observata *Elsnero* ad Apoc. l. c. p. 463. *Hesych.* *ὀπώρα, τὸ θέρος, καὶ τὸ μετόπωρον, κυρίως δὲ ἡ σταφυλή, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων.*

'ΟΠΩΡΙΣΜΟ'Σ, *fructus autumnalis.* תִּירוֹשׁ, *mustum.* *Aqu.* Deut. VII, 13. Ita *Bielius.* 'Οπώρα κατ' ἐξοχὴν vocatur *uva*, unde ὀπωρίζειν est aut *uvas colligere*, aut *exprimere succum ex uvis*, et ὀπωρισμὸς aut *vindemia* est, ut reddit *Vulg.* Deut. l. l., aut *expressio succi ex uvis*, deinde *ipse succus recens expressus*, h. l. *vinum.* LXX τὸν οἶνον habent.

'ΟΠΩΡΟΦΥΛΑ'ΚΙΟΝ, *tuguriolum s. humilis ac rusticana casa, in qua custodiuntur poma et fructus, vel pomorum custodes excubias agunt.* מְלוּנָה, *tuguriolum.* Ies. I, 8. XXIV, 20. - עִי, *acervus, cumulus.* Psalm. LXXVIII, 2. ubi ὀπωροφυλάκιον fortasse dicitur *ipsa maceria, quae hortis circumdari ad eorum custodiam solet.* Ierem. XXVI, 18. Mich. I, 6. III, 12. In omnibus his locis videntur respexisse arab. غيّ, *protexit*, unde derivatum غَايَايَةٌ notat *rem omnem, quae superne aliquem obumbrat.* *Arabs* vertit عريشة, quae vox *umbraculum solis ex ligno, herbis* significat. *Gloss. MS.* in *Proph.* 'Οπωροφυλάκιον (MS. ὀπορoφυλάκιον), σκηνὴ, ἔνθα φύλασσον (legendum videtur ἐφύλασσον) τὰς ὀπώρας. *Hesych.* ὀπωροφυλάκιον, ἡ σκηνὴ, ἢ καλύβη τοῦ φυλάσσοντος τὰς ὀπώρας. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὀπωροφυλάκιον, λιθολόγιος τόπος, ἐφ' ᾧ τὴν σκηνὴν ἔχει ὁ φυλάσσων ὀπώραν παντοίαν. Iuxta *Hieronymum* in *Ep. ad Sun. et Fret.* ὀπωροφυλάκιον est *specula, quam custodes satorum et pomorum habere consueverunt.*

"ΟΠΩΣ, *ut, ita ut inde, quomodo.* *אַךְ, *vere.* Hos. IV, 4. - *אוּלַי, *forsitan. Inc.* 2 Sam. XVI, 12. LXX εἴπως, unde apparet, εἴπως interdum *rem certam* significare. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Ion. I, 6. - *בַּל, *et non.* Hos. VII, 2. - לְמַעַן. Ps. L, 5. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, ita ut inde iustus agnoscaris in verbis tuis. *Suidas* in v. ὅπως haec verba adducens addit: οὐκ ἔστιν αἰτίας δηλωτικὸν, ἀλλ' ἐκβάσεως. Vide et Hos. VIII, 4. Amos. II, 7. et conf. Matth. XIII, 35. ac *Suiceri Thes.* T. II. p. 497. Adde *Theodot.* sec. cod. *Chis.* Dan. III, 96. ὅπως — εἰς ἀπώλειαν ἔσονται. Ita quoque praestantissimi quique scriptores ὅπως indicativi modi tempora addunt, v. c. *Soph. Electr.* v. 1140. ὅπως θανὼν ἔκεισο. Confer *Abresch.* in *Obss. Miscell. Nov.* Vol. I. T. III. p. 15 — 15. Abd. v. 9. - Pro *quomodo* ὅπως legitur 2 Macc. VII, 22. Sap. XVI, 28. 3 Esdr. V, 31. ubi chald. דִּי respondet, coll. Esdr. VI, 11.

*"ΟΠΩΣ "ΑΝ. אוּלָם, *vere. Inc.* Iob. XI, 5.

"ΟΡΑΜΑ, *visio, apparitio.* חֹזֶה part. Ies. XXX, 10. - חֲזוּ : הֲוַיְתָ chald. Dan. II, 19. IV, 10. VII, 2. - חָזוֹן. Dan. VIII, 2. - חֶזְיוֹן. Iob. VII, 14. *Symm.* Iob. IV, 13. XXXIII, 15. In posteriore loco pro ὁράματί μου, inserta σ litera, ὁρα-

ματισμοῦ legendum esse, nemo est, quin primo statim obtutu intellegat. *Aquilae* autem hanc versionem esse ex Iobi IV, 13. colligi potest. Conf. *Opuscula critica* p. 162. - חָזוּת. Ies. XXI, 2. - מַחֲזֶה. Gen. XV, 1. - *חֶלְמָא chald. *somnium*. Dan. II, 36. sec. cod. *Chis.* Non male quoad sensum. - מוֹרָא, *metus*. Deut. IV, 34. XXVI, 8. Ierem. XXXII, 21. In omnibus his locis מַרְאֶה legisse videntur. - מַרְאֶה masc. Gen. XLVI, 2. Ex. III, 3. Cohel. VI, 9. - מַרְאָה foem. Num. XII, 6. - מַשָּׂא, *onus, oraculum*. Ies. XXI, 11. XXII, 1. XXXIII, 1. *Aqu.* Mal. I, 1. ubi in editis exemplaribus falso legi ὅραμα pro ἄρμα, *onus*, recte monet *Montfauconius*, respectu nempe habito rationis, qua in translatione sua usus est *Aquila*. "Ορμα sine dubio est alius interpretis. Legitur praeterea apud *Symmachum* Exod. XXIV, 10. qui ὁράματι de suo addidit, ut suam de omni hac apparitione sententiam exponeret. Sirac. XLIII, 1. ἐν ὁράματι δόξης, *adspectu* magnifica. *Hesych.* ὅραμα, θέαμα, ὀπτασία, ὅρασις, εἶδος, φαντασία, θέα. *Phavorinus:* ὁράματά εἰσὶ προφητῶν, ὅσα ἐγρηγορότες βλέπουσιν οἱ προφῆται, εἴτε ἐν νυκτὶ, εἴτε ἐν ἡμέρᾳ. ἐνύπνια δὲ, ὅσα καθεύδοντες φαντάζονται.

'ΟΡΑΜΑΤΙ'ΖΟΜΑΙ, *video, intueor.* חָזָה. *Aqu.* Ps. X, 4. LVII, 19. *Inc.* Cant. VI, 11. *Aqu.* Cant. VII, 1. et Ies. XXXIII, 20.

'ΟΡΑΜΑΤΙΣΜΟ'Σ, *visio.* חָזוֹן, idem. *Aqu.* Iob. IV, 13. Hab. II, 2. Prov. XXIX, 28. Vide quoque supra s. v. ὅραμα.

'ΟΡΑΜΑΤΙΣΤΗ'Σ, *visionarius.* הֹזֶה, *stertens*, aut potius *delirans*. *Symm.* Ies. LVI, 10. ὁραματισταί. Vide supra s. v. ἐνυπνιάζομαι.

"ΟΡΑΣΙΣ, *visio*, speciatim *visio ecstatica, somnium divinum*, ut ὄψις apud *Herodot.* lib. I. ed. *Steph.* p. 50. 96. דֵּרָאוֹן, *fastidium*. Ies. LXVI, 24. Cum plerisque veterum ad rad. רָאָה retulerunt. Habet autem ὅρασις h. l. adiunctam notionem *fastidii*. - *הִנֵּה, *ecce*. *Symm.* Gen. XIX, 21. ὁράσει ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου. *Scharfenbergius* ad h. l. probat coniecturam *Drusii* satis ingeniosam ὅρα σοι, quae tamen ob sequentia τὸ πρόσωπόν σου vix locum habere potest. Quod ipse bene sentiens, deinde addit, se deleto σοι cum *Vallarsio* ad *Hieronymum Quaest.* ad h. l. p. 334. e vetusto quodam codice MS. legere malle: ὅρα ηὗτε (sive εὗτε) ἐδυσωπήθην, *vide, quemadmodum reveritus sim.* Sed longe facilius erit reponere ὁρᾷς, εἰ ἐ. ut lectio vitiosa e continua scribendi ratione orta sit. - *זִיו chald. *splendor*. Dan. V, 6. sec. cod. *Chis.* ἡ ὅρασις αὐτοῦ ἠλλοιώθη. Recte ita verterunt: nam chald. זִיו in hac orationis serie *vultum, habitum corporis externum* notat. - חָזָה, *video*. Zach. X, 2. ὁράσεις ψευδεῖς, ubi חֹזוּ acceperunt pro חָזוּת, vel pro chald. חֱזוּ, quod *visionem* notat. - חֲזִי : חֶזְוָא chald. Dan. II, 28. IV, 2.

6. 7. VII, 1. 15. 20. - חָזוֹן. 1 Sam. III, 1. 2 Par. XVII, 15. Psalm. LXXXVIII, 19. et alibi saepius. - חִזָּיוֹן. 2 Sam. VII, 17. Ioel. II, 28. Zach. XIII, 4. - חָזוּת sing. foem. 2 Par. IX, 29. - חֲזוֹת infin. Ezech. XXI, 29. - מָדַד, *metior*. Ezech. XLIII, 10. Sed mallem ibi *τὴν ὅρασιν* ad תַּבְנִית, *exemplar*, referre, ac transpositionem verborum statuere. - מַחֲזֶה. Num. XXIV, 4. 16. Ezech. XIII, 7. - מַמְרֵא *Mamre*, nomen proprium loci. *Incertus* (fortasse *Aquila*) Gen. XIII, 18. *ἀπὸ ὁράσεως*, quem *Montfauconius* expressisse putat מ praepositionem, et מרא ex רָאָה, *vidit*. Sed *Scharfenbergius* ad h. l. putat, ducta haec esse e scholiis marginalibus *Origenis*. In *Catena Niceph.* p. 194. *Μαμβρῆ ἑρμηνεύεται ἀπὸ ὁράσεως*. Conf. *Scholion Origenis* ad cap. XXV, 9. *Cat. Nic.* p. 508. Idem valet de versione *Theodot.* Iud. XIII, 6. - מִצְפָּה, *specula*. Gen. XXXIV, 48. - מַרְאֶה masc. Lev. XIII, 12. Iud. XIII, 6. Cohel. XI, 9. et alibi. Adde *Symm.* Ies. XI, 3. - מַרְאָה foem. 1 Sam. III, 15. Ezech. I, 1. VIII, 3. XL, 2. - מַשָּׂא, *onus, oraculum*. Ies. XIII, 1. XIX, 1. XXX, 5. In omnibus his locis *ὅρασις* est *visio prophetica*. - *סִכּוּת, *Sichuth*, nomen propr. *Theod.* Amos. V, 26. Derivavit ex sententia *Cappelli* in *Crit. S.* p. 514. a סְכֵי vel סְכָא, quod *Syr.* et *Chald.* notat *videre*, *intueri*. Sed vox *ὅρασις*, quae *Theodotioni* h. l. tribuitur in *Hexaplis*, est mera versio *Montf.* ex *Hieronymo*, qui tradit, *Theodotionem Succoth* transtulisse *visionem*. *Semlero* igitur *Hieronymus* falso legisse videtur, nempe *σκέψιν* pro *σκέπην*. - עַיִן, *oculus*, it. *color*. *Hebraeus Int.* et *LXX* Ezech. I, 5. *Symm.* ib. v. 16. LXX Ezech. I, 22. 27. - פִּתְרוֹן, *interpretatio*. Gen. XL, 5. Sine dubio vocem hebr. in notione *oraculi* acceperunt. - *רָאָה, *video*. *Symm.* Ies. XXVIII, 7. ubi רֹאֶה, *videns*, positum est pro מַרְאָה, *visio*, concreto posito pro abstracto. *Symm.* Cohel. XII, 3. הָרֹאוֹת, *αἱ ὁράσεις*. Fortasse *Symmachus* ibi scripserat *αἱ ὁρῶσαι*. - רֳאִי : רְאִי. 1 Sam. XVI, 12. Iob. XXXVII, 18. *ὡς ὅρασις*. Ita quoque *Aquila*. In posteriori loco *ὅρασις speculum* notat, quam notionem quoque habet רְאִי. - רֵוָא chald. Dan. II, 31. III, 26. - רְאוֹת plur. *visiones*. *Al.* 2 Paral. XXVI, 5. - תּוֹר, *ordo*, *ratio*. 1 Par. XVII, 17. In mente habuerunt notionem *explorandi perlustrando*, quam habet verbum תּוּר. Sap. XV, 15. *οὔτε ὀμμάτων χρῆσις εἰς ὅρασιν*, oculorum usus ad videndum. De *forma externa*, *quae oculis conspicitur*, usurpatum reperitur apud Sir. XI, 2. *μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ*, ubi *ὅρασις* opponitur *κάλλει*, adeoque *deformitatem* seu *formam despicabilem* notat, ut *Syrus* quoque interpretatus est. Sir. XIX, 29. est *vultus, qui in oculos incurrit*. 1 Maccab. XIII, 27. *τὸν τάφον τῇ ὁράσει*, h. e. sepulcrum ea fecit altitudine, ut a fronte et tergo ab omnibus conspici possit. Potuisset quoque scribere *ὁρατὸν*, quod vide infra. Tob. XII,

19. ὅρασιν, *visionem*, h. e. angelum forma et figura hominis: coll. v. 22.

'ΟΡΑΤΗ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *spectator sum.* שׁוּר, *contemplor.* Iob. XXXV, 13.

'ΟΡΑΤΙΚΟ'Σ, *videndi facultate praeditus, perspicax.* חָזָה, *video.* Prov. XXII, 29. ὁρατικὸν ἄνδρα, *virum perspicacem.* Scil. pro חָזִית, *vidisti*, legerunt אִישׁ חָזוּת, h. e. *virum insigni perspicientia ac providentia praeditum. Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ὁρατικὸν, γνωστικὸν, ad quem locum *Heinsius:* Non dubito, quin LXX scripserint δραστικὸν ἄνδρα, quod evincit τὸ מָהִיר in textu, quo τὸ δραστικὸν καὶ ὀξὺ manifeste denotatur. Sed ad מָהִיר pertinet ὀξὺν in sequ.

'ΟΡΑΤΟ'Σ, *conspicuus, spectatus, visibilis, spectabilis.* מִדָּה, *mensura.* 1 Par. XI, 23. ἄνδρα ὁρατὸν, virum *spectabilem.* Non legerunt מַרְאָה. Sed אִישׁ מִדָּה est *vir eximiae staturae*, et ὁρατὸς est h. l. *proceritate staturae suae maxime spectabilis.* - מַרְאֶה, *aspectus.* 2 Sam. XXIII, 21. ubi etiam ὁρατὸς est *maxime spectabilis*, nempe sua omnem modum excedente magnitudine. *Lutherus: greulich.* - רָאָה, *video.* Iob. XXXIV, 26. ὁρατοὶ δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, visibiles autem coram illo. Iob. XXXVII, 21. πᾶσι δὲ οὐχ ὁρατὸν τὸ φῶς, omnibus autem lux non visibilis. *Hesych.* ὁρατὸν, αἰσθητὸν, θεωρητικὸν, καὶ θεωρητόν.

'ΟΡΑ'Ω, *video.* אַךְ, *veruntamen, tantummodo.* Ex. XXXI, 13. ὁρᾶτε. Non male quoad sensum. Nam אַךְ est h. l. particula excitandi, *agite.* - *אֶרְאֶלָּם, *virorum fortium complexus s. copia*, aut secundum alios: *duces, proceres eorum. Aqu.* Ies. XXXIII, 7. ὁραθήσομαι αὐτοῖς, *videbor ipsis.* Nempe, ut *Hieronymus* ad h. l. bene monuit (vide supra s. ὄπτομαι), extremam syllabam dividens legit ארא להם. - הֵן, *ecce. Symm.* Iob. IV, 18. - *הֵמָּה, *illa.* Prov. VI, 7. ὁρῶ. Vide supra s. v. βρόμος. - חָזָה. 2 Par. IX, 29. ἐν ταῖς ὁράσεσιν Ἰωὴλ τοῦ ὁρῶντος, in visionibus Ioelis videntis, h. e. in prophetiis Ioelis *prophetae.* Vide et 2 Reg. XVII, 13. 1 Par. XXI, 9. 2 Par. XXIX, 25. et conf. quae ex *Theodoreto* notata sunt in v. γνώστης, ac s. v. βλέπω. - חֲזָה chald. Dan. III, 26. - חָלַם, *somnio.* Gen. XXI, 15. Sc. ὁρᾷν quandoque de *visionibus nocturnis* seu *insomniis* adhibetur. - *יָדַע, *scio, novi.* Deut. VII, 15. ἃς ἑώρακας, morbos, quos vidisti: ubi non legerunt אֲשֶׁר רָאִיתָ, ut *Scharfenbergio* videbatur, sed libere verterunt. - *יְהֹוָה, *Iehova.* Prov. XXX, 9. מִי יְהוָה, τίς με ὁρᾷ, ut Sirac. XXIII, 18. Legerunt מִי יֶחֱזֶה. Vide ad h. l. *Iaegerum.* - *מַרְאֶה, *aspectus.* Iob. XL, 28. οὐχ ἑώρακας αὐτόν; *nonne vidisti eum?* Libere verterunt, nam in textu hebr. legitur אֶל־מַרְאָיו, *ad aspectus eius.* - עַיִן, *oculus.* Iob. X, 4. Num. XXIV, 3. ὁ ἀληθινὸς ὁρῶν: ubi fortasse pro עַיִן legerunt participium עָיֵן, *videns*, ut coniecit *Scharfenbergius.*

Sed hac coniectura ne quidem opus est, nam *cui aperti sunt oculi*, et *vates verax* s. *fide dignus* sunt formulae idem valentes. Loco ὁρῶν Cod. 71. *Holmes.* habet λαλῶν. – רָאָה. Exod. IV, 21. ὅρα πάντα τὰ τέρατα, ἃ δέδωκα ἐν ταῖς χερσί σου, ποιήσεις αὐτὰ ἐναντίον φαραὼ, h. e. *cura*, ut prodigia ista omnia, quorum patrandorum tibi mandatum et potestatem dedi, coram Pharaone edas. Exod. XXV, 40. ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει, *operam da*, ut omnia fiant iuxta typum ostensum tibi in monte. Conf. Tob. XII, 2. iuxta edit. *Complut.* 2 Par. XXIX, 8. ὡς ὑμεῖς ὁρᾶτε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, quemadmodum vos videtis oculis vestris. Similiter profani loquuntur. Vid. *Wolf.* ad 1 Ioh. I, 2. p. 248. Exod. XX, 18. ἑώρα τὴν φωνὴν, videbat, h. e. *percipiebat, vocem.* Vide v. 22. et *Grotium* ad v. 18. ac quae ex Gen. XLII, 1. notata sunt in v. εἴδω. Adde 1 Sam. XVI, 1. ὅτι ἑώρακα ἐν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐμοὶ βασιλέα, nam ex eius filiis mihi regem *elegi:* ubi ὁρᾶν, ut nostrum *ersehen*, est *eligere.* Iob. VIII, 19. οὐχ ἑώρακας τοιαῦτα. Vitiose pro ἑώρακα. – *רֶגַע, *momentum.* Exod. XXXIII, 5. ubi רֶגַע אֶחָד redditur ὁρᾶτε μὴ, ac sine dubio legendum est ὥρᾳ τῇ μιᾷ, ut iam *Torellius* coniecit et ante eum *Fullerus* lib. I. *Miscell.* c. 1. Sed *Schindlerus* putat, LXX legisse בִּגַּע אַחַר. Vide quoque notas *L. Bos. ad h. l.* – רְאוּת, *aspectus.* Cohel. V, 10. – *שְׁאֵל chald. *postulo.* Dan. II, 27. sec. cod. *Chis.* τὸ μυστήριον, ὃ ἑώρακεν ὁ βασιλεὺς, ubi quilibet videt LXX libere vertisse. Praeterea legitur Prov. XXVI, 19. ubi verba ὅταν δὲ ὁραθῶσι (quae hebraice non habent, quod iis respondeat) ad sensus integritatem commode sunt adiecta. *Vulg. cum fuerit comprehensus.* *L. Bos.* in *animm. critt.* legere tamen mavult φωραθῶσι. Iob. XLI, 1. οὐχ ἑώρακας αὐτόν. Sc. ut interrogationem versiculum accepisse videntur, ac si sensus esset: *num expectatio de eo fefellit?* quod paulo liberius, sed recte se exprimere putaverunt per illud, *nonne vidisti eum?* In libris apocryphis non solum de visu, sed de *quavis alia perceptione per sensus* dicitur, unde notat: *sentire*, *experiri*, *perferre.* Tob. IV, 4. πολλοὺς κινδύνους ἑώρακεν ἐπί σοι ἐν τῇ κοιλίᾳ (sc. ἡ μήτηρ σου). *Vulgat. passa sit:* coll. Ioh. III, 1. Adde Sirac. XVI, 6. XXXI, 11. XLII, 21. Tob. XII, 1. ὅρα, τέκνον, μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ, *cura*, *quaere* vel *exhibe* illi mercedem.

"ΟΡΑ ΣΟΙ, *ecce tibi.* הִנֵּה. *Symm.* Gen. XIX, 21. *Hieronymus* ad h. l. *Ecce suscepi faciem tuam*, *i. e. acquiesco precibus tuis. Quod Symmachus secundum sensum interpretans ait:* ὁράσει ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου. *Drusius* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 28. pro ὁράσει legendum suspicatur ὁρᾷ σοι. Sed *Bielius* mavult ὅρα σοι. Vide supra s. v. ὁράω.

*ΟΥ'Χ 'ΟΡΆι, *non videt.* אין, *nullus.* Gen. XXXVII, 29. ubi alii habent οὐχ εὗρε, sensu eodem.

'ΟΡΓΑΝΙΚΟ'Σ, *instrumentalis.* 2 Maccab. XII, 15. μηχανῶν ὀργανικῶν, h. e. *machinarum bellicarum, quibus urbes solent oppugnari et expugnari.* Vide *Baduellum* et *Grotium* ad h. l.

"ΟΡΓΑΝΟΝ, *organum, instrumentum,* et in specie *musicum instrumentum,* et specialius *cithara,* it. *machina bellica, ipsum opus, quod efficitur.* *אזוב, *hyssopus. Inc.* Lev. XIV, 4. Ita *Montf.* Sed pertinet ad כְּלִי v. 5. – כלי. 1 Par. XV, 16. XVI, 5. 42. XXIII, 5. et alibi saepius. – *כל, *omnis.* 2 Sam. VI, 5. Legerunt בִּכְלִי. – כנור, *cithara.* Psalm. CXXXVI, 2. – נֵבֶל, *uter, lagena,* deinde *instrumentum musicum, tibia utricularis* seu *nablium.* Amos. V, 23. VI, 5. Adde *Symm.* Iob. XXXVIII, 37. ὄργανα οὐρανοῦ, pro *utribus coeli,* h. e. *nubibus coeli praegnantibus. Vulg. concentum coeli.* – עֻגָב, *instrumentum musicum,* sed *cuius formae* ignoratur. Psalm. CL, 4. αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ, laudate illum chordis et cithara. *Al.* κιθάρᾳ. Sic et ὄργανον pro *cithara* occurrit apud *Aelian. V. H.* III, 32. Adde *Aquil.* Iob. XXI, 12. 2 Macc. XII, 27. ὀργάνων καὶ βελῶν πολλαὶ παραθέσεις, *machinarum bellicarum* et telorum magnus apparatus. 2 Maccab. XIII, 5. ὄργανον περιφερὲς, *rota* s. *machina, quae circumfertur.* Sermo ibi est de genere crudelissimi supplicii apud Persas inprimis recepti, quod teste historia a populis orientalibus ad Graecos tandem pervenit. Adde 4 Maccab. IX, 20. Conf. *Ant. Gallonii* lib. de *martyrum cruciatibus* p. 58. sequ. – Vide quoque s. v. ἁρμόζω.

'ΟΡΓΗ', *ira, excandescentia.* אַף, *nasus, ira.* Genes. XXVII, 44. Deut. IX, 19. XIII, 17. et alibi saepius. Adde Dan. XI, 21. sec. cod. *Chis.* Deut. XI, 17. ubi ὀργῇ in cod. *Vat.* mihi verbum, non substantivum, esse videtur ab ὀργάω. Reliqui certe libri habent ὀργισθῇ. Deut. XXXIII, 10. ubi auctor versionis אַף, quod h. l. *nares* notat, male de *ira* accepit. Sermo enim ibi est de sacrificiis, quorum odorem Deus naribus percipere credebatur. 2 Sam. XXIV, 1. ubi loco ὀργὴν reponendum esse videtur ὀργῇ. Hos. XIV, 5. ubi pro ἀπέστρεψε τὴν ὀργήν μου ἀπ' αὐτοῦ legendum ex *Ald.* et *Barberin.* ἀπέστρεψεν ἡ ὀργή μου. *Vulg. aversus est furor meus.* – זַעַם, *indignatio.* Psalm. XXXVII, 3. LXVIII, 29. LXXVII, 54. et alibi saepius. – *זַעַף, idem. 2 Par. XXVIII, 9. Mich. VII, 9. – חֲמָא chald. *aestus irae.* Dan. III, 13. – *חֶמְאָה, *butyrum.* Psalm. LIV, 23. Legerunt מֵחֵמָה, a חֵמָה. – חֵמָה, *ira.* Deut. IX, 19. XXIX, 23. 28. Psalm. VI, 1. et alibi saepius. – חֳרִי, idem. 1 Sam. XX, 33. Ies. VII, 4. ὅταν γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ γένηται, ubi vide *Cappelli nott. crit.* p.

497. Thren. II, 3. – חָרוֹן, idem. Exod. XV, 7. XXXII, 11. Num. XXV, 4. et alibi. – חֲרוֹן אַף, *ira nasi*, h. e. *vehemens.* 2 Par. XXVIII, 13. Soph. II, 2. – *כֹּחַ, *fortitudo.* Dan. VIII, 6. sec. cod. *Chis.* ἐν θυμῷ ὀργῆς. – כַּעַס: כַּעַשׂ (שׂ pro ס), *indignatio.* Deut. XXXII, 19. 27. Iob. V, 2. VI, 2. In posteriore loco *Symmachus* quoque ὀργὴν posuit, quae vox dupli- ci h. l. sensu accipi potest, ut vel notet *calamitates*, *mala*, *infortunia*, quatenus pro signis irae divinae habebantur (Suadet hoc textus hebr. ubi כַּעַשׂ cum הַוָּה, *infortunium*, in sequentibus permutatur), vel significet *peccata*, *quibus ira Dei provocatur.* Sic *Vulgatus*: *utinam appenderentur peccata mea*, *quibus iram merui.* Psalm. LXXXIV, 5. et alibi. – *מַגֵּפָה, *plaga.* Num. XXV, 8. sec. cod. *Oxon.* ubi ὀργὴ in notione *poenae* accipiendum est. Conf. *Locellam* ad *Xenophont. Ephes.* p. 255. – מְזִמָּה, *cogitatio*, h. l. in malam partem, de *decreto perdendi.* Ierem. LI, 11. – מַשָּׂא, *onus.* Num. XI, 11. Locum quidem habere potest lectio ὀργὴν, ut sensum suo modo expresserint, non tamen repugnarem, si quis ὁρμὴν (*impetum*, h. e. *querelas*, *expostulationes.* Similiter ratione quoque in Orat. Manass. init. loco ὀργὴ τῆς ἀπειλῆς reponere vellem ὁρμὴ τῆς ἀπειλῆς, inprimis quia praecedit ἀνυπόστατος. Non tamen repugnarem, si quis haec verba per *Hendiadyn* exponere vellet, ut sint *poenae comminationibus propositae.*) e cod. *Vat.* reponere mallet, coll. v. 17. Vide quoque ad h. l. *Scharfenbergium.* – נְאָצָה, *irritatio contumeliosa.* Ies. XXXVII, 3. – *נֶפֶשׁ, *anima.* Iob. VI, 7. sec. cod. *Vat.* Reliqui libri ψυχὴν habent. De notione *irae*, quae quandoque est subiecta voci נֶפֶשׁ, vid. *Simonis Lex.* p. 1042. Interdum quoque ὀργὴ, praecipue apud Tragicos, v. c. *Aeschyl. Prometh. Vinct.* v. 379., *animum* notat. – סוּפָה, *turbo.* Psalm. LXXXII, 14. ubi vocem hebr. metaphorice acceperunt. – סַעַר, *procella.* Ierem. XXX, 23. Sc. *procella* metaphorice haud raro notat *iram Dei acriter*, *tanquam vehementissimus ventus*, *irruentem.* – סְעָרָה, idem. Ierem. XXIII, 19. – *עָבַר, *transeo.* *Symm.* Prov. XXVI, 10. עֹבְרִים, *transgressoribus*, ὀργαί. Legit עֶבְרוֹתָם cum *Theodotione*, qui χόλοι habet. – עֶבְרָה, *excandescentia.* Iob. XXI, 30. Psalm. LXXXIV, 3. Ies. X, 6. et alibi. – עָוֹן, *iniquitas.* Ies. XXVI, 21. Scil. vox hebr. quandoque *poenam peccatorum* notat. – *פֶּה, *os.* *Aqu. Symm.* 2 Sam. XIII, 32. sec. cod. *Regium*, cui loco *Montfauconius* haecce adscripsit: Vix tamen crediderim, hanc versionem, quae paraphrasin sapit, esse *Aquilae*, interpretis literae servientis, quae sunt ab eius doctrina et sagacitate prorsus aliena. Ex mea sententia loco פִּי legerunt פְּנֵי, quod de *ira* saepius adhibetur. Etiam in ed. *Compl.* legitur ἐν ὀργῇ, quod olim pro mero glossemate habui, quoniam verba hebr. de *decreto se ulciscendi* necessario expli-

canda sunt, quod si sumeretur, ne quidem opus esset ad varietatem lectionis confugere. - *קָצִין, *gubernator.* Dan. XI, 18. sec. cod. *Chis.* ὀργὴν ὀνειδισμοῦ. Num fortasse legerunt קֶצֶף, *ira, indignatio?* - קָצַף, *effervesco.* Num. XVI, 22. Ios. XXII, 18. - קֶצֶף, *fervor.* Num. XVI, 46. Ios. IX, 20. XXII, 20. et alibi saepius. - קְצַף chald. infin. vel nomen. Dan. II, 12. - רֹגֶז, *commotio.* Iob. III, 26. XIV, 1. πλήρης ὀργῆς, h. e. repletus *multis miseriis.* Vide infra s. v. רֶגַע. XXXIX, 24. (ubi pro ὀργῇ alii melius in dandi casu habent ὀργῇ). Hab. III, 1. - רֶגַע, *momentum.* Psalm. XXIX, 5. Ὀργὴ h. l. non *iram* notat, sed *malum, quod alicui ab irato inflictum est, aerumnam, calamitatem.* Verba graeca enim sunt: ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, et ὀργῇ opponitur ζωή. Caeterum non legerunt רֹגֶז, ut plerique critici statuerunt. Sed רָגַע iuxta quosdam est etiam *moveri, commoveri.* Iob. VII, 5. et XXVI, 12. Ies. LI, 15. Ierem. XXXI, 31. Hinc quidni רֶגַע potuerint sumere pro *commotione animi, ira?* - רָגֵעַ, *quietus.* Psalm. XXXIV, 20. ἐπ' ὀργὴν (seu, ut in aliis libris legitur, ὀργῇ, ubi γῆς excidit) δόλους διελογίζοντο. Hic quoque ex sententia multorum legerunt רֹגֶז. Nonnulli autem mendum inesse putant, et pro ἐπ' ὀργὴν legendum censent ἐπ' ὀρυγῇ γῆς, *in fovea terrae.* Alii putarunt, ὀργὴν significare *foveam* aut *latibulum,* s. κρυφίαν, *locum abditum et latebras,* sed contra usum loquendi. *Agellius* in *comment.* ad h. l. per *iracundiam terrae* intellegit *iracundiam, quam illi ipsi terrae,* h. e. *hominibus terram incolentibus, inferunt,* ut ὀργὴ sit *miseria.* - רוּחַ, *spiritus,* item *ira.* Prov. XVI, 32. Ies. LIX, 19. - *שֶׁטֶף, *inundatio.* Dan. IX, 26. sec. cod. *Chis.* μετ' ὀργῆς. Sirac. VII, 18. μνήσθητι, ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ, cogita, certissime tibi imminere *poenam.* Adde Sirac. I, 27. V, 7. coll. vers. *Lutheri* Rom. XIII, 4. 5. *Schol.* in *Psalmos* apud *Matthaei* in *Lect. Mosquens.* Vol. II. p. 47. ὀργὴν φησὶ τὴν τιμωρίαν καὶ κόλασιν. Sirac. IV, 5. Post ὀφθαλμοῦ in quodam codice, quem laudat *Corn. a Lapide* in *Comment.* ad h. l. legitur χάριν ὀργῆς, quod per seriem orationis nihil aliud significare potest, quam *ne eum exasperes,* aut *ad iram et furorem provoces,* μὴ παροργίσῃς αὐτὸν, coll. v. 2. nam de *ira divitis,* aut *ira Dei* explicari commode nequit. Sirac. X, 18. ὀργὴ θυμοῦ ob parallelismum sententiarum esse videtur *animus inflatus.* Certe *Syrus* habet: *elatio cordis.* Plane enim non apparet, cur hic irae mentio fieret. Sirac. XXVI, 18. ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, magna *crux* seu *magnum malum* est mulier ebriosa. *Hesych.* ὀργὴ, τρόπος, μανία, θυμός.

'ΟΡΓΗ' ΓΙ'ΝΕΤΑΙ, *ira fit.* חָרָה אַף, *exardeo ira.* 2 Par. XXV, 15.

'ΟΡΓΗ'Ν 'ΕΠΑ'ΓΩ, *iram induco.* זָעַם, *indignor.* Ps. VII, 12.

*'ΟΡΓΗ' ΜΕΓΑ'ΛΗ, *ira magna.* קֶצֶף, *iracundia.* Zach. I, 1. ὀργὴν μεγάλην, h. e. *vehementer.* Pleonasmus emphaticus.

*'ΟΡΓΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *iram provoco.* הֵשִׂים אַף, *pono iram. Symm.* Iob. XXXVI, 13. ubi pro Sin legit Schin, יָשִׁימוּ, a נָשַׁם, *sufflare. Vulg. provocant iram.* Sic quoque legendum est in textu hebr. ob seriem orationis. – Vide quoque alibi θυμός.

'ΟΡΓΙΑ'Ω (potius ὀργιάζω, ab ὄργια), *sacra celebro, orgia perago vel celebro.* שְׁאָגָה, *rugitus.* Ies. V, 29. ὀργιῶσιν ὡς λέοντες. Sed cum orgia nihil ad leonem, et LXX alias hebr. שָׁאַג per ὠρύεσθαι interpretentur, placet coniectura *Bocharti* (*Hieroz.* P. I. lib. II. c. 2. p. 730.), qua pro ὀργιῶσιν legendum censet ὠρύουσιν.

'ΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *irascor.* אָנַף, *irascor.* 1 Reg. XI, 9. Psalm. II, 12. LIX, 1. et alibi. – אַף, *ira.* Deut. XI, 17. – *דּוּשׁ, *trituro.* Ies. XXVIII, 28. ubi pro יְדוּשֶׁנּוּ אָדוֹשׁ, *triturando triturabit illum,* LXX habent: ἐγὼ εἰμὶ ὑμῖν ὀργισθήσομαι, ubi vel illud εἰμὶ superflue positum (Vide supra s. εἰμὶ) ac eiiciendum est, vel loco ὀργισθήσομαι reponendum erit ὀργισθεὶς. Caeterum sensum expresserunt: nam *trituratio* est symbolum *poenarum divinarum.* – הֵרִיב Hiph. a רִיב, *litigo.* Ps. CIII, 9. In textu hebr. *litigare* ac *servare iram* sunt synonyma. – זָנָה, *scortor.* Iud. XIX, 2. ὠργίσθη αὐτῷ ἡ παλλακὴ αὐτοῦ. Num fortasse loco הִזְנָה legerunt חָבְוָה, aut, quod magis placet, זָנָה permutarunt cum זָנַח? *Vulg. reliquit* eum, sc. irata. – זַעַף, *indignatio.* 2 Par. XVI, 10. ὠργίσθη ἐπὶ τούτῳ, pro בְּזַעַף, *in indignatione.* – *זָעַף, *indignor. Symm.* Prov. XIX, 3. *Vulg. fervet.* – חֵמָה בָעֲרָה, *aestus irae exardescit.* Esth. I, 13. – חָרָה, *exardeo.* Gen. XXXI, 36. Exod. XXII, 25. XXXII, 18. et alibi. Adde *Symm. et Theod.* Iob. XLII, 7. e quo loco apparet, ὀργίζεσθαι et θυμοῦσθαι cum vocabulis *irae* et *indignationis*, v. c. θυμὸς et ὀργὴ, coniuncta per *excandescere* aut *effervescere* vertenda esse. – חָרָה אַף. Exod. XXXII, 21. Iob. XXXII, 2. 3. – כָּעַס, *indignor.* Nehem. IV, 1. Psalm. CXI, 19. – עָשַׁן, *fumo.* Psalm. LXXIII, 1. LXXIX, 5. Vocem hebr. quandoque de *ira excandescente* dici, notum est. – קָצַף, *effervesco.* Genes. XL, 2. XLI, 10. Num. XXXI, 14. et alibi. – קֶצֶף, *fervor irae.* 2 Par. XXIX, 8. – רָגַז, *contremisco.* Gen. XLV, 24. Exod. XV, 14. ὠργίσθησαν sec. *Vat. Oxon. Compl. et Ald.* Sed vera lectio est ἐφοβήθησαν, quam solus cod. *Alex.* tuetur, nisi quis statuere malit, ὀργίζεσθαι h. l. esse *metu percelli*, *perterreri*, quemadmodum in universum de *quavis vehementiore animi*

commotione ac perturbatione adhibetur. 2 Reg. XIX, 17. *Symm.* Ps. IV, 5.

ΟΥ'Κ 'ΟΡΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *non irascor.* נִחַם Niph. *consolationem admitto.* Ies. LVII, 6.

'ΟΡΓΙ'ΛΟΣ, *iracundus.* חֵמָה, *aestus irae.* Prov. XXII, 24. XXIX, 22. - חָרָה, *exardeo.* *Aqu.* Gen. IV, 6. ὀργίλον τῷ Καΐν, *iratus est* Cain. Suspicarer, *Aquilam* vel scripsisse ὀργίλος (sc. ἐγένετο), vel, si sana est lectio, legisse חָרִי aut חָרוֹן, nisi obstaret locus Genes. XVIII, 30. Adde *Symm.* *Theod.* 1 Sam. XV, 11. et *Symm.* 2 Sam. VI, 8. - כַּעַס, *indignatio.* Prov. XXI, 19. Conf. *Wolfium* ad Tit. I, 7. p. 552. Legitur praeterea Psalm. XVII, 49. ubi post ἐχθρῶν μου LXX, consentiente *Vulgato*, ὀργίλων de suo addiderunt.

*'ΟΡΓΙ'ΛΩΣ, adv. *iracunde.* 4 Macc. VIII, 8. ἐὰν ὀργίλως με διάθησθε, *quod si bilem mihi moveritis.*

'ΟΡΕ'ΓΩ, *extendo, porrigo.* הֶחֱזִיק. *Symm.* Iob. VIII, 20. ὀρέξει. *Apprehendere alicuius manum* ac *porrigere alicui manum* sensu parum differunt.

'ΟΡΕΙΝΟ'Σ, *montanus,* ab ὄρος, *mons.* Passim legitur ἡ ὀρεινὴ, scil. χώρα vel γῆ, *montana regio.* הַר, *mons, regio montana.* Gen. XIV, 10. εἰς τὴν ὀρεινὴν ἔφυγον, in terram montanam fugiebant. Vide et Ios. II, 16. XIII, 6. XVI, 1. et confer Deut. XI, 11. Ios. X, 40. XI, 16. ubi γῆ additur. Conf. et *Wolfium* ad Luc. I, 39. p. 564. - נֶגֶב, *meridies, australis plaga.* Zach. VII, 7. Vox hebr. proprie notat *terram siccam, aridam et desertam*, quales montes erant in Iudaea, ut observat *L. de Dieu* ad h. l. Sic מִדְבָּר desertum a montibus dictum est, et LXX Ies. XXI, 1. per ἔρημον hebr. נֶגֶב recte verterunt.

"ΟΡΕΞΙΣ, *appetitus, cupiditas.* Sirac. XVIII, 30. ὀρέξεις et ἐπιθυμίαι sensu malo de *pravis cupiditatibus* adhibentur. Sirac. XXIII, 6. ὄρεξις κοιλίας, *gula, gulositas.* Alii interpretantur de *libidine,* seu *rei venereae cupidine,* quia συνουσιασμῷ, quod *coitum* notat, iungitur. Sap. XIV, 2. XVI, 2. εἰς ἐπιθυμίαν ὀρέξεως, in concupiscentiam appetitus, h. e. avidae ipsius appetentiae. Ib. v. 3. τὴν ἀναγκαίαν ὄρεξιν, *necessarium s. naturalem appetitum.* *Hesych.* ὄρεξις, ἐπιθυμία. Vide quoque *Lex. N. T. s. h. v.*

"ΟΡΘΙΟΣ, *rectus, erectus.* *זָקֵן, *senex.* 1 Sam. XXVIII, 14. ἄνδρα ὄρθιον. Legerunt זָקֵף, a rad. זָקַף, *erexit.* In ed. *Complut.* legitur quidem γέροντα, sed haec lectio est aut alius interpretis, aut mera emendatio ad textum hebr., quales multas habet haec editio. - יָשָׁר. Ezech. I, 7. - מְפַתֵּחַ part. Pih. *solvens.* *Al.* 1 Reg. XX, 11. (al. XXI, 11.), ubi ὄρθιος τῷ κυρτῷ opponitur, ac dictionem proverbialem cum alia simili permutarunt. Nam in textu hebr. legitur: *ne glorietur accinctus aeque ac discinctus.* - סְבַךְ, *perplexum.* *Inc.* Gen. XXII, 13.

Schol. Illud σαβὲκ *quidam reddiderunt* ἄφεσιν, dimissionem, liberationem, *quidam vero* ὄρθιος erectus, *ut idem valeat, ac diceretur* hircus erectus, *qui in virgultum inscenderat.* Vide *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. Graec.* p. 104. - *צֶלֶם, *imago. Symm.* Gen. I, 27. ὄρθιον ὁ θεὸς ἔκτισεν αὐτόν. Sed verba haec videntur lacunae supplendae causa a librario locum Cohel. VII, 30. respiciente addita esse.

'ΟΡΘΟ'Σ, *rectus*, sensu tam physico, quam morali. זַךְ, *purus.* Prov. XXI, 8. ἁγνὰ γὰρ καὶ ὀρθὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. - יָשָׁר. Prov. VIII, 9. XI, 6. XII, 6. 16. et alibi aliquoties. - יֹשֶׁר, *rectitudo.* Prov. IV, 11. - כֵּנִים, *recti*, plur. *Aqu.* Gen. XLII, 11. - מֵישָׁרִים plur. *rectitudo.* Prov. VIII, 6. XXIII, 16. - מְפַתֵּחַ part. Pih. *solvens.* 1 Reg. XX, (al. XXI.) 11. Vide supra s. v. ὄρθιος. - נָבוֹן part. Niph. a בִּין, *intellegens.* Prov. XV, 15. Statui quidem posset, LXX miscuisse cum נָכוֹן, sed magis vero accedit, eos liberiori interpretandi genere usos esse. Certe eandem vocem ib. XIV, 33. per ἀγαθῇ transtulerunt. - נֹכַח, *coram.* Prov. IV, 25. - רוֹמָה, *elatio.* Mich. II, 3. Praeterea legitur Iud. XV, 5. ubi LXX ὀρθῶν post σταχύων de suo, et quidem sensus causa, addiderunt. Ep. Ier. 24. 3 Esdr. IX, 46. Sir. XXIX, 34.

*ΚΑΤ' 'ΟΡΘΟ'Ν. שַׁחַר, *aurora.* Ps. CXXXVIII, 9. Sed κατ' ὀρθὸν ibi mutandum est in κατ' ὄρθρον, sec. *Vulg. diluculo*, ut quoque legit *Cosmas Indicopl.* in *Topographia Christ.* lib. II. pag. 157. ubi verbis ἐν τῇ ἀνατολῇ explicatur. Nonnulli statuunt, LXX scripsisse ἄρκτον, h. e. *septentrionem.*

*'ΟΡΘΑ' ΚΡΙ'ΝΕΙΝ ΟΥ' ΔΥ'ΝΑΜΑΙ. שַׁנֵּה דִין, *muto iudicium.* Prov. XXXI, 5. Sensu eodem.

'ΟΡΘΟ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *rectum facio, rectifico.* פִּלֵּס Pih. *appendo, libro.* Prov. IV, 26.

'ΟΡΘΟΤΟΜΕ'Ω, *recte seco*, it. *rectifico.* יִשֵּׁר Pih. Prov. III, 6. ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, ut recte seces vias tuas, h. e. *ut rectas vias eas*, seu: *recte omnia facias.* Prov. XI, 5. δικαιοσύνη ἀμώμου ὀρθοτομεῖ ὁδοὺς, iustitia inculpati recte secat vias, h. e. *rectis viis procedit*, s. *recte omnia facit. Iaegerus* formulam hanc in utroque loco explicat: *vias aequare, iter expeditum praestare et inoffensum. Glossae:* ὀρθοτομῶ, *rectifacio, recte tracto.* Quod ibi est ὀρθοτομεῖν ὁδοὺς, alias est apud LXX ἐμβιβάζειν τροχιαῖς ὀρθαῖς, et ὀρθὰς τροχιὰς ποιεῖν τοῖς ποσὶν, καὶ τὰς ὁδοὺς κατευθύνειν. Vide Prov. IV, 11. 26. Et Graeci alias *recta incedere* τέμνειν ὁδὸν aut κέλευθον εὐθεῖαν dicunt. Vide *Budaeum.* Latini *viam secare. Virgil. lib. VI. Aen.* v. 899. ubi *Servius: Secare est recta via ire, et ad lineam viam ducere.* Confer *Lex. N. T. s. h. v.*

'ΟΡΘΟΤΡΙΧΕ'Ω, *pilos erectos habeo, horripilo.* סָמַר, *horreo, horripilo. Symm.* Ps. CXVIII, 119. ὀρθοτριχεῖ. Conf. *Drusium* ad h. l. – שְׂעִירִים, *pilosi, hirsuti. Theod.* Ies. XIII, 21. XXXIV, 14. ὀρθοτριχῶν, *horripilus.*

'ΟΡΘΟ'Ω, *erigo, rectum facio, dirigo.* זְקַף part. Peh. Chald. *erectus.* Esdr. VI, 11. – כּוּן, *dirigo. Al.* Ierem. XXX, 17. ὀρθωθήσεται. – נצב Niph. a יָצַב, *consisto.* Gen. XXXVII, 6. – עָמַד, *sto.* Esth. VII, 9. Vide et Ep. Ier. 24. 3 Esdr. I, 21. Sir. XXVII, 14. ubi pro ὀρθώσει Cod. *Alex.* ἀνορθώσει habet. 'Ορθώσει τρίχας, *horripilationem capiti statuet. Gloss. horripilatur,* ὀρθοτριχεῖ, h. e. *pilos erectos habet.*

*'ΟΡΘΡΕΥ'Ω, i. q. ὀρθρίζω, *mane surgo,* deinde *matutinus aliquid ago, mane proficiscor.* Tob. IX, 6. ὤρθρευσαν (cod. *Alex.* ὤρθρισαν) κοινῶς, καὶ ἦλθον εἰς τὸν γάμον, *mane profecti* ambo venerunt ad nuptias. *Moeris Att.* ὀρθρεύει, ἀττικῶς· ὀρθρίζει, ἑλληνικῶς. *Phrynich.* p. 120. ed. *Pauw.* οἱ ἀρχαῖοι ὄρθρον καὶ ὀρθρεύεσθαι, τὸ πρὸς ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. Vide *Lucian. Somn.* T. II. p. 703. ed. *Reitz.* et *Fischeri Proluss.* de *vitiis Lex. N. T.* p. 692.

'ΟΡΘΡΙ'ΖΩ, *matutino, mane surgo, diluculo venio, summo mane accedo, mature venio, diligenter ago, studiose quaero.* הִשְׁכִּים Hiph. Gen. XIX, 2. 27. XX, 8. Cant. VII, 12. Ierem. XI, 7. ὀρθρίζων συνεμαρτυρόμην, *cum studio, diligenter contestatus sum.* Ierem. XXV, 3. ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ὀρθρίζων, locutus ad vos sum *diligenter. Olympiodorus* ad h. l. apud *Ghisler.* in *Catena* p. 595. τὸ ὀρθρίζων ἀντὶ τοῦ μετὰ σπουδῆς. – *שָׁבָה, *captivum duco.* LXX sec. *Hex.* s. *Theodot.* Ierem. XLI, 10. ὤρθρισεν, ubi pro וַיִּשְׁבֵּם, *et captivos duxit eos,* ut in nostris codd. hebr. expressum habemus, legit וַיַּשְׁכֵּם. – שָׁחַר, *mane quaero.* Iob. VII, 20. VIII, 5. σὺ δὲ ὄρθριζε πρὸς κύριον, tu autem diluculo, h. e. *mature, veni* ad Dominum. Fortasse ὀρθρίζειν h. l. est i. q. ὄρθριον ᾄδειν. Vide *Boysenium* ad h. l. Vide et Ps. LXII, 1. LXXVII, 38. Ies. XXVI, 9. Hos. VI, 1. et Dan. VI, 19. sec. cod. *Chis. Aqu.* Iob. XXIV, 5. *Inc.* Prov. XIII, 24. ubi ὀρθρίζειν τινὶ est *mane adhibere alicui,* et speciatim: *a prima infantia s. a pueris adhibere alicui disciplinam.* Drac. v. 20. ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς τὸ πρωΐ, *mane* rex *surgebat.* Vide et 1 Macc. IV, 52. VI, 33. XI, 67. Sap. VI, 14. ὀρθρίζειν ἐπὶ σοφίαν, *studiose quaerere* sapientiam, coll. Sir. IV, 12. Confer quoque supra s. v. ὀρθρεύω.

'ΟΡΘΡΙΝΟ'Σ, *matutinus.* *בַּבֹּקֶר, *in matutino,* h. e. *quam primum. Symm.* Ps. LXXXIX, 14. qui hanc vocem cum sequ. חַסְדֶּךָ coniunxit. – מַשְׁכִּים part. Hiph. quod h. l. est *quod mane fit vel est.* Hos. VI, 4. XIII, 3. – *שַׁחַר. *Aqu.*

Ps. XXI, 1. ὀρθρινή. Vide et Sap. XI, 23. Conf. *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 186.

"ΟΡΘΡΙΟΣ, idem. שַׁעַר, *porta.* Iob. XXIX, 7. Legerunt sine dubio שַׁחַר. "Ορθριος pro ὀρθρίως occurrit etiam in libris Apocryphis, v. c. 3 Macc. V, 10. ὄρθριος ἐπὶ τὴν αὐλὴν παρῆν, et v. 23. ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκεκράγη ὄρθριος.

'ΟΡΘΡΙΣΜΟ'Σ, *matutina investigatio* s. *sectatio.* שָׁחַר, *mane quaero.* *Aqu.* Prov. XI, 27. Loco שֹׁחֵר legit שַׁחַר.

"ΟΡΘΡΟΣ, *mane, diluculum.* אַשְׁמוּרָה, *vigilia.* Psalm. LXII, 7. CXVIII, 147. - בֹּקֶר. Exod. XIX, 16. Iud. XVI, 1. Esth. V, 14. Prov. VII, 8. *Al.* Ps. CXLII, 9. ἐξ ὄρθρου, τουτέστι ταχέως, interprete *Chrysostomo.* - הַשְׁכִּים Hiph. Ier. VII, 24. XXV, 4. XXVI, 5. et alibi saepius. - שַׁחַר, *aurora.* Gen. XIX, 15. XXXII, 26. Ios. VI, 15. Ps. CXXXVIII, 9. ubi pro κατ' ὄρθρον alii legunt κατ' ὀρθόν. Ita quoque *Apollinaris,* qui habet ἰθυπόρους πτέρυγας, *recte volantes alas,* sed male, ut opinor. 3 Esdr. IX, 41. ubi hebr. אוֹר respondet, coll. Nehem. VIII, 3. adeoque *auroram, primam diei lucem* notat. Sirac. XXIV, 32. παιδείαν ὡς ὄρθρον φωτιῶ. *Phrynichus* p. 120. ed *Pauw.* ὃ τοίνυν οἱ πολλοὶ ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὄρθρον, τοῦθ' οἱ ἀρχαῖοι ἕω λέγουσιν.

"ΟΡΘΡΟΣ 'ΕΣΤΙ', *diluculum est.* הֵקִיץ Hiph. a קִיץ, *evigilo.* Prov. XXIII, 35.

*"ΟΡΘΡΟΥ, scil. ὥρᾳ, *mane.* Dan. XIII, 15. sec. cod. *Chis.*

'ΟΡΘΩ˜Σ, *recte.* הֵיטִיב Hiph. a יָטַב, *bene facio.* Gen. IV, 7. οὐκ, ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; nonne, si bene offeras, nec bene dividas, peccasti? Vide supra s. v. διαιρέω. Deut. V, 28. 1 Sam. XVI, 17. (ubi ὀρθῶς est lat. *bene, künstlich,* i. q. v. 18. ἐπιστάμενος s. εἰδὼς ψάλλειν.) et alibi. - טוֹב, *bonus.* Gen. XL, 6. Exod. XVIII, 17. - בְּיֹשֶׁר, *in rectitudine.* Prov. XIV, 2. - כֵּן. Num. XXVII, 7. - נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *rectum.* *Symm.* Iob. XLII, 7. - *נְכֹחוֹת, *recta, vera.* *Symm.* Ies. XXX, 10. 4 Macc. I, 1. *serio.* - Vide supra ἀναστρέφομαι.

'ΟΡΙ'ΖΩ, *termino, terminum do, separo, determino, definio, decerno,* et ὁρίζομαι med. *obligo me.* אָסַר, *ligo.* Num. XXX, 3. ὃς ἂν εὔξηται εὐχὴν κυρίῳ, ἢ ὀμόσῃ ὅρκον, ἢ ὁρίσηται ὁρισμῷ περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, quicunque votum fecerit Domino, vel iuraverit iuramentum, vel *obligaverit* se obligatione de anima sua. Vide et v. 4. 5. 6. 7. - גְּבוּל, *terminus.* Num. XXXIV, 6. Ios. XIII, 27. XV, 11. XVIII, 19. In omnibus his locis non opus est ut statuamus, LXX גָּבַל legisse. - גָּזַר, *decerno.* *Theod.* Iob. XXII, 28. ὁριεῖς, *decernes.* Sc. *secare dictum* positum est pro *statuere, decernere aliquid.* Hinc גְּזֵרָה, *decretum,* Dan. IV, 14. 21. - הִפְרִיד Hiph. *se paro.* Prov. XVIII, 18. ubi ὁρίζειν *diiudicare* (ita

Vulgat.), *litem dirimere ac componere* notat. – *חָלָק, *laevis. Aqu.* sec. *Eusebium Onom.* s. v. ἀλαή. Ios. XI, 17. ὁρίζον τὸ ὄρος, ex notione *dividendi*, quam radix חָלַק habet. – כִּלָּה Pih. *decerno.* Prov. XVI, 30. ὁρίζει πάντα τὰ κακὰ, *decernit* omnia mala. – נָקַב, *expresse nomino. Symm.* Gen. XIII, 28. ὅρισον, *defini.* – *רְשַׁם chald. *designo.* Dan. VI, 12. sec. cod. *Chis.* οὐχ ὁρισμὸν ὥρίσω. *Theod.* οὐχ ὁρισμὸν ἔταξας. – שָׁחָה, *inclino me. Symm.* Prov. II, 18. ὥρισε. Arbitror scribendum esse ὤρυξε, ab ὀρύσσω. שַׁחַת est *fovea* a שָׁחָה, vel שׁוּחַ. *Hesych.* ὁρίζει, ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει, θεματίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει. Idem: ὥρισεν (sic enim scribendum pro ὤρισεν), ἔκρινεν.

'ΟΡΙΝΟ'Σ (i. q. ὀρεινὸς, ab ὄρος, *mons*), *montanus.* הֲרָרִי, *mons meus*, vel: *montanus.* Ierem. XVII, 3. – הַר, *mons. Al.* Num. XIII, 30. Ios. II, 22. X, 6.

'ΟΡΙΟΘΕΤΕ'Ω, *terminum pono.* גָּבַל, idem. *Aqu.* Deut. XIX, 14. ὁριοθέτησαν, et Zach. IX, 2. ὁριοθετήσεται, *terminabitur, terminus ponetur.*

"ΟΡΙΟΝ, *terminus, finis.* אֶרֶץ כָּבוּל, *terra Cabul*, i. e. *displicens, infrugifera.* 1 Reg. IX, 13. Legerunt גְּבוּל. – *בּוֹ, *in eo.* Deut. II, 30. διὰ τῶν ὁρίων αὐτοῦ. Sic παραφραστικῶς quidam in Cod. *Basil.* tacito nomine. – *בְּנוֹת, *filiae.* Iud. XI, 26. τὰ ὅρια, *fines*, h. e. *loca adiacentia et circumiacentia.* Si enim urbi *filiae* tribuuntur, ut h. l., *pagi ac villae, et omnino loca circumiacentia* intellegi debent. *Vulg. in viculis eius.* Permutatur ibi in codd. cum v. περίοικα. – גְּבַל, *termino.* Zach. IX, 2. Hic legerunt גְּבוּל. – גְּבוּל. Gen. X, 19. XXIII, 17. XLVII, 21. et alibi saepius. – גְּבוּלָה. Deut. XXXII, 8. Ios. XVIII, 20. 49. Iob. XXIV, 2. et alibi. – גּוֹרָל, *sors.* Ios. XV, 1. XVI, 1. XXI, 20. Sc. in omnibus hisce locis גּוֹרָל notat *loca sorte assignata, adeoque certis finibus ac terminis circumscripta. Scharfenbergio* ad Ios. XXI, 20. גְּבוּלָם legisse videntur. – גְּלִילָה, in plurali, *tractus, limites, in circuitum* scilicet *circumscripti.* Ios. XIII, 2. *Symm.* Ios. XXII, 10. Vide *Masii Comment.* p. 316. – *גָּלִיל, nomen proprium. *Aqu. Theod.* Ies. IX, 1. Pro nomine appellativo acceperunt. – הַר, *mons.* Malach. I, 3. τὰ ὅρια αὐτοῦ. Ita quoque *Arabs.* Reponendum esse videtur τὰ ὄρεια, aut τὰ ὀρινὰ αὐτοῦ, *montana eius*, quanquam, ut *Bahrdtius* ad h. l. observavit, ὅρια sec. *Glossar. Vett.* etiam de *montibus* accipi potest. Praeterea montes esse solent multarum provinciarum termini ac limites, ac tota *Seir* regio montosa fuit, montibusque a Iudaea discreta. Conf. *Fischeri Proluss.* de *Verss. GG.* p. 184. – חֹק, *decretum*, etiam *statutum, demensum.* Iob. XXXVIII, 10. – יָד, *manus.* 1 Par. VII, 29. יָד interdum notat *quod alicui ad manus seu a latere est.* – *עִיר, *urbs.* 2 Reg. XVII, 6. sec. *Compl.* ἐν ὁρίοις. – *פְּאָה, *angulus.*

Ezech. XLVII, 8. - *פָּנִים, *facies. Inc.* Ies. XXIV, 1. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1299. - קְצוֹים plur. *fines.* Ies. XXVI, 15. - רָחוֹק, *longinquus.* Ies. LVII, 9. ubi nempe pro עַד מֵרָחוֹק, *usque ad longinquum*, posuerunt ὑπὲρ τὰ ὅριά σου. - שָׂדֶה, *ager.* Iud. XX, 6. - שִׁיחוֹר, *Nilus fluvius Aegypti.* 1 Par. XIII, 5. Non male quoad sensum. - שֵׁם, *nomen.* Ezech. XLVIII, 1. ubi tamen pro τὰ ὅρια reponere mallem τὰ ὀνόματα, ut alii libri habent. - *תָּבוֹר, *Tabor*, nomen proprium. *Symm.* Hos. V, 1. Legit ex nonnullorum sententia מַבּוּר, *tuber, locus editus, collis cum nemore.* Sed mons Thabor terminus erat inter duas tribus. Vide *Relandi Palaest.* p. 331. Iudith. I, 12. ἐκδικεῖν πάντα τὰ ὅρια, ubi ὅριον, ut γῆ, pro *incolis* eius ponitur. 1 Sam. XIII, 18. excidit vox ὁρίου in versione *Aquilae* ante τοῦ ἐκκύπτοντος.

'ΟΡΙΣΜΟ'Σ, *determinatio, obligatio, edictum, decretum.* אִסָּר, *obligatio.* Num. XXX, 3. 4. 8. 9. 11. 12. Vide in ὁρίζω, et conf. 2 Macc. XII, 25. - אֱסָר, idem. Num. XXX, 5. 6. 8. 15. - אֱסָר : אֱסָרָא chald. *interdictum, edictum.* Dan. VI, 7. 12. 15. - *דָּבָר, *res, negotium.* Exod. VIII, 12. περὶ τοῦ ὁρισμοῦ (עַל דְּבַר) τῶν βατράχων, pro finitione ranarum. *Vulg. pro sponsione ranarum.* 'Ορισμὸς est h. l. quoad sensum *imminutio*, aut i. q. ἐξορισμός, *exterminatio*, ut adeo sensum expresserint. - מִבְטָא שְׂפָתַיִם, *pronuntiatum labiorum.* Num. XXX, 9. - *כְּתָבָא chald. *scriptura.* Dan. VI, 10. ubi pro τὸν ὁρισμὸν *Theodot.* τὸ δόγμα habet. - *סֵפֶר, *liber. Symm.* Ps. XXXIX, 8. ubi ὁρισμὸς est *praedestinatio, voluntas, decretum.* Sic fere *Iosephus* ὅρισμα *A. I.* XVIII, 4. 6. *Agellius* in *Comment. ad h. l.* suspicatur, *Symmachum* scripsisse ἀριθμοῦ, *in volumine numeri.* Esther. XIV, 9. ἐξᾶραι ὁρισμὸν στόματός σου, se abolituros *determinationem* vel *decretum* oris tui.

'ΟΡΚΙ'ΖΩ, *adiuro, iuramento obstringo.* הוֹאִיל לָשֶׁבֶת, *acquiesco habitare. Symm.* Exod. II, 21. ὥρκισε, *adiuravit.* Neglexit discrimen verborum אָלָה, *iuravit*, et יָאַל, *voluit.* - הִשְׁבִּיעַ Hiph. Gen. XXIV, 37. L, 5. Exod. XIII, 19. et alibi saepius. 1 Reg. II, 43. ὥρκισά σε κατὰ τοῦ κυρίου, adiuravi te per Dominum. Vide et 2 Par. XXXVI, 13. Nehem. XIII, 25. ὥρκισα αὐτοὺς ἐν τῷ θεῷ, adiuravi illos per Deum. - צִוָּה Pih. *praecipio.* Gen. L, 16. 3 Esdr. I, 48. ὁρκισθεὶς τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. Simili modo cum dativo construitur Dan. VI, 13. sec. *Chis.*

'ΟΡΚΙΣΜΟ'Σ, *iuramentum.* אָלָה, *execratio.* Gen. XXI, 32. et 33. XXIV, 41. Lev. V, 1. Vide quoque Sir. XXXVI, 7. 1 Macc. VI, 62.

"ΟΡΚΟΣ, idem. אָלָה, *execratio.* Prov. XXIX, 24. Ier. XXIII, 10. - דְּבָרִים אָלוֹת, *verba execrationum. Symm.* Hos. X, 1. - הַשְׁבֵּעַ infin. Hiph. *adiurando.* Exod. XIII, 19. -

נֶדֶר, *votum.* Levit. XXII, 21. - שְׁבוּעָה, *iuramentum.* Gen. XXIV, 8. XXVI, 3. Exod. XXII, 11. et alibi saepius. *Οἱ λοιποὶ* Ies. LXV, 15. De *foedere* ac *promissione*, *quae facta est iureiurando interposito*, legitur Sap. XVIII, 6. et 22. ὅρκους πατέρων καὶ διαθήκας ὑπομνήσας, dum *promissiones* divinas maioribus factas recitaret. Conf. Matth. XIV, 9.

*ὉΡΚΟ'Ω, *adiuro.* הִשְׁבִּיעַ, *iurare facio.* 2 Reg. XI, 4. sec. *Vat.* ubi cum ὁρκίζω permutatur in codd.

ὉΡΚΩΜΟΣΙ'Α, *iusiurandum.* אָלָה, *exsecratio.* Ezech. XVII, 18. 19. 3 Esdr. VIII, 95. hebr. בְּרִית, coll. Esdr. X, 2. *promissio iureiurando firmanda.* Vide de hac voce *Wolfium* ad Hebr. VII, 20. p. 681. ac *Lex. N. T.* s. h. v.

ὉΡΜΆΩ, *impetum facio, irruo, festino.* בּוֹא, *venio.* Hab. I, 8. ὁρμήσουσι μακρόθεν. Non possum assentiri *Bahrdtio*, qui LXX דָּאוּ a דָּאָה legisse putat, cum satis notum sit, etiam בּוֹא notionem *irruendi* haud raro habere. - דָּאָה, *volito.* Ierem. XLVIII, 40. - הֵחִישׁ Hiph. a חוּשׁ, *festino.* Iud. XX, 37. - הֵעִיט Hiph. a עוּט, *involo, irruo, cum impetu feror.* 1 Sam. XV, 19. - כּוּן, *dirigo.* Ierem. XXX, 17. ubi tamen pro ὁρμωθήσεται alii rectius habere videntur ὀρθωθήσεται. - *נָסַע, *proficiscor, loco me moveo,* Hiph. *moveo, transfero. Inc.* Psalm. LXXVII, 26. - עָשָׂה, *facio. Inc.* 1 Sam. XIV, 32. ὥρμησεν ὁ λαὸς εἰς τὰ σκῦλα. Sed admodum dubium est, an voce ὁρμᾷν ignotus ille interpres h. l. lectionem textualem וַיַּעַשׂ, aut cum reliquis interpretibus lectionem marginalem וַיַּעַט (ab עָטָה, *cum impetu ferri, invehi, involare*) exprimere voluerit. Nam, ut *Schultensius* ad Prov. XXXI, 13. docuit, עָשָׂה proprie est *incumbere*, et in arab. lingua *irruere. Boysenius* quoque in *Symbolis* Vol. II. p. 370. observavit, עָשׂוּת significare *se convertere aliquo.* Potest quoque יַעַשׂ efferri יָעַשׂ, a rad. עוּשׁ, quod *convenire* et *turmatim coire* significat. - פָּנָה, *diverto.* Num. XVI, 42. - פָּשַׁט, *grassor.* Nahum. III, 16. - צָלַח, *prospero, maneo. Symm.* 1 Sam. XVI, 13. ὥρμησεν, ubi est i. q. ἐπέπεσεν, h. e. *largiter contigit.* Conf. *Lex. N. T.* s. ἐπιπίπτω. - *שָׁאַג, *rugio.* Ies. V, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* Leones rugientes impetum facere solent. Vide tamen supra s. v. ὀργιάω. - שׁוּב, *revertor.* Ios. IV, 18. Sermo ibi est de aquis. - שׂוּם פָּנִים, *pono faciem.* Gen. XXXI, 21. ὥρμησεν εἰς τὸ ὄρος Γαλαάδ, festinabat in montem Galaad. *Ponere faciem ad aliquem locum* notat *proficisci* aut *prosequi iter versus aliquem locum.* - שְׁאָגָה, *rugitus. Al.* Ies. V, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* - שֹׁטֵף. *Syrus* Ierem. VIII, 6. ὁρμῶν. שָׁטַף in l. chald. *festino, curro cum impetu.* Arab. شطف, *abiit.* 2 Macc. IX, 2. X, 16.

ὉΡΜΗ', *impetus.* *זַעַם, *indignatio, ira. Symm.* Ies. XIII, 5. Fortasse autem loco ὁρμῆς reponendum est ὀργῆς.

Vulg. furoris. – חֵמָה, *aestus.* Ezech. III, 14. Dan. VIII, 6. ubi *Chrysostomus* convenienter textui hebr. ὀργῇ habet. Confunduntur saepe haec duo. Vide *Nott.* ad *Chrysost.* T. VI. p. 242. et *Heringa Obss. Critt.* p. 54. – מַשָּׂא, *onus.* Num. XI, 11. sec. cod. *Paul. Lips.*, ubi ὁρμὴ ei tribuitur, quem multi adeunt, i. q. vernac. *Anlauf*, ut adeo non male sensum expresserint. Ibid. v. 17. – פֶּלֶג, *rivus.* Prov. XXI, 1. ὥσπερ ὁρμὴ ὕδατος. – רֶשֶׁף, *scintilla.* *Symm.* Cant. VIII, 6. ὁρμαί. Sc. רֶשֶׁף notat in universum *cum impetu ferri*, ut ex derivatis luculenter apparet. – שׁוֹאָה, *vastatio.* Prov. III, 25. – שַׁעֲטָה, *strepitus.* Ierem. XLVII, 3. – תְּשׁוּקָה, *appetitus.* *Symm.* Gen. III, 16. *Theod.* Gen. IV, 7. ubi ὁρμὴ de *appetitu venereo* explicandum est.

"ΟΡΜΗΜΑ, idem. דָּאָה, *volito.* Deut. XXVIII, 49. – עֶבְרָה, *excandescentia.* *Symm. et LXX* Hos. V, 10. ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεῶ ὡς ὕδωρ τὸ ὅρμημά μου: ubi alii habent ὀργήν. Sed non opus est correctione. Nam in aqua, quae effunditur, impetur esse solet satis vehemens, ut in flumine per rupes se in valles deiiciente. Accedit quod Amos. I, 11. et Hab. III, 7. pro עֶבְרָה eadem quoque voce usi fuerint LXX Intt. – פֶּלֶג, *rivus.* Psalm. XLV, 4. – בְּרַע, *in malo.* Exod. XXXII, 22. Deduxisse videntur a רְעָה, quod in l. chald. *velle, cupere, appetere* notat, quam notionem quoque arab. رعى habet. Caeterum ὅρμημα h. l. malo sensu sumitur de *impetu ad male agendum* s. *furore peccandi.* – רַהַב, *robur.* *Aqu.* Ies. XXX, 7. et Ps. LXXXVI, 4.

'ΟΡΜΙ'ΣΚΟΣ, *monile, torques.* חֲלָאִים plur. ex חֲלִי, *monilia.* Cant. VII, 1. – חֲרוּזִים plur. *torques.* Cant. I, 9. τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι, collum tuum tanquam torques. – מַשְׂכִּיּוֹת, *vasa plexa* s. *calathi.* Prov. XXV, 11. ὁρμίσκος σαρδίου. Loco מַשְׂכִּיּוֹת LXX legisse מַשְׂכִּית dubio caret. Confer *Faberum* ad *Harmari Obss. in Orientem* P. I. p. 375. *Iaegerus* ad h. l. ita: *Non reperi interpretem, qui cum Alex. explicaret de monili*, ὁρμίσκῳ. *Neque etiam usus loquendi Graecorum, quod sciam,* μῆλον *ad designandum ornamenti quoddam in monili genus ita transtulit, quemadmodum Latinorum e. g. baccas concharum dixit margaritas,* unde monile baccatum *est apud Virgil. Aen. I,* 655. *Ea me res induxit, ut pro* ὁρμίσκῳ *editum ab interprete coniicerem* φορμίσκῳ, *h. e.* καλαθίσκῳ *apud Timaeum et Suidam. Accedit hoc ad sententiam eorum, qui vocabulum hebr. de patera vel theca, opere reticulato intellegunt.* φορμίσκος σαρδίου *est i. q.* σκεῦος κεκοσμημένον παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ. Sirac. L, 9. – נְטִיפוֹת plur. *myrothecidia.* Iud. VIII, 26. – עֲנָק, *torques.* *Symm.* Cant. IV, 9. – פְּתִיל, *filum.* Gen. XXXVIII, 18. τὸν δακτύλιόν σου καὶ τὸν ὁρμίσκον, annulum tuum et monile. Ad quem locum

Schol. "*Ἄλλως* (forte "*Ἄλλος* scribendum) φησὶν τὸν ὁρμίσκον ὠράριον. ὁ δὲ ἅγιος *Κύριλλος*, κοσμήματι τῷ περὶ τὴν δέῤῥιν, ἔνθει χαλδαϊκῷ κοσμουμένῳ τῷ *Ἰούδᾳ*, χρυσῷ γὰρ οὗτοι καὶ χεῖρας καὶ δέῤῥιν καταλαμπρύνουσι, καὶ αὐτὴν τὴν τρίχα στεφανοῦσιν ἔσθ' ὅτε. *Flaminium Nobilium*, qui hic δέῤῥιν (quod per simplex ρ potius scribendum) pro *pelle* vel *vestimento e pilis confecto* accipit, suo quodam merito notat *L. Bos Praef. in LXX. Suidas:* ὁρμίσκοι καὶ ὅρμοι. περιτραχήλιος κόσμος. ἐνώτια, χαλαστήρια. *Hesych.* ὁρμίσκοι, περιτραχήλιοι κόσμοι γυναικεῖοι, ἢ μανιάκης, ἢ περιδέραια, ἢ κλοιοὶ, ἢ δακτύλιοι."

"ΟΡΜΟΣ, idem, it. *murus*, *portus*. חוֹמָה, *murus*. Ez. XXVII, 11. ἐπὶ τῶν ὅρμων σου, in *muris* tuis. – חוֹף, *portus*. Gen. XLIX, 13. παρ' ὅρμον πλοίων, *ad portum navium*. 4 Macc. XIII, 6. *Suidas:* ὅρμον, λιμένα.

"ΟΡΝΕΟΝ, *avis*, *volucris*. עוֹף. Gen. VI, 20. IX, 2. 10. XL, 19. – עַיִט. Gen. XV, 11. Ezech. XXXIX, 4. – צֵלְצַל, *umbra*. *Theod.* Ies. XVIII, 1. ὄρνεα. Ita *Bielius*. Sed unde haec hausta sint ignoro. In *Hexaplis* certe nihil legitur. – צִפּוֹר. Gen. XV, 10. Deut. IV, 17. XIV, 11. et alibi saepius. – קָאַת, *pelecanus*. Ies. XXXIV, 11. ὄρνεα, quod a κόρκες, pro κόρακες, per compendium scribendi ductum videtur. – רֶשֶׁף, *anthrax*, *scintilla*. Deut. XXXII, 4. Vide supra s. v. ὁρμή. – תַּנִּין, *draco*. Ies. XXXV, 7. Baruch. III, 17. οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες. Verba haec speciatim aut de *venatione ardearum* (quae quoque est principalis otii oblectamentum) aut de usu accipitrum in arte aucupatoria (Vide *Aristotelem hist. anim.* T. III. p. 165. ed. *Schneider.* et *Aelian. hist. anim.* II, 42.) explicanda mihi esse videntur. In proxime antecedentibus de venatu ferarum sermo est. *Grotius* de *aucupiis* in universum cogitavit.

'ΟΡΝΙ'ΘΙΟΝ, *avicula*. *Kircherus* vertit *passer*. צִפּוֹר. Lev. XIV, 4. 5. et alibi. – שִׁפְרָה, *Schiphra*, nomen proprium. *Inc.* Exod. I, 15. et II, 21. Legit forte צ pro שׁ. Caeterum interpretatio haec vocis hebr. non est *Symmachi*, ut coniecit *Montfauconius*, sed *Philonis Iud. libr. quis rerum div. haeres* p. 498. ed. *Francof.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium*.

'ΟΡΝΙΘΟΣΚΟΠΕ'Ω, *auspicor*, *ex inspectis avibus auguror*. עוֹנֵן Pih. *praestigior*. Lev. XIX, 26. οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδ' ὀρνιθοσκοπήσεσθε, non augurabimini, neque auspicabimini, seu, iuxta alias versiones antiquas, neque ominemini: more nempe augurandi apud vicinas gentes recepto, Arabes, Madianitas, Syros aliosque. Quibus annumerandi etiam *Chaldaei*, de quibus vide, quae ex *Cyrillo Glaphyr.* affert *Spanhemius Obss. in Callimach.* p. 630. Caeterum non improbabilis est coniectura, LXX loco תְעוֹנְנוּ legisse תְּעַפְפוּ, idque ab עוֹף, *avis*, derivasse. Vocem enim עוֹנֵן LXX semper per κληδονίζομαι, *ominor*, expresserunt.

"ΟΡΝΙΣ, *avis.* עַיִט, *avis rapax*, *in praedam involans. Reliqui* Ies. XLVI, 11.

"ΟΡΝΙΘΕΣ ἘΚΛΕΚΤΑΙ, *aves selectae s. electae.* בַּרְבֻּרִים plur. *selectissima.* 1 Reg. IV, 23. Male *Kircherus* in *Conc.* statuit, vocem יַחְמוּר h. l. ὄρνιθα verti. Nam יַחְמוּר ibi prorsus negligitur.

'ΟΡΟΔΑΜΝΟΣ, *ramusculus*, *surculus.* צֵלֶל, *umbra.* Iob. XIV, 17. sec. *Ald.* et *Compl.* Alii libri habent ῥαδάμνοις. *Suidas:* ὀρόδαμνος, ἡ παραφυάς. *Hesych.* ὀρόδαμνοι, κλῶνες, κλάδοι, βλαστήματα, ὄρπηκες.

'ΟΡΟΘΕΤΕΩ, *terminos pono.* הִגְבִּיל, idem. *Inc.* Exod. XIX, 12. ὁροθετήσεις. LXX ἀφοριεῖς.

"ΟΡΟΣ, *terminus*, *decretum*, *tempus praefinitum.* גְּבוּל, *terminus.* *Al.* 1 Sam. X, 1. τῷ ὅρῳ. - זְמָן, *tempus condictum.* Nehem. II, 6. ἔδωκα αὐτῷ ὅρον, dedi illi *tempus praefinitum.* - חֹק, *statutum.* *Symm.* 1 Sam. XXX, 25. Iob. XXVI, 10. et XIV, 5. Deut. XXXIII, 15. - מוֹעֵד, *tempus condictum.* Exod. IX, 5. ἔδωκεν ὁ θεὸς ὅρον, dedit Deus *tempus praefinitum.* Quod hic διδόναι ὅρον, id alias ὁρίζειν τινὶ ἡμέραν dicitur. Vide *L. Bos Prolegg. in LXX Intt.* *Hesych.* ὅρος (in *Schrevel.* ed. male legitur ὄρος), νόμος, θεσμὸς, ἢ στήλη ἡ καταπεπηγυῖα ἐπὶ χωρίῳ ἢ οἰκίᾳ. Conf. *Suiceri Thes.* T. II. pag. 814.

"ΟΡΟΣ, *mons*, *regio montana.* אֶרֶץ, *terra.* 2 Par. XXX, 10. ἐν τῷ ὄρει Ἐφραΐμ, in *regione montana* tribus Ephraim. - גְּבוּל, *terminus.* Iud. II, 9. ἐν ὄρει, sec. *Alex.* et *Ald.* ubi tamen reliqui libri ἐν ὁρίῳ habent, quod mihi mera emendatio ad textum hebr. esse videtur. 1 Sam. X, 2. ubi pro ἐν τῷ ὄρει alii ἐν τῷ ὅρῳ, alii ἐν τοῖς ὁρίοις habent, ut etiam haud pauci critici reponere maluerunt. Ps. LXXVII, 54. εἰς ὄρος. *Vulg. in montem.* Hic quoque vocem hebr. גְּבוּל εἰς ὅρος requirere haud pauci existimant. *Grabius* in ὅριον, *terminum*, transformavit. Sed vel ignorarunt vel non viderunt viri docti, in omnibus his locis (etiam Ezech. XI, 10. 11.) LXX vocem גְּבוּל significatione arabica accepisse. Nam جبل *montem* notat. - גַּיא, *vallis.* Ies. XXVIII, 1. 4. Sc. ubi montes sunt, ibi quoque reperiuntur valles, adeoque et h. l. ὄρος *regionem montanam* notat. Secundum *Tychsenium tentam.* p. 96. legerunt עִי, quod *acervum*, *tumulum* notat. - גִּבְעָה, *collis.* Ies. XXXI, 4. Ezech. XXXIV, 26. - דָּם, *sanguis.* Levit. XIX, 26. ubi pro הַדָּם legerunt הָרִים. Conf. Deut. XII, 11. - הֲדַס, *myrtus.* Zach. I, 8. 10. 11. ubi pro הֲדַסִּים, *myrteta*, ut *Vulgatus* reddidit, legerunt הָרִים, aut הֲרָרִים, quod propius ad textum hebr. accedit. - הֲדוּרִים plur. *tortuosa.* Ies. XLV, 2. ubi plerique existimant eos הֲרָרִים legisse. Sed mihi secus videtur. Nam ut h. l. versionem graecam cum textu hebr.

conciliemus, non opus erit cum *Schultensio* ad l. arab. confugere, ubi هدر est *tumuit*, et هدر *tumidus*, unde הֲדוּרִים ei sunt *loca tumida*, sed ὄρη h. l. sensu metaphorico accipiendum est de *excelsis atque gloriosis*, quod cum voce הָדַר, *ornavit*, *honore honoravit*, bene convenit. – הָדָר, *decus*. Mich. II, 9. ἐγγίσατε ὄρεσι αἰωνίοις. Hic sine dubio legerunt לְהַרְרֵי עוֹלָם. Conf. quoque *Symm.* Ps. CX, 3. *Aqu. et Ed. Quint.* Ps. XXIX, 8. quos sequitur *Hieronymus*. – *הֹר, *Hor*, nomen montis. Num. XXXIV, 8. Indubie hic legerunt הַר. – חַר: הַר, *mons*. Gen. VII, 19. 20. VIII, 4. 5. et alibi saepissime. Ps. LXXIV, 7. ad quem locum *Suidas*: ὄρη ἔρημα, τὰ ἀοίκητα, τουτέστι βόρεια καὶ νότια τμήματα. ταῦτα γάρ, τὰ μὲν διὰ ψυχρότητα, τὰ δὲ διὰ θερμότητα ἀοίκητα μεμένηκε παντελῶς. Idem ad Ps. XCVIII, 9. ὄρος, παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὄρος ἅγιον, πάλαι μὲν τὸ Σιὼν κ. τ. λ. Iob. XL, 15. ἐπελθὼν δὲ ἐπ' ὄρος ἀκρότομον. Legerunt כִּי יָבוֹא לְהַר־רוּם. Cant. II, 8. Legerunt עַל הָרֵי בֵיתֵל. – *הָרִים infin. Hiph. a רוּם, *exaltare*. Ps. LXXIV, 6. Legerunt הָרִים plur. ex הַר. Simili modo Dan. VIII, 11. pro הֻרַם legerunt הָרִים. – הָרָר. Gen. XIV, 6. Num. XXIII, 7. Deut. VIII, 9. et alibi aliquoties. – *הָרָה, *concipio*. Gen. XLIX, 26. הֹרַי, *genitores mei*, ὀρέων μου. Legerunt הָרֵי vel הַרְרֵי, *montes*, cum qua vocem sequentem עַד construxerunt. Lectio haud dubie genuina, partim ob parallelismum sententiarum, partim ob locum parallelum Deut. XXXIII, 14. הַרְרֵי קֶדֶם. – טוּר: טוּרָא chald. Dan. II, 35. 45. – *מִדְבָּר, *desertum*. *Inc.* Deut. II, 8. – מְסִלָּה, *via trita*. Num. XX, 19. N. L. – מָרוֹם, *altum*. Ierem. XXXI, 12. – *נְאוֹת, *pascua*. Ps. LXIV, 13. τὰ ὄρη, ubi aut libere verterunt (montes enim in Palaestina pascuis abundabant), aut alia SS. loca, ubi haec ipsa sententia legitur, pro more suo respexerunt. – *נַחַל, *torrens*. *Inc.* Deut. III, 8. sec. cod. *Basil.* ἀπὸ τοῦ ὄρους. Sed quia neque נַחַל notat *montem*, neque Arnon fuit mons, sed fluvius, recte coniecit ad h. l. *Scharfenbergius*, deleto ἀπὸ, quod adhaesit e vers. *Alex.*, τοῦ ὄρους ad verba sequentia עַד הַר חֶרְמוֹן pertinere. – עִיר, *urbs*. 1 Reg. XVI, 24. 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. – עָם, *populus*. Ies. LXIII, 18. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1088. – צוּר, *rupes*. Num. XXIII, 9. Iob. XVIII, 4. XXIX, 6. – קֶבֶר, *sepulcrum*. Ies. XIV, 19. N. L. – רֹעֶה part. *pastor*. Ies. XXXI, 4. ubi mihi non videntur הָרִים legisse, sed רֹעִים explicasse de *pascuis*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1538 sequ. ac *Lex. N. T.* s. v. ὄρος. – שָׂדֶה, *ager*. Abd. v. 19. *Theod.* 2 Sam. I, 21. ubi duae versiones coaluerunt. – שְׁפִי, *clivus*. Ies. XLI, 18. – *תְּרוּמָה, *elevatio*. *Theod.* 2 Sam. I, 21. ὄρη θανάτου, ubi *Montf.* existimat *Theodotionem* vocem תְּרוּמוֹת legisse in duas separatam sic: הָרֵי מָוֶת. Sed ego arbitror, ὄρη h. l. re-

spondere hebr. שָׁרָה, ac pro תְּרוּמָה legisse תְּמוּתָה. Caeterum verba haec ὄρη τοῦ θανάτου non sunt *Theodotionis*, sed assumentum ex alio interprete. - Praeterea legitur apud *Aquilam* Amos. IV, 3. ubi tamen ὄρος ex alio interprete irrepsisse videtur. 1 Macc. IV, 46. ἐν τῷ ὄρει τοῦ οἴκου. *Syrus* transtulit: *ad latus circuitus templi.* Num legit ὄρῳ, vel ὁρίῳ, *in finibus templi?* Sic quoque idem *Syrus* 1 Macc. X, 70. pro ἐν τοῖς ὄρεσι legisse videtur ἐν τοῖς ὁρίοις.

*"ΟΡΟΣ ΤΟΥ "ΑΓΙΟΝ, *mons sacer.* מִקְדָּשׁ chald. *sanctuarium.* Dan. IX, 17. sec. cod. *Chis.*

*"ΟΡΟΣ ΣΙΩ'Ν, *mons Sion.* צִיּוֹן nomen propr. Ies. IX, 11. ἐπὶ ὄρος Σιών. Legerunt הַר צִיּוֹן. - Vide quoque alibi αὐχμώδης, κατάβασις, et μόνιμος.

"ΟΡΟΦΟΣ, *tectum, camera.* Sap. XVII, 2. Vox graeca notat proprie *arundinis parvae genus, tegendis domibus adhibitum antiquis.*

'ΟΡΟΦΟ'Ω, *tego, concamero.* סָפַן, idem. *Aqu.* 1 Reg. VI, 9. ὠρόφωσεν. *Vulg. texit.* Vide ad h. l. *Montf.* - סָפוּן part. Pah. *tectus. Aqu.* Agg. I, 4. ὠροφωμένοις.

*'ΟΡΟΦΟΙΤΑ'Ω, *in montibus vagor, dego.* 4 Macc. XIV, 15. ubi tamen rectius per *nidulari* vertitur. Vide *Hesychium. Photius Lex.* c. 255. ὀροφοιτῶντα, εἰς ὄρη περιερχόμενα.

'ΟΡΟ'ΦΩΜΑ, i. q. ὄροφος. כָּתֵף, *latus.* Ezech. XLI, 26. - קִיר, *paries.* 2 Par. III, 7. *Athen.* V. p. 205. D.

'ΟΡΤΥΓΟΜΗ'ΤΡΑ, *coturnicum matrix, aliis coturnicibus maior et nigrior, quae agmen coturnicum praeit ac ducit*, aut *rex* vel *mater coturnicum*, ut *Itali* et *Galli* eam vocant. (Vide *Plin.* X, 23. *Aristot. hist. anim.* VIII, 12.) Est *coturnix quaedam maxima*, quam autem LXX sumserunt pro *quavis coturnice.* שְׂלָו. Exod. XVI, 13. Num. XI, 31. 32. Psalm. CIV, 39. Vide quoque Sap. XVI, 2. XIX, 12. *Hesych.* ὀρτυγομήτρα, ὄρτυξ ὑπερμεγέθης, ubi vide *Intt. Aristoph. Av.* v. 871. *Athen.* IX. pag. 392. F. Confer *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. I. c. 14. pag. 93. et *Rosenmülleri Scholia* ad *Exod.* l. l.

'ΟΡΥΓΜΑ, *fovea.* שׁוּחָה, idem. *Symm.* Prov. XXIII, 27.

'ΟΡΥ'ΖΑ, *oryza.* גַּד, *coriandrum. Samaritan.* Exod. XVI, 31.

*'ΟΡΥΚΤΟ'Σ, *fossus, qui fodi vel effodi potest, fossilis.* לַחְפֹּר פֵּרוֹת, aut, ut aliis placuit, contracte: לַחֲפַרְפֵּרוֹת. *Aqu.* Ies. II, 20. ὀρυκτά, ut quidem habent antiquissimi codd. *Hieronymi* ad h. l. Si lectio sana est, ὀρυκτά, *fossilia*, sine dubio erunt *metalla, e quibus idola conficiebantur.* Sed suspicio exoritur, eum scripsisse ὀρυκταῖς a singulari ὀρυκτὴς, *fossor. Hesych.* ὀρυκτὴν, σκάπτην. Ad vocem ὀρυκταῖς accedunt codd., qui habent ὄρυγας, vel ὀρυκτὰς, vel ὀρικτάς.

Confer *Clerici Comment.* ad h. l. Caeterum verbum חָפַר est *fodere. Zimmermannus* coniecit legendum ὀρυκτὰς, h. e. *foveas.*

"ΟΡΥΞ, *fossor, instrumentum fossorium acutum, quo terra eruitur et lapides fodiuntur,* it. *oryx, animal in caprearum* (*Plin. H. N.* VIII, 53.) *aut cervorum genere, quod cornu habet instar subulae,* aut *animal, quod instar τοῦ ὄρυγος* s. *fossorum terram excavare potest, talpa. Vatablus et Forsterus bovem sylvestrem, Tigurina urum* reddiderunt, *qui etiam est e boum maxime ferorum genere. Bisulcum* et *unicornem* eum faciunt *Aristol. hist. an.* II, 1. et *Plin. H. N.* XI, 46. – חֲפַרְפֵּרוֹת plur. *talpae. Aqu.* Ies. II, 20. ὄρυξι. Sed vide supra s. v. ὀρυκτός, ac *Martianay* ad *Hieron.* T. III. f. 29. – תְּאוֹ, *bubalus.* Deut. XIV, 5. *Sopingius* ad *Hesychium* s. v. ὄρυγξ per ὄρυξ *piscem* h. l. intellegit. *Athenaeus* lib. VIII. c. 1. 2. ὀρυκτοὺς ἰχθύας memorat. – תּוֹא. *Aqu.* Ies. LI, 20. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 26. pag. 946 sequ. et c. 28. p. 973.

'ΟΡΥ'ΣΣΩ, *fodio.* חָפַר, idem. Gen. XXI, 30. XXVI, 15. Exod. VII, 24. et alibi. – חָצַב, *exscindo.* Ies. V, 2. Ierem. II, 13. – חָתַר, *fodio, perfodio.* Ezech. VIII, 8. – כָּאֲרִי, *sicut leo.* Psalm. XXI, 18. ubi legisse videntur כָּארוּ, vel potius, omissa litera א, כָּרוּ. Conf. *Michaelis Bibl. Orient.* P. XI. p. 209. et supra s. v. αἰσχύνω. – כָּרָה, *fodio, effodio.* Gen. XXVI, 25. L, 5. 2 Par. XVI, 24. et alibi aliquoties. *Ed. Quinta* Psalm. CXVIII, 85. – נָקַר, idem. Ies LI, 1. Vide quoque LXX sec. *Hexapla* Iud. XVI, 21. – פִּתַּח Pih. *exsculpo.* Zach. III, 9. – *קוּר, *fodio, exscindo. Symm.* Ies. XXXV, 25. – *רַב, *multus. Inc.* Prov. XXIX, 22. et cod. *Alex.* ὀρύσσει pro ἐγείρει. *Iaegerus* ad h. l. coniicit, legendum esse ταράσσει (ut ταραχὴ μάχης cap. XXVI, 21.), vel κορύσσει, quomodo κορύσσειν πόλεμον dixit *Homer. Il.* β', 274. etc. Huius genuinum glossema foret ἐγείρει. Confer *Graevii Lectt. Hesiod. ad Scutum Herc.* 198. Tob. VIII, 9. Sir. XXVII, 27. XLVIII, 20.

'ΟΡΦΑΝΙ'Α, *orbitas,* שְׁכוֹל, idem. Ies. XLVII, 8.

'ΟΡΦΑΝΟ'Σ, *orbus parentibus, pupillus.* *גֵּר, *peregrinus. Theod. et LXX* sec. *Hex.* Psalm. XCIII, 6. Sed perturbatus est ibi verborum ordo, et reponendum: χήραν καὶ προσήλυτον ἀπέκτειναν καὶ ὀρφανὸν ἐφόνευσαν, ut adeo ὀρφανὸς ad יָתוֹם referendum sit. – דַּל, *tenuis.* Psalm. LXXXI, 3. Sic *Bielius Trommium* secutus. Sed male, nam et h. l. apud LXX permutatio verborum locum habet, et legendum πτωχὸν καὶ ὀρφανὸν, ut quoque habet *Theodotio.* – *חֹם, *calor.* Iob. XXIV, 19. Nempe legerant יְתוֹם. – יָתוֹם. Exod. XXII, 22. 24. Deut. X, 18. et alibi saepius. Sirac. IV, 10. μήτηρ ὀρφανῶν, mater pupillorum, h. e. *vidua.* Ita *Syrus* et

Arabs: unde apparet, *ὀρφανὸν* speciatim et *κατ' ἐξοχὴν eum* dici, *qui patre orbatus est. Vulg.* habet *pupillis. Hesych. ὀρφανὸς, ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων.*

ΜΕΤΑ' ΤΑΥ'ΤΑ, *post haec*. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *post haec verba*. 1 Reg. XVII, 17. Esth. III, 1. - *יַחַד, *pariter, simul*. Iob. X, 8.

*ΟΥ'Κ 'ΕΝ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ, *non in illis*. לַבָּלָה, *inveteratae*. Ezech. XXIII, 43. Cogitarunt לא באלה, et chaldaicam pronuntiationem τοῦ לא, quae *La* est.

ΠΡΟ'Σ ΤΑΥ'ΤΑ, *ad haec*. לְפִיהֶן, *secundum os earum*. Levit. XXV, 51.

*ΠΡΟ'Σ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ. אָפוּנָה, *timebo*. *Symm.* Psalm. LXXXVII, 16. Sed suspicor, hic quaedam deesse in ver-

sione *Symmachi.* – Vide quoque alibi s. *διὰ*, *ἕως*, *μέχρι*, et *τρίτον*.

ΟΥ'ΤΩ, ΟΥ'ΤΩΣ, sic. אַךְ, *tantum. Symm.* 1 Sam. XXV, 21. – *זֶה. Thren. III, 37. *τίς οὕτως εἶπε;* ubi fortasse *οὗτος* legendum est. Idem valet de loco Ies. LXIII, 1. ubi pro *οὕτως ὡραῖος* reponendum est *οὗτος ὡραῖος*. – כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה, *secundum verba ista s. res illas.* Gen. XXXIX, 19. – כֵּן, *sic.* Num. XXXVI, 5. 2 Sam. XVIII, 14. Ier. VIII, 6. et alibi aliquoties. 1 Reg. I, 36. ubi post *γένοιτο* est comma ponendum, ita ut *οὕτως* cum verbo *πίστωσαι* coniungatur. – לָכֵן, *ideo.* Ies. XVI, 7. *Symm. Theod.* LXX Gen. IV, 15. Legerunt לֹא כֵן. – *בָּזֹאת. 2 Reg. V, 4. *οὕτως καὶ οὕτως*, *haecce:* quemadmodum et nos in narrationibus *so und so* uti solemus. – *מִזֹּאת, *prae hoc.* 2 Sam. VI, 22. Praeterea legitur Iob. XXVII, 2. *ζῇ ὁ θεὸς, ὅς οὕτως με κέκρικε:* ubi in textu hebr. legitur חַי־אֵל הֵסִיר מִשְׁפָּטִי. *Vulg. qui abstulit iudicium meum. Clericus* in *Comment.* ad h. l. coniicit, reponendum esse *οὕπω με κέκρικε.* Sed non opus est hac coniectura, modo *οὕτω* h. l. vertatur *tam male s. inique.* Formula hebr. quoad sensum reddenda est: *qui causam meam seposuit adeoque neglexit.* Vnde simul apparet, errare *Trommium*, qui monuit, nihil pro *οὕτω* h. l. reperiri in textu hebr. Legitur quoque Prov. XXVIII, 4. ubi *Iaegerus οὕτως* insertum existimat a librario, qui ab *ὥσπερ ὑετὸς* ordiri comparationem, in commate 4. autem apodosin contineri inepte sibi persuaderet. Sir. XX, 18. *οὕτως*, *ea ratione*, sc. vitio linguae.

ΕΙ' ΟΥ'ΤΩ, ΕΙ' ΟΥ'ΤΩΣ, si sic, num sic? itane? אָכֵן, *profecto.* Exod. II, 14. *εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέγονεν τὸ ῥῆμα;* *itane* res manifesta facta est? 1 Sam. XV, 32. *εἰ οὕτω πικρὸς ὁ θάνατος;* *itane* acerba mors est?

ΟΥ'ΧΙ', non, nonne, neutiquam, absit. אַיִן. Num. XIX, 15. ubi *οὐχὶ* e cod. *Alex.* mutandum erit in *οὐκ ἔχει*. Certe אַיִן saepius sic verti solet. Ierem. XXXVII, 13. – בְּלִי. Psalm. XVIII, 3. – חָלִילָה, *absit.* Genes. XVIII, 25. ubi tamen pro *οὐχὶ σὸν* scribendum videtur *οὐχ' ἴσον*, *non est iustum*, aut potius *οὐχ' ὅσιον*, *nefandum est.* Confer Luc. XIII, 3. – לֹא. Num. XXIV, 16. *Οὐχὶ* pro *non* legitur quoque 3 Esdr. I, 27. – הֲלֹא. 2 Paral. XX, 6. Hab. II, 6. – *לוֹ. 2 Sam. II, 16. Legerunt לֹא, ac bene, nam sequitur כִּי. Hagg. II, 3. *οὐχὶ* inserendum est ante *καθὼς* apud LXX: *οὐχὶ καθὼς οὐχ' ὑπάρχοντα.* *Οὐχὶ* facile ob sequens *οὐχ'* excidere potuit. *Vulgatus: numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Hesychius: οὐχὶ, οὐδαμῶς, οὐ δῆτα.*

ΜΗ' ΟΥ'ΧΙ', nonne. הֲלֹא. Iud. VI, 13. – Vide alibi *ἔνδοξος*.

ʼ*ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ*, *debitum*. מַשָּׁאת, *mutuum*. Deut. XXIV, 10. 1 Macc. XV, 8. *πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν - ἀφιέσθω σοι*, omne debitum regium - sit tibi remissum. Conf. Matth. VI, 12. et ad h. l. *L. Bos* p. 8.

ʼ*ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ 'ΕΣΤΙ*, *debitum est*. הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *mutuo*. Deut. XXIV, 10.

ʼ*ΟΦΕΙ'ΛΩ*, *debeo*, et ʼ*ΟΦΕΙ'ΛΟΜΑΙ*, *reus sum*. הֵלִיץ Hiph. a לוּץ, *derideo*. Prov. XIV, 9. *ὀφειλήσουσι καθαρισμόν*. Reddiderunt, ut *Iaegerus* ad h. l. monuit, forma loquendi forensi, quomodo *ὄφλειν δίκην* dicitur. Vide *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 146. Vide supra s. *καθαρισμός*. - חוֹב, *debitor*. Ezech. XVIII, 7. - נָשָׁה : הִשָּׁה, Kal et Hiph. Deut. XV, 2. Ies. XXIV, 2. Tob. VI, 12. *ὀφειλήσει τὸν θάνατον*, vel *reus erit mortis*. Sap. XII, 15. *τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι*, qui non debet puniri, qui poenam non meretur. Sap. XII, 20. *ὀφειλομένους θανάτῳ*, *reos mortis*, *morti addictos*, ob suas scelerum culpas et delicta.

"ΟΦΕΛΟΝ, *utinam*. אַחֲלַי et אַחֲלֵי, *vota*, valetudinis vel alius optabilis rei. 2 Reg. V, 3. Psalm. CXVIII, 5. - לוּ. *Aqu.* Deut. XXXII, 28. Iob. XVI, 14. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *ὄφελον*, *εἴθε*. Vide *Pierson.* ad *Moerid.* p. 286. et *Fischer.* ad *Weller. Spec.* III. P. I. p. 148.

ΕἸ ΓΑ'Ρ "ΟΦΕΛΟΝ, idem. מִי יִתֵּן, *quis dabit?* Iob. XIV, 13. Vide et Iob. XXX, 21. ubi aliter in textu hebraico.

"ΟΦΕΛΟΣ, *utilitas*. הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prodest*. Iob. XV, 3. *ἐν λόγοις, οἷς οὐδὲν ὄφελος*, verbis, quibus nulla utilitas. Conf. 1 Cor. XV, 32. *Hesych.* *ὄφελος, αὔξησις, ὄνησις, ἐπικούρημα, κέρδος.*

ʼ*ΟΦΘΑΛΜΟ'Σ*, *oculus*. מָעוֹן, *habitaculum*. 1 Sam. II, 31. *ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ*. Non legerunt hic עַיִן, sed vocem hebr. derivarunt haud dubie a verbo עין s. עוֹן, quod est *observare aliquem*, *torvis oculis intueri*, coll. 1 Sam. XVIII, 9. Aliter statuendum est de loco Soph. III, 7. *ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτοῖς*, ubi pro מְעוֹנָה sine dubio legerunt מֵעֵינֶיהָ. - מַנְגִּינָה, *modulatio*. Thren. III, 62. *ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν*. Legerunt fortasse *ἐγὼ ὁ ψαλμὸς αὐτῶν*. - מַרְאֶה, *aspectus*. 1 Sam. XVII, 42. - עַיִן. Genes. III, 5. 6. 7. XIII, 10. 14. et alibi saepissime. *Symm.* Iob. XVI, 9. Vide supra s. v. *ὀξύνω*. - פָּנִים plur. *facies*. Esdr. VII, 27. Ierem. XXXVIII, 26. — Errore quoque quodam typographico sine dubio vox *ὁ ὀφθαλμὸς* excidit apud *τοὺς λοιποὺς* Iob. XXVIII, 10. ante aut post *αὐτούς*, nam in versione latina *ὁ ὀφθαλμὸς* expressum est. Tob. III, 13. *διδόναι εἴς τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον*, in aliquem dirigere oculos suos et faciem suam convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem suam sperare. Sirac. X, 20. *ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*: ubi ex antece-

dentibus supplendum est ἔντιμοι εἰσὶ, *in honore sunt praecipuo.* Sirac. XVII, 6. ὀφθαλμοὶ, *visus*, s. *facultas videndi.* Sir. XVII, 8. ὀφθαλμὸς ἐπὶ τὰς καρδίας non notat, ut nonnulli voluerunt, *facultatem super se reflectendi* (nam tunc scribere debuisset αὐτῶν), sed *illuminationem* et *directionem cordis.* Nam oculus Dei omnia illuminat, clara et perspicua reddit. Postulant hanc interpretationem sequentia. *Bretschneiderus* h. l. accepit de *facultate intellegendi* s. *intellectu*, hoc sensu: indidit Deus hominibus intellectum suo similem, coll. XXXIX, 24. Sir. XXXII, 8. ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ δόξασον τὸν κύριον, *laeta mente* offer Deo sacrificia, coll. v. 10 et 9. ubi legitur ἐν εὐφροσύνῃ, coll. Matth. XX, 15. ac Sirac. LI, 35. Sirac. XIV, 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ, *homo* avaritia plenus invidet aliis panem, coll. Matth. XX, 15. Sirac. IV, 1. μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς, ne suspensum teneas *spem* (seu *desiderium*, quod oculis intentis cernitur. Nam, ut recte ad h. l. observavit *Bretschneiderus*, ὀφθαλμὸς saepe ad animi motus transfertur, qui per oculorum rationem sese produnt.) pauperis, nempe donum exspectantis. Vide quoque Tob. III, 2. Sirac. XIV, 9. πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι, avari *cupiditas* non impletur parte. Sic hebr. עַיִן Cohel. IV, 8. coll. Psalm. CXLV, 15. Sirac. XX, 14. quae stultus largitur, non prosunt, οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ' ἑνὸς πολλοὶ, nam pro uno beneficio plura a te, ut accipiat, cupiet. Sequuntur enim ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει. Sirac. XXIII, 4. μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι. Vide supra s. μετεωρισμός. Iudith. VII, 27. ὀψόμεθα ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, *ipsi videamus*, coll. II, 11. et Sirac. XVI, 6. Sirac. XXVII, 23. ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, *te praesente*, coll. XI, 21. ubi v. 26. commutatur cum ἔναντι. Iudith. III, 4. ὡς ἔστιν ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ut *tibi placet*, coll. Sap. IX, 9. Sap. III, 2. ubi ἐν ὀφθαλμοῖς notat *iudicante, secundum iudicium, ut putat aliquis*, v. c. Sap. III, 2. ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, ut stulti *arbitrantur*, illi mortui esse videntur. Vers. 4. idem est ἐν ὄψει, coll. Sirac. VIII, 16. Fragm. Esth. IV. θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, mors ipsis certa instaret s. impenderet. – Vide alibi σκῶλον.

'ΟΦΘΑΛΜΟΦΑΝΩ͂Σ, *oculis evidenter, manifeste, perspicue, more eorum, quae oculis cernuntur*, ab ὀφθαλμοφανὴς, *qui oculis cernitur.* גָּלוּי לְכָל עַמִּים, *revelatum omnibus populis.* Esth. VIII, 13. – עַיִן בְּעַיִן, *oculo ad oculum*, h. e. *ipsis suis oculis. Symm.* Ies. LII, 8.

'ΟΦΙΟ'ΔΗΚΤΟΣ, *a serpentibus morsus.* Sirac. XII, 17. *Suidas*: ὀφιόδηκτος, ὁ ὑπὸ ὄφεως δηχθείς.

'ΟΦΙΟΜΑ'ΧΗΣ vel 'ΟΦΙΟΜΑ'ΧΟΣ, *serpentum oppugnator, qui cum anguibus dimicat*, it. *locustae species,*

ita dicta, quod serpentes oppugnet. De locustis serpentibus infestis loquitur *Plinius H. N.* XI, 29. *Aristoteles hist. anim.* IX, 6. quod de gravioribus locustis intellegunt haud dubie, quas subinde in spectabilem magnitudinem excrescere testis est *Plinius* l. l. et in India etiam ternûm pedum longitudinis reperiri asserit. חַרְגֹּל, *cantharus, locustae species.* Lev. XI, 22. *Suidas: ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτερά. Hesych. ὀφιομάχος, ἰχνεύμων, καὶ ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά.* Conf. *Bonfrerium* in Lev. l. c. p. 624. et *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 2. p. 449.

ὈΦΙΡ, Ophir. Ipsa vox hebr. אוֹפִיר, nomen regionis auriferae. 1 Reg. XXII, 49. Conf. *Oldermanni Diss.* de אוֹפִיר et חַרְשִׁישׁ. *Helmst.* 1714. 4.

ὌΦΙΣ, serpens. אֶפְעֶה, *vipera.* Iob. XX, 16. – נָחָשׁ. Genes. III, 1. Num. XXI, 6. Psalm. LVII, 4. et alibi saepius. *Symm.* Iob. XXVI, 13. *Aqu.* Ies. XXVII, 1. – שָׂרָף, *praester.* Num. XXI, 8. Ies. XIV, 29. Sap. XVI, 5. Sirac. XXI, 2.

ὌΦΙΣ ΔΆΚΝΩΝ, serpens mordens. נָחָשׁ שָׂרָף, *serpens prester.* Deut. XVIII, 16.

ὈΦΛΈΩ, debeo. נָשָׁה, *mutuum do. Syrus Int.* Ier. XV, 10. *ὤφλησα. Suidas: ὀφλῆσαι, χρεωστῆσαι.*

ὌΦΛΗΜΑ, debitum, etiam i. q. *ὄφλησις, debiti exactio.* תֹּךְ, *fraus, damnum. Aqu.* Ps. LIV, 12. LXX ibi per *τόκος, usura,* reddiderunt.

ὌΦΛΗΣΙΣ, debiti exactio. Baruch. III, 5. *εἰς ὄφλησιν, in debiti exactionem. Hesych. ὄφλησιν, χρεώστησιν.*

ὈΦΡΥΌΩ, ΟΜΑΙ, superciliosus sum, emineo, altus sum. גַּבְנֻנִּים plur. *valde gibbosi, eminentes. Aqu.* (a גַּבִּינָה, *supercilio,* etymon adsciscens, ac cum altitudine superbiam coniungens.) Psalm. LXVII, 16. *ὄρη ὠφρυωμένα, montes elati, seu: clivosi, multos tumulos habentes,* coll. *Wetstenio* ad Luc. IV, 29. *Hesychius: ὠφρυωμένος, ἐπηρμένος.*

ὈΦΡΥΣ, supercilium. גַּב עַיִן, *gibbus oculi.* Levit. XIV, 9.

ὈΧΕΙΆ, coitus, ab *ὀχεύω, admissarium admitto,* de sexu foemineo, *coeo* de mare. Sirac. XXXIII, 6. *ἵππος εἰς ὀχείαν, equus admissarius s. emissarius. Hesych. ὀχεία, ἡ μίξις καὶ ἡ συνουσία.*

ὌΧΕΙΟΝ, plaustrum, currus, vehiculum. Restituenda est haec vox codici *Alex.* Sir. XXXVI, 6. ubi nunc *ὄχιον* legitur, reliqui autem libri *ὀχείαν* habent.

ὈΧΕΤΌΣ, canalis, aquae ductus, rivus. אֲפִיקִים plur. *torrentes. Symm.* Psalm. CXXV, 4. *ὀχετοί.* – נַחַל, *fluvius, rivus. Symm.* Iob. XXII, 24. – פֶּלֶג, *rivus. Symm.* Psalm. LXIV, 10. *Hesychius: ὀχετός, σολήν* (lege σω-

λὴν e *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Phavorino*), ἀγωγὸς, ῥύαξ, ὕδωρ, ὑδραγωγεῖον, ἤγουν αὖλαξ. ἀλλ' ἀεὶ ῥέων.

"ΟΧΗΣΙΣ, *vectura*, *currus*. רֶכֶב, idem. *Symm.* Psalm. LXVII, 18. *Hesych.* ὄχησις, ἱππασία, φόρησις.

"ΟΧΘΗ, *ripa*, *litus*. אָחוּ, *carectum*. Genes. XLI, 2. sec. ed. *Ald.* ἐν τῇ ὄχθῃ. *Schol.* ἐν τῷ ἕλει. Ib. v. 18. Videtur nonnullis aliquis ὄχθη effinxisse ex ἄχει, quia, quid sit illud, non intellexit. Habet tamen hanc vocem *Philo Iud.* in *vita Iosephi*. *Hesych.* ὄχθη, χεῖλος ποταμοῦ: ubi carectum crescere solet.

'ΟΧΛΑΓΩΓΕ'Ω, *turbam duco*, *plebem concito et sollicito*, *tumultuor*, i. q. δημαγωγέω, ab ὀχλαγωγὸς, *qui popularem turbam concitat vel congregat*. נָטַף, *stillo*. Amos. VII, 16. Scilicet, ut *Simonis lex. hebr.* p. 1013. docuit, נָטַף *vaticinari* quoque notat. Est ergo ὀχλαγωγεῖν h. l. *vaticiniis iisque falsis ad seditionem commovere populum*, aut *turbas excitare*. Alii putant, eos legisse חַקְצִיף, *concitabis ad iram*. *Hesych.* ὀχλαγωγῆσαι, θορυβῆσαι, ἢ συναγαγεῖν ὄχλον, ἢ ταράξαι.

'ΟΧΛΑ'ΖΩ, *tumultuor*. הָמָה, idem. *Aqu.* Ps. LVIII, 7. 15. ὀχλασάτωσαν, *tumultuentur*: et Psalm. LXXXII, 3. ὤχλασαν: et Prov. VII, 11. ὀχλάζουσα. Adde *Aqu.* Ier. IV, 9. Vide in σχολάζω.

'ΟΧΛΕ'Ω, *turbo*, *vexo*, *afflicto*, it. *tumultuor*. חֵמָה, *venenum*. *Inc.* Hab. II, 15. ὀχλουμένην, *turbatam*: ubi per He legit loco Chet. Tob. VI, 7. ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον ἢ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι ἐνώπιον ἀνθρώπου ἢ γυναικὸς, καὶ οὐ μὴ ἔτι ὀχληθῇ, si quem *vexet* daemonium, vel spiritus malus, haec debet aliquis fumare coram viro vel muliere, ut non amplius *vexetur*. *Glossae Philoxeni*: *vexare*, ὀχλεῖν, σκύλλειν, χειμάζειν. Confer Luc. VI, 18. et Act. V, 16. ac *Alberti* ad Luc. l. c. p. 192. et *Salmasium* de *mod. usur.* p. 787. 2 Macc. XI, 31. οὐδεὶς αὐτῶν κατ' οὐδένα τρόπον ὀχληθήσεται, nemo illorum vel ullo modo *afflictabitur*. 3 Macc. V, 41. ὧν χάριν ἡ πόλις ὀχλεῖ. *Hesych.* ὀχλεῖ, στένει, λυπεῖ, κωλύει μετὰ ὄχλου.

'ΟΧΛΗΡΙ'Α, *turbulentia*, *molestia*. סִכְלוּת, *stultitia*. *Al.* Cohel. VII, 26. ὀχληρίαν, *turbam*.

"ΟΧΛΟΣ, *turba*, *multitudo*, *ira*. הָמוֹן, idem. 1 Reg. XX, 13. 2 Par. XX, 16. Dan. X, 6. et alibi aliquoties. - *הָמוֹן, *Hamon*, nomen proprium. *Inc.* Cant. VIII, 10. Appellative accepit cum reliquis Intt. - חַיִל, *exercitus*. Ies. XLIII, 17. Dan. III, 4. XI, 10. 11. et 43. sec. cod. *Chis.* - *חֵמָה, *ira*. *Aqu.* Ps. VI, 2. καὶ μὴ ἐν ὄχλῳ σου παιδεύσῃς με, neque me *iratus* punias. Ita transtulit haec verba *Fischerus Clav.* p. 69. ubi tamen addit: Si lectio sana est, neque pro ὄχλῳ reponendum χόλῳ, videndum erit, annon legerit *Aquila*

בַּהֲמֹתְךָ, ab הָמָה, quod verbum alibi reddit per ὀχλάζειν, nomenque הָמוֹן per ὄχλος. *Semlero* in *Ep. Crit. ad Griesbachium* legendum videbatur ὄχθῳ, quod certe magis probabile est, quam coniectura *Starckii* in *Carm. David.* p. 187., cui legendum potius videbatur ἐν ὀχθήσει σου. – טַף, *puerulus.* 2 Sam. XV, 22. טַף non semper de *parvulis*, sed quoque de *familia* in universum dicitur. Arab. طوف, *in gyrum moveri*, unde طايفة, *turba*, *familia*. Vide quoque supra s. v. οἶκος. *Inc.* Gen. XLVII, 12. τοῦ ὄχλου. Falso hanc versionem *Aquilae* tribuit *Montfauconius*. Vindicanda est potius *Symmacho*, qui ita transtulit Exod. X, 10. XII, 37. ubi טַף sunt *omnes, qui praeter milites castra sequuntur.* – *מִצְעָד, *gressus.* Dan. XI, 43. sec. cod. *Chis.* ἔσονται ἐν τῷ ὄχλῳ αὐτοῦ, erunt in turba eum sequente. Sensum secuti sunt. Nam *in gressibus alicuius esse* notat ex hebraismo *sequi aliquem.* – סֹלְלָה, *agger.* Ierem. XXXII, 24. ὄχλος. Ita explicandum esse censuerunt hebr. סֹלְלוֹת de *turba* s. *agmine militum* ob sequens בָּאוּ, quod h. l. per *admovebuntur* vertendum erat. – עַם, *populus.* Num. XX, 20. Ierem. XLVIII, 42. – *עִם, *cum.* Dan. XI, 8. sec. cod. *Chis.* Legerunt עַם. – קָהָל, *coetus.* Ierem. XXXI, 8. Ezech. XVI, 39. XVII, 17. et alibi. – רַבִּים plur. *multi.* Esdr. III, 12. – שִׁפְעָה, *agmen.* 2 Reg. IX, 17.

ὌΧΛΟΣ ΛΟΙΠΌΣ, *turba reliqua.* מְאַסֵּף part. Pih. *colligens, extrema acies.* Ios. VI, 13.

ὈΧΥΡΌΣ, *munitus*, *firmus.* לָבוֹא תָמִיד, *ad veniendum iugiter.* Psalm. LXX, 3. Libere ac seriei orationis convenienter transtulerunt. – בָּצוּר, *munitus.* Num. XIII, 29. Deut. III, 5. XXVIII, 52. et alibi. – מִבְצָר, *munitio.* Num. XXII, 36. Ios. X, 20. 2 Reg. III, 19. et alibi. Adde Dan. XI, 15. sec. cod. *Chis.* *Aqu.* Ierem. VI, 27. ὀχυρός. Deest quidem haec versio h. l. in *Hexaplis Montf.*, reperitur tamen in ed. *Rom.* – מִסְכְּנוֹת plur. *promptuaria.* Exod. I, 11. Arab. سكن, *firmus*, *stabilis fuit.* Et si vel quis מִסְכְּנוֹת per *thesauros* hic vertere mallet, urbes sic dictae essent, non quod revera thesauri ibi essent reconditi, sed quod ita validae ac munitae essent, ac si thesauri ibi reconderentur. 1 Reg. IX, 19. 2 Par. VII, 4. 6. – מְצוּדָה, *munitio.* *Aqu.* *Symm.* 1 Sam. XXIII, 19. ἐν τοῖς ὀχυροῖς. *Theodot.* ib. v. 14. ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς, ubi σπηλαίοις de suo addidit. *Vulgatus* habet: *in locis firmissimis.* – מָצוֹר, *munitio.* 2 Par. VIII, 5. Mich. VII, 12. – מְצוּרָה, idem. 2 Par. XI, 21. XII, 4. – מִשְׂגָּב, *locus editus.* Ies. XXXIII, 16. – נִשְׂגָּב part. Niph. Ies. XXVI, 5. XXX, 13. – עֹז, *robur.* Prov. X, 16. XVIII,

11. 19. in quo posteriore loco duae versiones coaluerunt. Adde *Symm.* Ps. LX, 4. ac confer *Opuscula Critica* p. 216. - תֵּל, *agger*, *tumulus*, item, ut arab. تلّ, *collis*, *mons*. *Theod.* Ios. XI, 15. *ὀχυράς*.

'ΟΧΥΡΟ'Ω, *munio*. בִּצֵּר Pih. idem. Ier. LI, 48. - חִזֵּק, Pih. *roboro*. 2 Par. XI, 10. - סָגַר, *claudo*. Ios. VI, 1. *ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη*, Iericho conclusa et *munita*. *Hesych.* *ὠχυρωμένη*, *ἠσφαλισμένη*. - שִׂגֵּב Pih. *in edito colloco*, metaphorice: *in tuto pono*. *Symm.* Ps. CVI, 41. *ὀχυρώσει*, et muniet pauperem, scil. contra inopiam, ubi nostro *gegen etwas sichern* respondet. 1 Macc. I, 62. multi Israelitae *ὠχυρώθησαν ἐν ἑαυτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινὰ*, *firmati sunt in consilio* aversandi cibos impuros. Permutatur ibi cum *κραταιοῦσθαι*.

'ΟΧΥ'ΡΩΜΑ, *locus munitus*, *excelsus*, *firmus*, *securus*, *in quo tutus aliquis manere et servari potest*, *arx*, *turris*, *munitio*, *castellum*, *munimentum*, it. *carcer*, *fovea*. אוֹצָר, *thesaurus*. Ierem. XLVIII, 7. *ἐν ὀχυρώματί σου*, quae verba non pertinent, ut vult *Michaelis*, ad בְּמַעֲשַׂיִךְ, quod plane omiserunt LXX Intt., sed ad sequens בְּאוֹצְרוֹתַיִךְ, pro quo בְּצוּרוֹתַיִךְ legisse videntur. - בּוֹר, *fovea*. Gen. XLI, 14. *ἐξήγαγον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχυρώματος*, eduxerunt illum de *fovea*. - בַּיִת, *domus*. Gen. XL, 14. Vox hebraica h. l. *carcerem* notat. - בֵּית סֹהַר, *domus turris*. Gen. XXXIX, 20. *ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὸ ὀχύρωμα*, coniecit eum in *carcerem*. - בַּצֵּר infin. Pih. *munire*. Ies. XXII, 10. - *בָּצְרָה, *Bozrah*, nomen propr. Ierem. XLIX, 22. Legerunt בְּצֻרָה. - בִּצָּרוֹן, *munitio*. Zach. IX, 12. *καθήσεσθε ἐν ὀχυρώματι δέσμιοι*, sedebitis in *carcere* vincti. - הֵיכָל, *palatium*. Prov. XXX, 28. - חָנָה, *castra metor*. *Inc.* Ies. XXIX, 1. - מִבְצָר. Ios. XIX, 29. *ἕως πόλεως ὀχυρώματος Τυρίων*, usque ad urbem munitionis, h. e. munitam, Tyriorum. 2 Reg. VIII, 12. Thren. II, 2. *καθεῖλεν ἐν θυμῷ αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα*, destruxit in ira sua *arces*. Dan. XI, 38. sec. cod. *Chis.* - מַסְגֵּר, *claustrum*. Ies. XXIV, 22. *κατακλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα*, *carceri* includent. - מָעוֹן. Prov. X, 30. Ies. XXIII, 14. - מַעֲשֶׂה וְאוֹצָר, *opus et thesaurus*. Ier. XLVIII, 7. - מָצוֹר, *arx*. Prov. XII, 13. ubi nonnullis legisse videntur מָצוּר, *locus munitus*. *Vulg.* *munimentum*. - מְצָדָה. *Inc.* et LXX Iud. VI, 2. Ierem. XLVIII, 41. *Aqu.* *Symm.* 2 Sam. V, 7. 9. *Vulg.* *arcem*. - מָצוֹד, *rete*. Iob. XIX, 6. Hic fortasse legerunt מָצוּר vel מָצוֹר. - מְצוּדָה, *rete*. 2 Sam. XXII, 2. Legerunt cum Resch מְצוּרָה. Idem valet de *Aquila* Psalm. LXV, 11. 1 Sam. XXII, 4. et XXIII, 14. *Symm.* ib. XXIV, 23. *Aqu.* Iob. XXXIX, 28. et Psalm. LXX, 3. - מָצוֹר. Zach. IX, 3. - *מִצְעָדִים plur. *gressus*. *Theod.* Dan. XI, 45. qui

fortasse legit מְצוֹרִים. - מִשְׂגָּב. *Symm.* et *Ed. Quint.* Psalm. XLVII, 4. LXX sec. cod. *Norimb.* Ierem. XLVIII, 1. - בָּחַן, do. Prov. XII, 12. *ἐν ὀχυρώμασι*, sc. *ἔσται*, h. e. *immotae erunt.* Ita putavit haec verba vertenda esse, quippe non intellegens, post יִתֵּן h. l. supplendum esse פְּרִי, ac ingenio suo tantum indulgens. *Zieglerus* quoque יִתֵּן ab אֵיתָן seu וָתַן, arab. وتن, *firmus, perennis fuit,* derivandum putavit. - עֹז, *robur.* Prov. XXI, 22. *καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα, ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεισαν*, destruxit arcem, in qua confisi sunt. Conf. 1 Macc. VI, 65. VIII, 10. 2 Cor. X, 4. et ad h. l. *L. Bos* p. 163. - *עַצְמוֹת, *ossa. Schol.* ed. *Rom.* Prov. XII, 4. *ξύλον ἐν ὀχυρώματι* (h. e. *murum ligneum munitionis causa exstructum*), quae verba in *Hexaplis Incerto Int.* tribuuntur, ac inepto loco posita reperiuntur. Vocem hebr. deduxit ab עָצוּם, *validus, firmus.* - *צוּר, *rupes, petra. Theod.* Iob. XXVIII, 10. - צְרִיחַ, *turris elata.* Iud. IX, 46. 49. *Hesych. ὀχύρωμα, τεῖχος ἀσφαλές, ὀχυρὸν, κάστρον, φρούρον* (lege *φρούριον*), *ἡ ἀληθές. Suidas: ὀχύρωμα, ἡ κλεισοῦρα παρὰ Ῥωμαίοις.*

'ΟΧΥΡΩΜΆΤΙΟΝ, munitio parva, munimentum parvum. 1 Macc. XVI, 15.

'ΟΧΥ'ΡΩΣΙΣ, munitio. 1 Macc. X, 11. *Ioseph. B. Iud.* VII. p. 416. B.

'ΟΨΕ', sero, vesperi. בִּכְרָה, *dromas, dromedaria.* Ier. II, 23. Vocem hebr. acceperunt ea significatione, qua apud Arabes usurpatur, nam Arab. بكرة significat *πρωΐ, mane* (a بكر, *festinavit, praecessit, nocturno tempore iter fecit.*), quod hebr. בּוֹקֶר dicitur. Ita iudicat *Cappellus* in nott. critt. ad h. l. p. 420. Conf. et *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. II. c. 3. p. 84. - בַּנֶּשֶׁף, *in crepusculo.* Ies. V, 11. - בֵּין עַרְבַּיִם, *inter duas vesperas.* Ex. XXX, 8. - עֵת עֶרֶב, *tempus vespertinum.* Gen. XXIV, 11.

'ΟΨΙ'Α, sc. *δείλη* vel *ὥρα*, *tempus vespertinum.* Iudith. XIII, 1. Conf. *L. Bos Ellips. Graec.* p. 45.

'ΟΨΙ'ΖΩ, vesperi venio, sero vel sub vesperam aliquid facio. הֶעֱרִיב Hiph. *vesperasco.* 1 Sam. XVII, 16. Vide et Sirac. XXXVI, 27. *καταλύοντι, οὗ ἐὰν ὀψίσῃ*, hospitanti, ubicunque vesperi venerit.

"ΟΨΙΜΟΣ, serotinus. אֲפִילוֹת plur. *obscura.* Exod. IX, 33. *τὰ ὄψιμα.* Recte. Nam vox hebr. notat h. l. *semina, quae adhuc abdita in terra latent, adeoque serotina.* Confer ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. c. 11. - *לֶקֶשׁ, *herba serotina, foenum cortum* s. *serotinum. Aqu.* Amos. VII, 1. - מַלְקוֹשׁ, *pluvia serotina.* Ioel. II, 23. Zach. X, 1. *Gloss. MS. in Proph. ὄψιμον, ὑστερινόν.* - עֲטֻפִים part. Pah. plur. *seroti-*

nae pecudes. *Aqu.* Gen. XXX, 42. ὄψιμα. - לָעֶרֶב, *ad vesperam*, *in vespera* s. *vespere.* *Symm.* Cohel. XI, 6. ὄψιμον. *Hesych.* ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὀψὲ γεννώμενον, ἢ ὀψὲ ἀρξάμενον, καὶ ὀψὲ τελεσθησόμενον. Idem: ὄψιμον, χρόνιον, ὕστερον.

"ΟΨΙΣ, *adspectus*, *species*, *color*, *facies*, *frons*, *oculus.* זִיו chald. *splendor.* Dan. II, 31. - מֵצַח, *frons.* Ierem. III, 3. ὄψις πόρνης, *frons meretricis.* Conf. Ioh. XI, 44. et ad h. l. *Keuchenium* ac *Wolfium* p. 921. - מַרְאֶה. Gen. XXIV, 16. XXVI, 7. XLI, 2. sec. *Oxon.* καλαὶ τῇ ὄψει, ubi *Schol.* στερέμνιοι κρέει, καὶ παχεῖαι σαρξί. Lev. XIII, 3. 4. 1 Sam. XVI, 7. et alibi. - עַיִן, *oculus*, it. *superficies*, it. *color.* Exod. X, 5. καλύψει τὴν ὄψιν τῆς γῆς, operiet *superficiem terrae.* Vid. et Num. XXII, 5. 11. Lev. XIII, 55. εἰ δὲ οὐ μὴ μεταβάλῃ ἡ ἁφὴ τὴν ὄψιν αὐτῆς, si vero superficies leprae non mutaverit *colorem* suum. Confer *Drusium Miscell. Cent.* II. c. 17. Vide et Ezech. X, 9. - פֵּאָה, *angulus.* *Symm.* et LXX Lev. XIX, 27. XXI, 5. - צְלֵם chald. *imago.* Dan. III, 19. - שְׂאֵת, *tumor.* Lev. XIII, 43. - תֹּאַר, *plaga.* 1 Reg. I, 6. ἡ ὄψις τῆς ἁφῆς λευκὴ ἢ πυῤῥίζουσα, *color* plagae albus vel rubescens. - Praeterea legitur Exod. XXXIV, 29. ac verba: ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου respondent hebr. עוֹר פָּנָיו: ubi LXX aut ὄψις pro more de suo addiderunt, aut scripserunt τὸ χρῶμα τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ut ἡ ὄψις αὐτοῦ sit versio alius interpretis e margine huc illata. Tob. XIV, 1. ὅτε ἀπώλεσε τὰς ὄψεις, cum amitteret *oculos.* Sap. XIV, 17. ἐν ὄψει, *coram.* Sic quoque ibid. VIII, 11. Sap. III, 4. ἐν ὄψει, *iudicio*, i. q. ἐν ὀφθαλμοῖς. Sap. VII, 9. ἐν ὄψει, *respectu*, s. *si comparatur*, coll. v. 8. ubi ponitur ἐν συγκρίσει. *Vulgatus* optime: *in comparatione eius.* *Hesych.* ὄψεις, ὄνειροι, ὀφθαλμοὶ, ὁράσεις.

"ΟΨΟΝ, *obsonium*, *edulium*, it. *piscis.* דָּג, *piscis.* Num. XI, 22. ἢ πᾶν ὄψον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται; vel num omnes *pisces* maris congregabuntur? Sic *Hippocrati* et *Polybio* piscis passim vocatur ὄψον θαλάττιον. Et cum *Thucydides* lib. I. cap. 138. Magnesiam Themistocli panem, Lampsacum vinum, *Μυοῦντα δὲ ὄψον*, *Myuntem vero obsonium*, suppeditasse scribit, obsonii nomine *Diodorus* lib. XI. cap. 57. *piscem* intellegit. Myuntem enim ait illi cessisse εἰς ὄψον, ἔχουσαν θάλατταν εὔιχθυν, in obsonium, quia mare piscosum habet. Et *Alciphroni* Ep. I. ὀψῶναι dicuntur, *qui pisces vendunt.* Conf. *Pollucem* l. VII. c. 7. ubi ἰχθύδιον et ὄψον coniungit. Sic *Terentius* in *Andria* Act. II. Sc. II. v. 23. *paululum obsonii* et *pisciculos minutos* pro eodem sumit. Et diminutivum ὀψάριον apud *Suidam* exponitur τὸ ἰχθύδιον. Piscis autem, observante *Myrtilo*, *Plutarcho*, *Eustathio*, ex omnibus obsoniis solum ὄψον nominatus est διὰ τὴν ἐξαίρετον

ἐδωδὴν, quod inter edulia principatum quendam teneat. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. Lib. I. c. 6. p. 41. et alios, quos citat *Wolfius* ad Ioh. VI, 9. p. 856. Tob. VII, 9. *παρέθηκαν ὄψα πολλὰ*, paraverunt *cibaria* multa.

'ΟΨΟΠΟΙ'ΗΜΑ, obsonium, cibarium. Iudith. XII, 1.

'ΟΨΩ'ΝΙΟΝ, obsonium, stipendium. 1 Macc. III, 28. *ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ*, dedit *stipendia* exercitibus suis. Vide et 3 Esdr. IV, 56. 1 Macc. XIV, 32. *Polyb.* I, 67, 1. ac conf. auctores citatos *Wolfio* ad Luc. III, 14. pag. 601. et ad Rom. VI, 23. p. 115. nec non *Lexicon N. T.* s. h. v.

Π.

ΠΑΓΕΤΟ'Σ, glacies, gelu, frigus, a *πάγος, glacies*. קֶרַח, idem. Gen. XXXI, 44. et Ierem. XXXVI, 30. *τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, frigore* noctis. – קִפָּאוֹן, *concretio, coagulatio. Al.* Zach. XIV, 6. *παγετός*. Baruch. II, 19. Sir. III, 15. *ὡς εὐδία ἐπὶ παγετῷ.* Est inversa oratio, pro: *ὡς παγετὸς ἐπ' εὐδίας*, ut per serenitatem glacies, scil. dissolvitur. *Vulg. et sicut in sereno glacies. Hesych. παγετὸς, κρύσταλλος, ψύχος.* Idem et *Lex. Cyrilli MS. Brem. παγετῷ, ψύχει, κρυμῷ.*

ΠΑΓΙΔΕΥ'Ω, illaqueo. הִתְנַקֵּשׁ Hithp. *in tendiculam me pono.* 1 Sam. XXVIII, 9. *ἱνατί σὺ παγιδεύεις τὴν ψυχήν μου θανατῶσαι;* quare tu *illaqueas* animam meam ad mortem? h. e. cur me vitae periculo tam certo exponis? *Vulg. insidiaris.* – יוּקָשִׁים plur. *irretiti.* Cohel. IX, 12. *ὡς ὄρνεα τὰ θηρευόμενα ἐν παγίδι, ὡς αὐτὰ παγιδεύονται οἱ υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου*, sicut aves, quae capiuntur laqueo, illaqueantur filii hominis: ubi sermo est vel de *necessitate fatali moriendi*, vel de *adversa fortuna, qua homines irretiuntur quasi.* – נוֹקַשׁ Niph. *Symm.* Prov. VI, 2. *ἐπαγιδεύθης*, et Ies. VIII, 15. *παγιδευθήσονται.* – תּוֹקְעִים plur. *complodentes, stipulantes. Symm.* Prov. XI, 15. *παγιδευθῆναι*, quae vox h. l. metaphorice accipienda erit de *obligatione, inprimis quae exoritur fideiubendo pro aliis.* Vide supra s. v. *ἐμπαγή*.

ΠΑΓΙ'Σ, laqueus, rete. *בִּקֵּשׁ, *quaero.* Prov. XXI, 6. *παγίδες*, ubi pro מְבַקְשֵׁי, *quaerentes*, legerunt בְּמֹקְשֵׁי. – הָפֵחַ infin. Hiph. a פּוּחַ, *illaqueando.* Ies. XLII, 22. – חַח, *hamus, uncus.* Ezech. XXIX, 4. ubi tamen *Cappello* in *nott. critt. ad h. l.* p. 555. loco חַחִים inepte legisse videntur פַּחִים. – יָקוּשׁ, *auceps*, h. l. *laqueus.* Ierem. V, 26. – יַד יָקוּשׁ, *manus aucupis.* Prov. VI, 5. non male quoad sensum. – יַשְׁחִית, 3 pers. fut. Hiph. *perdet.* Prov. XI, 9. Ex *Iaegeri* sententia viderunt שְׁחִית aut שַׁחַת, *fovea*, ut genus insidiarum alterum pro altero coniuncto positum sit. – *כֹּחַ, *vis. Theod.* Ierem.

XLVIII, 44. Num פַּח, *laqueus*, *rete*, in suo codice habuit, aut potius de sensu magis, quam de verbo sollicitus fuit? *Vulgatus* quoque habet: *de laqueo fugiens*. – כְּלוּב, *cavea, in qua aves custodiuntur*. Ierem. V, 27. ubi tamen τῷ כְּלוּב παγὶς ἐφεστωμένη (num *rete, quod subito attrahitur?*) potius respondet. Arab. كلب, *contexere, consuere*. – מוֹקֵשׁ. Ps. XVI, 6. LXIII, 5. Prov. XII, 14. et alibi. – מְצוּדָה, *sagena*. Ps. LXV, 10. – נוֹקֵשׁ Niph. a יָקֹשׁ. Prov. VI, 2. – פַּח. Ios. XXXIII, 13. ἔσονται ὑμῖν εἰς παγίδας καὶ εἰς σκάνδαλον, erunt vobis in laqueum et offendiculum; ubi *laqueus* metaphorice pro *damno et exitio*, eiusque causa et occasione ponitur. Vide quoque Ps. LXVIII, 27. et conf. 1 Macc. V, 4. Confer *Fullerum Miscell. Sacr.* lib. II. c. 10. p. 231. ubi vocem פַּח LXX παγίδα reddere docet, ut hoc ab illo oriundum intellegamus. – רֶשֶׁת, *rete*. Iob. XVIII, 8. Psalm. IX, 16. 33. XXIV, 16. et alibi. – שׁוֹאָה, *vastitas*. Psalm. XXXIV, 8. Videntur ita transtulisse non tam ob parallelismum sententiarum, quam quod voci hebr. vere hanc notionem tribuerint. Syr. ܦܘܩܐ, *funiculus*. Confer quoque Ies. V, 18. In libris apocryphis V. T. παγὶς partim *is* dicitur, *qui alteri insidiatur*, aut *alterum perdere studet*, v. c. 1 Macc. I, 37. (Sic meretriculas παγίδας τοῦ βίου appellat *Amphis* apud *Athen.* L. XIII. p. 567. F. Adde *Eustath.* de *amor. Ism.* IX. p. 400.), partim *is, qui alteri occasionem peccandi suppeditat*, v. c. 1 Macc. V, 4. εἰς παγίδα καὶ εἰς σκάνδαλον.

ΠΑΓΚΡΑΤΗ'Σ, *omnipotens*, ex πᾶν, *omne*, et κρατέω, *impero*. 2 Macc. III, 22. ἐπεκαλοῦντο τὸν παγκρατῆ κύριον. *Aristoph. Thesm.* 375. et 524. *Schol.* πανδύναμε. *Soph. Ai.* 687. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 541.

*ΠΑΓΚΤΗΣΙ'Α, *possessio amplissima* s. *omnimoda*. צְמִתֻת, *excisio*. *Aqu.* Levit. XXV, 23. sec. cod. 130. *Holmes.* Non male. Sermo enim ibi est de terra Iudaeis non in perpetuum vendenda, et vox hebr. h. l. *silentium* notat, ac *vendi ad silentium* est *vendi ita, ut praecisa sit omnis spes redemtionis*, in quo est παγκτησία.

ΠΑ'ΓΟΣ, *omnis concreta massa*, ab ἐπάγην verbi πήγνυμι, *compingo*, *glacies*, *gelu*, *pruina*, i. q. παγετός. כְּפֹר, *pruina*. Ex. XVI, 14. ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς, tanquam pruina in terra. *Schol.* ibi πάχνη. – קִפָּאוֹן, *concretio*, *coagulatio*. *Symm.* et LXX Zach. XIV, 6. – *קָרָה, *frigus*. Nah. III, 17. *Aqu. Theod.* Iob. XXXVIII, 29. – קֶרַח, *gelu*, *frigus*, *glacies*. Iob. XXXVII, 10. Cant. tr. puer. 40. *Phavorinus*: πάγος, ὕδωρ τὸ πεπηγμένον ἀπὸ ψύχους. Apud *Hesychium* πάγος inter alia exponitur ψύχος.

**ΠΑΘΕΙΝΌΣ*, *tristis*, *lugens*. אָבֵל, *lugens*. LXX sec. *Hex.* Iob. XXIX, 25. ὃν τρόπον παθεινοὺς παρακαλῶν: ubi in cod. *Alex.* συμπαθεῖς legitur.

**ΠΑΘΗΝΌΣ*, *tristis*, *lugens*. Sic legitur in apographo Grabiano Ies. LVII, 18. pro אָבֵל, *moerens*, *lugens*, ubi ποθηνοῖς (fortasse pro ποθητοῖς) est in *MS. Reg.* in *Fol.*

**ΠΑΘΟΚΡΑ'ΤΕΙΑ*, *imperium in passiones*. 4 Macc. XIII, 5. ubi in aliis libris legitur παθοκρατορία. Ib. XIII, 5.

**ΠΑΘΟΚΡΑΤΟΡΙ'Α*, i. q. παθοκράτεια, quod vide.

**ΠΑΘΟΚΡΑΤΕ'ΟΜΑΙ*, *imperium habeo in perturbationes animi*. 4 Macc. VII, 20.

**ΠΑ'ΘΟΣ*, *affectus*, *passio*. *Symm.* Iob. XVI, 3. Vide infra s. ὑπόκειμαι. - שָׁר, *cantans*. Prov. XXV, 23. Legerunt שֹׁד, *vastatio*, σύντριμμα, *morbus*.

**ΠΑ'ΘΟΣ "ΕΧΩ*, *morbo laboro*. הֻכָּה, *percutior*. *Aqu.* s. *Inc.*, sine dubio *Iosephus* (*A. I.* VI, 1, 1.), 1 Sam. V, 12. Si vere haec verba *Aquilae* tribuenda sunt, lectionis diversitas e duplici versione *Aquilae* orta videtur.

ΠΑΙΑ'Ν, *Paean*, *quilibet hymnus in Deum* vel *praeclarum virum*, *speciatim in laudem Apollinis et Dianae*. 2 Macc. XV, 25. μετὰ σαλπίγγων καὶ παιάνων προσῆγον, cum tubis et paeanibus admovebant. Similiter de Lusitanis *Diodorus Siculus* lib. IV. p. 311. παιᾶνας ᾄδουσιν, ὅταν ἐπίωσι τοῖς ἀντιτεταγμένοις, paeanas canunt, cum aggrediuntur hostes. Confer quoque quae de Persis pariter ante pugnam paeanem canentibus e *Xenophonte* refert *Brissonius* de *regn. Pers.* lib. III. p. 763. *Hesych.* παιᾶνας, κώμους, εὐφημίας, ᾠδάς, ὕμνους εἰς θεόν. *Suidas*: παιᾶνας, κώμους, εὐφημίας. Παιᾶνες δύο ἦσαν, ἐνυάλιος, ὅτε ἤρχον, ὃς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐγένετο, καὶ ἕτερος, ὅτε ἐνίκων. Δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ παλαιοί, πρὸ μὲν τοῦ πολέμου, τῷ Ἄρει, μετὰ δὲ τὸν πόλεμον, τῷ Ἀπόλλωνι. Sunt haec, observante *Küstero*, descripta ex *Scholiasta Thucydidis* lib. IV. c. 43., qui etiam de paeane ἐνυαλίῳ conferri iubet *Spanhemium* ad *Orat.* I. *Iuliani* pag. 233.

ΠΑΙΓΝΙ'Α, *illusio*, *lusus*, *ludibrium*, it. *actus*, *quo aliquis fidibus canit*. תִּפְלֶצֶת, *horror*. Ierem. XLIX, 15. ἡ παιγνία σου ἐνεχείρισέ σοι, ubi παιγνία de montibus Edomiticis adhibetur, qui, quia erant aspectu admodum terribiles, hostes ad illos penetrare non valentes quasi illudere videbantur. - שָׂחַק, *ludo*. *Al.* Iud. XVI, 27. θεωροῦντες ἐν παιγνίαις Σαμψών, spectantes, quomodo *fidibus caneret* Sampson. Ita haec verba transtulit *Bielius*. Equidem reddere mallem: *cum illusionibus*, h. e. *ita ut simul illuderent*. Nam *Alex. Ald.* et *Compl.* habent ἐμπαιζόμενον, ac cod. *Oxon.* ἐμπαίζοντες. Conf. quoque v. 25. *Xenophon* apud *Suidam* in v. παιγνία· σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ παιγνίᾳ.

ΠΑΙ'ΓΝΙΟΝ, *ludicrum*, *lusus*, *ludibrium*. מִשְׂחָק. Hab. I, 10. - פֶּרֶךְ, *asperitas*. *Al.* Ezech. XXXIV, 4. παιγνίῳ: ubi speciem crudelitatis ponere tantum voluit. Vide et Sap. XII, 26. (παιγνίοις ἐπιτιμήσεως, h. e. poenis a Deo εἰς ἐμπαιγμὸν immissis, coll. v. 25.) XV, 12.

ΠΑΙΔΑ'ΡΙΟΝ, *puerulus*, *iuvenis*, *servus*. יֶלֶד, *natus*. Gen. XXXIII, 14. XXXVII, 29. Ruth. IV, 16. et alibi aliquoties. - *כְּלֵי הַנְּעָרִים, *vasa puerorum*. LXX sec. cod. *Coislin*. 1 Sam. XXI, 5. Sc. כְּלִי in V. T. haud raro otiosum est. - מְבַשֵּׂר part. Pih. *nuncius*. 1 Sam. IV, 17. *Miles* erat, qui nuntii loco ad Eli missus erat. Num fortasse *militis* notionem voci παιδάριον subiecerunt. Vide infra ad παῖς s. חַיִל et מַלְאָךְ, etiam עַם. - נְעוּרִים plur. *puerilia*. Ier. XLVIII, 11. - נַעַר. Gen. XXII, 5. 12. XLIII, 8. Iud. VII, 10. et alibi saepius. - אִישׁ נַעַר, *vir iuvenis*. 1 Sam. XXX, 17. - עֶבֶד, *servus*. 1 Sam. XXI, 7. ubi alii pro παιδαρίων habent δούλων. Confer *Aelianum* lib. II. c. 2. Praeterea legitur 1 Sam. I, 14. τὸ παιδάριον Ἠλεὶ, ubi in textu hebr. non exstat de hoc eius servo quicquam. Addiderunt hoc LXX, si quid video, ex proprio cerebro, ne convicii illius pontificem Eli reum facerent. Legitur autem hoc additamentum quoque apud *Chrysostomum Hom.* XV. in *Act. Apost.* et apud *Philonem* in libro περὶ μέθης.

ΠΑΙΔΕΙ'Α, *disciplina*, *institutio*, *castigatio*, *doctrina*. *בִּינָה, *intellegentia*, *prudentia*. Dan. I, 20. sec. cod. *Chis.* - בַּר chald. *filius*. Ps. II, 12. δράξασθε παιδείας, ubi tamen pro παιδείας legendum esse παιδὸς aut παιδίου suspicatur *Hottingerus Thes. Philol.* p. 371. et *Schotanus Diatr. de authoritate LXX Intt.* p. 55., quod postea mutatum sit in παιδείας ab iis, qui non videbant, quis esset sensus illius formulae δράξασθε παιδίου. Δράξασθαι παιδίου autem idem est revera, quod *osculari filium*, nam ad osculandum vulgo manibus prehendimus eum, quem volumus osculari. *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 673. arbitratur, LXX voluisse hic, quae sua sententia in textu erant allegorica et impropria, resolvere et proprie exponere. Scil. בַּר sumserunt significatione *frumenti*, et per *frumentum* intellexerunt *legem* s. *doctrinam legis*, quae est antiqua expositio, quam *Chaldaeus* quoque secutus est. Conf. quoque *Sanhedr.* Fol. XCII. 1. ac Ps. II, 10. *Vulgatus: apprehendite disciplinam*, et simili quoque modo *Arabs* interpretatus est. - טַעַם, *gustus*, it. *consilium*. Ps. CXVIII, 66. παιδείαν καὶ γνῶσιν δίδαξόν με, doctrinam et scientiam doce me. - יָסַד, *fundo*. Hab. I, 12. τοῦ ἐλέγχειν παιδείαν αὐτοῦ. Pro יְסַדְתּוֹ per Daleth legerunt fortasse יִסֹּרֶת, *castigatio* (verbum obsoletum), aut יִסַּרְתּוֹ per Resch, quod *castigare* notat (hoc sensu: ut redarguam Chaldaeos praeter modum, ius et fas Iudaeos castigantes), aut etiam יִסֹּרוֹ, *di-*

sciplinam eius. — לֵב, *cor.* *Aqu.*(?) Prov. VI, 32. στερεῖται παιδείας, destituitur disciplina. — לִמּוּד, *eruditus.* Ies. L, 4. 5. — מוּסָר. Deut. XI, 2. Prov. I, 2. γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, ad cognoscendum sapientiam et doctrinam. Vide quoque Prov. XVI, 4. ac conf. Sir. I, 24. Prov. III, 11. μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, ne parvi facito castigationem Domini. Vide et Prov. XV, 5. et conf. 2 Macc. VI, 12. Prov. IV, 1. ἀκούσατε, παῖδες, παιδείαν πατρὸς, audite, liberi, *institutionem* patris. Ierem. II, 31. παιδείαν οὐκ ἐδέξασθε, *disciplinam* non recepistis. Vide et Ierem. VII, 27. XVII, 23. XXXV, 13. Prov. XV, 10. παιδεία notat *emendationem s. correctionem per flagra ac virgas, quae fit in concione.* — מוֹסֵר, *vinculum.* *Aqu.* Iob. XXXII, 16. Legit מוּסָר. Παιδεία autem h. l *serias admonitiones* notat. — *מִשְׂרָה, *principatus.* *Symm.* Ies. IX, 5. καὶ ἔσται ἡ παιδεία αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, ubi *Cappellus* in *Crit. S.* p. 829. putat eum legisse מְסָרָה a rad. יָסַר. *Theod.* et *Inc.* ib. v. 6. τῷ πληθύνοντι παιδείαν, ubi secundum eundem legerunt מְסָרָה pro מוּסָר. Sed praeter ea, quae iam *Scharfenbergius* ad l. l. contra hanc coniecturam protulit, notandum est, voci παιδεία potius h. l. notionem *imperii* ac *principatus* subiiciendam esse, in qua significatione παιδία reperitur apud *Platon. Alcib.* p. 47. Sic quoque παιδευτὴς apud *Theodot.* Ps. LXVIII, 29. ad *principes*, et apud *Symmachum* Deut. XVII, 18. ad *iudices* et *magistratus* transfertur. — *מָשָׁל, *proverbium, gnoma,* Prov. XXV, 1. Si lectio sana est, παιδεῖαι h. l. significabit *sententias ad instituendos et corrigendos alios aptas.* Sed videndum est, annon potius legi debeat παροιμίαι, quod exhibent cod. *Alex.* et ed. *Compl.* — סוֹד, *arcanum,* it. *consilium.* Ezech. XIII, 9. Amos. III, 7. Videntur plerisque legisse יְסוֹד aut יִסּוּר, *castigatio,* a יָסַר, *castigare,* παιδεύειν. — עֲנָוָה, *mansuetudo.* Psalm. XVII, 35. Ita quoque *Theodotion.* Iudice *Cappello* in *Crit. S.* pag. 809. legerunt עֲנוֹתְךָ (vel potius עֲנוּתְךָ) ab עָנָה, *affligi* (quia correctio est afflictionis species quaedam), quae coniectura etiam confirmatur loco parallelo 2 Sam. XXII, 36. Sed mihi παιδεία h. l. potius *obedientiam erga Deum* significare videtur, ut sit i. q. ὑπακοὴ in loco parallelo, ut verba ἡ παιδεία σου vertenda sint: *quod me tuis dictis obsequentem praebui.* Conf. 2 Par. X, 7. ubi παῖδες *obsequiosos, morigeros* notat. — שֵׁבֶט, *virga.* Iob. XXXVII, 13. Instrumentum correctionis ponitur h. l. pro *correctione ipsa*, ut שֵׁבֶט usurpatum legitur ibid. XXI, 9. — שֹׁחַד, *munus.* Prov. XVII, 8. Suspecta est h. l. vox παιδεία, omissa illa quoque ab interprete *Arabe.* *Iaegerus* ad h. l.: Non propius nomen memini, unde παιδεία duci potuerit, quam הַשְׂכֵּל cap. XVI, 22. ut interpretis in libro fuerit alliteratio ad יַשְׂכִּיל. Sed quis omnium illarum discrepantiarum, maxime in Proverbiorum libris, rationes

reddat? - הוֹכָחַת. Prov. X, 18. ubi loco *παιδεία* reponendum est *παιδείᾳ*, ut recte iam observavit *Iaegerus* ad h. l. Confer quoque *Semleri Ep. Crit.* p. 24. Praeterea legitur Ies. L, 5. et Iob. XXXIX, 35. ubi nihil ei respondet in textu hebr. Sirac. IV, 19. *castigatio. Vulg. tribulatio.* Sirac. IX, 1. *μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν*, ne eam malam in te *artem* doceas, h. e. ne eam doceas simili modo esse zelotypam, aut ne ad improbas artes adhibendas permoveatur. *Syrus: doctrinam* nequam. Sap. I, 5. *πνεῦμα παιδείας*, *spiritus saluberrima homines cognitione imbuens*, aut: *pios illos reddens.* Sap. II, 12. ubi pro *παιδείας*, *disciplinae*, uti quidem et V. Int. legit, ac omnes editt. perperam habent, legendum est *παιδίας*, *iuventutis*, e cod. *Alex.* Sirac. XXXIV, 27. Si aliorum es conviva, *παῦσαι πρῶτος* (sc. *edere*) *χάριν παιδείας*, *ob decorum* seu *honestatem*, *quam docet disciplina.* Sic et ibid. v. 19. *πεπαιδευμένος* est *homo urbanis moribus conspicuus. Hesych. παιδεία, ἀγωγὴ ὠφέλιμος, διδαχή.* Idem: *παιδεία, πεῖρα, νουθεσία.*

ΠΑΙΔΕΥΤΗ'Σ, *institutor*, *informator*, *doctor*, *castigator.* מוּסָר, *institutio.* Hos. V, 2. - רֹדָם partic. cum affixo, *dominans eis. Theod.* Ps. LXVII, 29. ubi *παιδευτὴς regem* notat. Vide ad h. l. *Hexapla*, ac supra s. v. *παιδεία.* Non opus itaque est cum nonnullis statuere, eos מוֹרָה legisse. Vide quoque infra s. v. *παιδεύω.* - שֹׁטֵר, *magistratus, iudex. Symm.* Deut. XVI, 18. 1 Paral. XXVI, 29. Sirac. XXXVII, 22. *πολλῶν παιδευτής*, multorum *doctor.* Confer Rom. II, 20.

ΠΑΙΔΕΥ'Ω, *erudio*, *doceo*, *instituo*, *castigo*, *rego.* אָסַר, *ligo.* Ps. CIV, 21. Hos. X, 10. In utroque loco videntur plerisque אָסַר permutasse cum יָסַר. Sed אָסַר in priore loco metaphorice notat *coercere*, *imperio continere*, quam notionem quoque habet vox *παιδεύειν.* In posteriore vero אָסַר *castigationis* notionem habet, ut adeo non opus esse videatur varietatem lectionis hic effingere. - *בּוֹא, Hiph. הֵבִיא. Psalm. LXXXIX, 12. *τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ*: ubi in textu hebr. legitur: נָבִיא לְבַב חָכְמָה, *adducemus cor in sapientiam.* Videntur quidem nonnullis נְבוֹנֵי legisse, sed potius sensum expresserunt. Nam *venire ad sapientiam* et *erudiri in sapientia* idem est. Caeterum pro *πεπαιδευμένους* male ibi est in quibusdam libris graecis *πεπαιδημένους. Alex. Ald. πεπεδημένους*, de quo vide *Hieron.* in ep. 159. et *Augustinum* in h. l. - בּוֹנֵן Pih. a בִּין, *intellegere facio.* Deut. XXXII, 10. - הוֹכִיחַ Hiph. a יָכַח, *arguo.* Prov. III, 12. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Prov. V, 13. - הוֹרִיד Hiph. a יָרַד, *descendere facio.* 2 Sam. XXII, 48. *παιδεύων λαοὺς ὑποκάτω μου.* Non improbabile quidem est, eos הוֹרָה legisse, quae fuit plerorumque Intt. sententia, mallem tamen dicere,

παιδεύειν h. l. esse *regere* aut potius *imperio subiicere*, ut sit i. q. ὑποτάσσειν, quod legitur in loco parallelo Psalm. XVII. 47. הוריד h. l. metaphorice notat *submittere*, *subiicere*. Vide infra s. v. ταπεινόω. - הָלַם, *contundo*. Psalm. CXL, 6. הָלַם h. l. metaphorice *reprehendere*, *corripere* notat. - *חָשַׁב, *cogito*. Hos. VII, 15. ἐπαιδεύθησαν ἐν ἐμοί. Sed verba haec fortassis pertinent ad יָסוּר בִּי, ut legerint יִוָּסְרוּ בִי. - יָסַר, Lev. XXVI, 18. 23. 28. Deut. IV, 36. VIII, 5. et alibi saepius. - *לָקַח. Esth. II, 7. ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα. Sc. לֶקַח interdum *doctrinam*, *institutionem* notat. Videtur autem παιδεύειν h. l. notionem *educandi* habere. - מוּסָר, *institutio*. Prov. XIII, 25. XXIII, 13. - *סוּר, *secedo*. Hos. VII, 14. Legerunt יָסֹרוּ a יָסַר. - עוּף, *volo*. Ps. LXXXIX, 10. παιδευθησόμεθα. Recepta haec lectio mihi admodum suspecta est. Si ad vocem hebr. exquiramus, dicendum fuerat πετασθησόμεθα aut πετανύμεθα, ut impressa lectio orta sit e compendio scribendi. Sic etiam iam legendum iudicavit *Semlerus*. Promiscuus etiam est literarum αι et ε in antiquissimis codd. usus. Conf. *Iacobsii additam. animadv. in Athenaei Deipnos.* p. 301 sequ. - עָמַם, *abscondo*. Ezech. XXVIII, 3. Hic legerunt עָמַס. - עָמַס, *onus impono*. 2 Par. X, 11. ubi παιδεύειν est omnino *durius tractare*. - רָדָה, *dominor*. *Symm.* Psalm. CIX, 2. *Inc.* Lev. XXV, 41. *Ed. Quint.* Ps. LXVII, 28. sec. *Eusebium*, qui in *Comment.* ad h. l. p. 358. habet: ἡ δὲ ε ἔκδοσις παιδεύοντα ἢ διδάσκοντα. Vide supra s. v. διδάσκω. Sirac. X, 1. κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ. ubi παιδεύσει habet hanc notionem adiunctam: *servabit debitum iustitiae ordinem*, coll. v. 3. Sirac. VI, 32. παιδευθήσῃ et πανοῦργος ἔσῃ idem significant. Sic fortasse Sirac. IX, 1. παιδεία est i. q. πανουργία s. πανούργευμα. Sir. XXXIV, 19. πεπαιδευμένος, *bene moratus*, *sobrius et temperans*.

ΚΡΑΤΑΙΩ͂Σ ΠΑΙΔΕΥ͂ΟΜΑΙ, *fortiter erudior*. סָתַר, *abscondo me*. Prov. XXII, 3. ubi pro וְנִסְתָּר forte legerunt יִוָּסֵר.

ΠΑΙΔΙ͂Α, *pueritia*. רֶחֶם, *uterus*. *Al.* Ies. XLVI, 3. ἐκ παιδίας. Vide quoque s. v. παιδεία.

ΠΑΙΔΙ͂ΟΝ, i. q. παιδάριον, *puellus*, *puer*, *infans*. *אִישׁ. *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* (Vide *Eichhornii Repertor. bibl. Literat.* T. IV. p. 262.) Gen. IV, 23. Sed arbitror, potius referendum esse ad vocem sequentem יֶלֶד. - בְּכוֹר, *primogenitus*. Deut. XXV, 6. - בֵּן, *filius*. Gen. XXI, 7. XXV, 22. Exod. IV, 20. et alibi. - *בָּקַע, *scindo*. Ies. XXXIV, 15. τὰ παιδία αὐτῆς. Scribendum πεδία, ut *Arabs* transtulit. Loco בִקְּעָה, *scindet ova*, legerunt בִּקְעָה, *planities*. - דָּגַר, *colligo*. Ies. XXXIV, 15. Ita *Bielius Trommium* secutus, modo quod uterque vitiose habet בָּדַר. Sed interpres graecus nimis ibi a verbis hebr. aberravit, ut, quorsum referenda sint verba τὰ

παιδία αὐτῆς, nemo facile dixerit. - *יֻלַּד pro יֶלֶד. 2 Sam. VI, 23. - טַף, *parvulus*. Gen. XLV, 19. Num. XIV, 3. 31. Deut. I, 39. et alibi passim. - יֶלֶד, *natus*. Gen. XXI, 8. XXX, 26. XXXIII, 1. et alibi saepius. - יִלּוֹד part. Pah. 1 Reg. III, 26. 27. - יָנַק, *sugo*. Ies. LXVI, 12. - יוֹנֵק part. *sugens*, it. *tenera planta*. Ies. LIII, 2. - נַעַר, *puer*. Gen. XXI, 12. 17. XLIV, 22. et alibi. - יֶלֶד et נַעַר iunctim. Exod. II, 6. - *כְּלֵי נַעַר, *vasa puerorum*. 1 Sam. XXI, 5. sec. cod. *Coisl.* Sc. כְּלֵי haud raro abundat. - נַעֲרָה, *puella*. Iob. XL, 24. - עוּל, *infantulus*. Ies. XLIX, 15. - רַחַם, *uterus*. Ies. XLVI, 3. *ἐκ παιδίου*, h. e. *inde a puerili aetate*. Sic *ἀπὸ* et *ἐκ παιδὸς*, *ἀπὸ* et *ἐκ παίδων* apud *Xenophontem*. Vide *Sturzii Lex. Xenoph.* s. h. v. Non opus itaque est, ut *παιδίας* hic reponatur, quod quidem in *Compl.* legitur, sed est alius interpretis. - שָׂדֶה, *ager*. Num. XIX, 16. sec. *Alex. Oxon. et Ald.* Sed dubio caret, antiquitus scriptum fuisse *πεδίου* loco *παιδίου*, ut cod. *Vat.* exhibet. Eadem lectionis varietas quoque locum habet Iud. IX, 42. Vide quoque supra s. v. בָּקַע. - שִׁעֲשַׁע Pih. a שָׁעָה, *oblecto me*. Ies. XI, 8. ubi tamen loco *παιδίον* sine dubio *παῖζον* aut *παίζει* legendum erit. 2 Macc. VIII, 28. *τὰ παιδία*, docente *Grotio*, idem valet, quod Gen. XIV, 24. נְעָרִים, ubi in graeco *οἱ νεανίσκοι*. Conf. v. *νεανίσκος*.

ΠΑΙΔΙΟΤΗΣ, *pueritia*. יַלְדוּת, *nativitas*. *Aqu.* Psalm. CIX, 3.

ΠΑΙΔΙΣΚΗ, *puella*, *ancilla*. אָמָה, *ancilla*. *Al.* 2 Sam. XIV, 15. Gen. XX, 17. XXI, 10. 12. 13. et alibi. - בַּת, *filia*. *Symm.* Gen. XXXIV, 19. - יַלְדָּה, *nata*. Gen. XXXIV, 4. *λάβε μοι τὴν παιδίσκην ταύτην εἰς γυναῖκα*, sume mihi *puellam* hanc in uxorem. Conf. v. 3. ubi נַעַר vocatur. Confer *Aelian. V. H.* XII. c. 58. - *נַעַר, *puella*. *Symm.* Gen. XXXIV, 12. - נַעֲרָה, idem. Ruth. IV, 12. Amos. II, 7. - שִׁפְחָה, *ancilla*. Gen. XII, 16. *καὶ παῖδες καὶ παιδίσκαι*, et servi et *ancillae*. Vide et Gen. XVI, 1. XX, 14. et alibi saepius. Sap. IX, 5. populus Israeliticus dicitur *παιδίσκη θεοῦ*, h. e. *populus Deo inprimis carus*, *Deo eiusque cultui devotus*, *eiusque auxilio gavisus*. Vide *Παῖς*. *Phrynichus* p. 102. *παιδίσκη· τοῦτο ἐπὶ τῆς θεραπαίνης οἱ νῦν τιθέασιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆς νεάνιδος, οἷς ἀκολουθητέον*, Dissentit *Moeris*: *παιδίσκην, καὶ τὴν ἐλευθέραν καὶ τὴν δούλην, Ἀττικῶς. τὴν δούλην μόνην, Ἑλληνικῶς.* Idem *Thomas Magister*. Quos sequi mavult *Alberti* ad Act. XII, 13. p. 248. observans, *Lysiam Orat.* I. *pro caede Eratosth.* pag. 7. *παιδίσκην* vocare, quam antea pag. 9. *θεράπαιναν* dixerit. Conf. et *Wolfium* ad Marc. XIV, 66. pag. 530.

ΠΑΙΔΟΓΟΝΟΝ ΟΡΓΑΝΟΝ, *membrum genitale*. יָרֵךְ, *femur*, ac metonymice et synecdochice *partes genitales*.

Syrus et Hebr. Int. Gen. XXIV, 2. *Schol. Lycophr. Cassandr.* v. 212.

ΠΑΙΔΟΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, pueros seu *liberos mihi gigno, foetifico.* 2 Macc. XIV, 25. *παρεκάλεσεν αὐτὸν γῆμαι καὶ παιδοποιήσασθαι*, hortabatur illum, ut uxorem duceret et *liberos sibi generaret.* Active verbum adhibuit *Aelianus V. H.* XII, 44. *ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ καὶ παιδοποιῆσαι*, ut ibi etiam matrimonia contraxerint et liberos genuerint.

**ΠΑΙΔΟΠΟΙΙ'Α, liberorum procreatio.* 4 Macc. XVII, 6. *Etymol. M. Gudian.* c. 410, 28.

ΠΑΙ'ΖΩ, ludo, iocor, illudo, fidibus vel aliis instrumentis musicis cano, choreas duco, salto, quasi contr. ex *παιδίζω.* מְחוֹלָה, *chorus. Inc.* 1 Sam. XVIII, 6. *παίζουσα.* – עָכַס Pih. *impeditus incedo.* Ies. III, 15. *τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι.* Bene quoad sensum: nam עָכַס est h. l. *pedibus ad mensuram ordinatis gradiri. Vulg. composito gradu incedebant.* Arab. عكس, *inflexit*, et عكّس, *in gyrum se convertit.* – צָחַק Pih. *irrideo, illudo.* Gen. XXI, 9. *ἰδοῦσα δὲ Σάῤῥα τὸν υἱὸν Ἄγαρ — παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ*, videns autem Sara filium Agar — ludentem cum Isaaco: ubi *παίζειν* est i. q. *διώκειν*, coll. Gal. IV, 29. Gen. XXVI, 8. *εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας*, videbat Isaacum ludentem cum *Rebecca:* ubi *παίζειν* est *paulo liberius iocari*, unde *Schol. ed. Rom. εὐσχημόνως εἴρηται.* Exod. XXXII, 6. *ἀνέστησαν παίζειν*, surgebant ad *saltandum.* Eodem sensu profani passim verbum usurpant. Vide *Wolfium* ad 1 Cor. X, 7. p. 452. et *Lex. N. T.* s. h. v. Iud. XVI, 26. *ἔπαιζον αὐτῷ*, eum *illudunt.* – *שׂוּחַ, *commentor. Hebr.* Gen. XXIV, 63. sec. *Cat. Niceph.* p. 504. *παῖξαι.* Legit שִׂחֵק. – שִׂחֵק Pih. Iud. XVI, 26. *παιξάτω ἐνώπιον ἡμῶν. Bielius* transtulit: *instrumento musico canat* coram nobis. Sed mihi *παίζειν*, quod h. l. cum *ἐμπαίζειν* in codd. permutatur, praeter *ludendi* etiam *illudendi, irridendi* et *insultandi* notionem h. l. habere videtur ac vertendum esse: *ut ludibrium nobis exhibeat;* unde in cod. *Vatic.* additur: *καὶ ἐῤῥάπισον αὐτὸν*, quibus verbis nihil in textu hebr. respondet. Potest tamen quoque reddi: *saltet coram nobis*, ut *Hesiod. Scut.* v. 276. ubi vid. *Graevius. Schol. Homer.* ad *Odyss.* θ', 251. *παίσατε, Ἀττικῶς, χορεύσατε.* 1 Sam. XVIII, 7. *ἐξῆρχον αἱ παίζουσαι*, praecinebant *mulieres musico instrumento modulantes.* 2 Sam. VI, 5. *καὶ Δαβὶδ καὶ πάντες υἱοὶ Ἰσραὴλ παίζοντες ἐνώπιον Κυρίου ἐν ὀργάνοις*, et David et omnes filii Israel *canentes* coram Domino instrumentis musicis. 1 Par. XV, 29. *εἶδε τὸν βασιλέα Δαβὶδ ὀρχούμενον καὶ παίζοντα*, videbat regem David saltantem et *fidibus canentem.* Vide et Ier. XXX, 19. XXXI, 4. et conf. 3 Esdr. V, 3. Prov. XXVI, 19. *παίζων ἔπραξα, ludens* vel *iocans* feci. Ierem. XV, 17. *ἐν*

συνεδρίῳ παιζόντων, in congregatione *insultantium* s. *illudentium*. Adde *Aqu. Symm. Theod.* Prov. VIII, 30. ubi in notione *laetandi* aut *delectandi* accipiendum esse videtur. Certe LXX h. l. habent εὐφραινόμην. Sirac. XLVII, 3. ἐν λέουσιν ἔπαιξεν, ὡς ἐν ἐρίφοις, cum leonibus *ludebat*, tanquam cum hoedis.

ΠΑΡΑΒΑΤΗΣ, *transgressor*, *violator legis*, *impius*. פָּרִיץ, *effractor*, ac metaphorice *is*, *qui recusat teneri legibus divinis*, *easque violat ac perfringit*. *Symm.* Ps. XVI, 5. ἐγὼ ἐφυλαξάμην ὁδοὺς παραβάτου, fugio scelera et peccata: nam ὁδοὶ παραβάτου sunt *facta et instituta impiorum hominum*,

h. e. *scelera.* Idem Ezech. XVIII, 10. – רָשָׁע, *improbus.* Ps. CXXXVIII, 19.

ΠΑΡΑΒΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *vim facio*, *cogo*, *precibus urgeo et expugno*, *vi persuasionum adigo*, *vi perrumpo*, it. *summa vi contendo.* הֵזִיד Hiph. a זוד, *superbe ago.* Deut. I, 43. παραβιασάμενοι ἀνέβητε εἰς τὸ ὄρος, *vi perrumpentes* ascendebatis in montem. Bene quoad sensum: nam vox hebr. h. l. *insolenter*, *proterve agere* notat. – חָתַר, *fodio*, it. *remigo.* Ion. I, 13. παρεβιάζοντο τοῦ ἐπιστρέψαι, *summa vi contendebant*, nempe remigando redire. Eodem sensu ἐκβιάζεσθαι legitur, quod vide supra. – *עָצַר, *retineo.* Iud. XIII, 15. sec. cod. *Oxon.* παραβιασώμεθα δή σε, ubi *Alex. Ald.* et *Compl.* βιασώμεθα habent, et in cod. *Vat.* legitur κατάσχωμεν. – פָּצַר, *insto, urgeo.* Gen. XIX, 9. 2 Reg. II, 17. V, 16. ubi, ut vernaculum *einen nöthigen*, de *intensis precibus* dicitur. – פָּרַץ, idem. 1 Sam. XXVIII, 23. παρεβιάζοντο αὐτὸν, *cogebant* illum, *multis* sc. *precibus et persuasionibus.* Conf. Act. XVI, 15. et ad h. l. *Elsnerum* p. 435. Eodem sensu simplex verbum βιάζεσθαι usurpatur, et καταβιάζεσθαι. Vide supra.

ΠΑΡΑΒΙΑ'ΟΜΑΙ, idem. מְסָרֵף partic. Pih. *ustor*, nempe *funerum* (ס pro שׂ). Amos. VI, 10. παραβιῶνται. *Arabs: conabuntur. Cappello* in *Crit. S.* pag. 536. legisse videntur וַיִּסְרְפוּ, aliis פָּצְרוּ aut פָּרְצוּ. Nonnulli autem praeferunt lectionem cod. *Alex.* παραβιωταὶ, *convictores*, i. q. συμβιωταί. Vide infra sub v. παραβιωτής.

ΠΑΡΑΒΙΒΑ'ΖΩ, *aufero*, *removeo.* הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* 2 Sam. XII, 13. παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά μου, h. e. *remisit* mihi peccatum meum. *Inc.* ibi habet ἀφεῖλε. *Vulg. transtulit:* melius *abstulit.* 2 Sam. XXIV, 10. παραβίβασον τὴν ἀνομίαν τοῦ δούλου σου. *Aqu. Symm. Theod.* Lev. XVIII, 21. *Inc.* Lev. XXV, 9. παραβιβάσεις.

**ΠΑΡΑΒΙΩΤΗ'Σ* seu *ΠΑΡΑΒΙΩ'ΤΗΣ.* מְסָרֵף part. Pih. *ustor*, nempe *funerum* (ס pro שׂ). Amos. VI, 10. sec. cod. *Alex.* καὶ οἱ παραβιωταί. *Anonymo* in *Repertorio Eichhorniano* T. VI. p. 250. παραβιῶται e lectione παραβιῶνται ortum esse videtur, quia putaverint scilicet, מְסָרֵף *avunculum patris*, *agnatum* significare, ac voci παραβιώτης similem significationem subiici posse crediderint, ut sit i. q. συμβιώτης, *convictor*, *compotor*, *parasitus.* Aliis παραβιωτής est h. l. *superstes*, *der überlebende.* Mihi παραβιωτής h. l. *violenter urgentem* s. *cogentem* significare videtur, a παραβιάομαι. Sed ipse mihi in hac re non satisfacio.

ΠΑΡΑΒΛΕ'ΠΩ, *aspicio*, *intueor*, item: *neglegenter aspicio*, *despicio.* שָׁזַף, *aspicio*, *conspicio.* Iob. XX, 9. XXVIII, 7. Cant. I, 5. ὅτι παρέβλεψέν με ὁ ἥλιος, ubi *Ernesti* in *Noviss. Bibl. Theol.* P. III. p. 489. coniicit legendum esse παρέβλαψεν seu παρέφλεξεν. Sed παραβλέπειν aeque ac παραναα-

βλέπειν (quod vide infra) explicandum h. l. est de *radiis solis decolorantibus et adurentibus. Vulg. decoloravit me.* Sirac. XVIII, 9. *ἐν ἀῤῥωστήματί σου μὴ παράβλεπε*, in tua infirmitate non *despicias*, sc. *te ipsum*, ut de restitutione sanitatis despres, aut ne praetereas Deum.

ΠΑΡΑΒΟΛΗ', *parabola*, *comparatio*, *similitudo*, *fabula*, *apophthegma*, *proverbium*, *sententia moralis*, *scite dictum.* הֹלֵלָה, *insania.* Cohel. I, 17. *παραβολάς.* Sed ex *Hieronymi Comment.* ad h. l. legendum erit *περιφορὰς* aut *παραφορας*, quod *Montfauc.* in *Hexaplis Theodotioni* tribuit. – מְשׁוֹל infin. a מָשַׁל. Ezech. XIX, 14. – מֹשֵׁל part. *dominator.* 2 Sam. XXIII, 3. Legerunt מָשָׁל. Idem valet de *Symmacho* Ierem. LI, 46. ubi aut duae versiones coaluerunt, aut *παραβολὴ ἐπὶ παραβολὴν* est e secunda versione *Symmachi.* – מָשָׁל. Num. XXIII, 7. 18. Deut. XXVIII, 37. 1 Sam. XXIV, 14. 1 Reg. IV, 32. *Suidas: παραβολὴ, διήγημα* · (Psalm. LXXVII, 2.) *ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἀντὶ τοῦ, ἐν διηγήσει ἀρχαίων λόγων. καὶ ἡ ὁμοίωσις, καὶ τὸ λάλημα, καὶ ὑπόδειγμα* · (Psalm. XLIII, 16.) *ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Idem: *εἰς παραβολὴν, εἰς γέλωτα, εἰς διήγημα.* Conf. quae ex profanis notat *Bochartus Diss. Epist.* p. 1179. repetita *Oleario Addend.* ad *not. in Philostrat.* p. 953. – מָשָׁל מְשַׁל. Ezech. XVIII, 2. Praeterea legitur in *cod. Chis.* Dan. XII, 8. ubi nihil in textu respondet. Sap. V, 3. *εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ*, ubi *παραβολὴ* est *proverbium sarcasticum*, de qua notione vid. *Suiceri Thes. Eccl.* T. II. c. 569. Eadem formula occurrit quoque in libro Tobiae cap. III, 4. ubi *Vulg. fabulam* habet. Sirac. III, 31. *παραβολὴ* est *sapientia sublimior et magis recondita.* Sirac. XIII, 25. *παραβολαὶ*, *sententiae absconditae*, aut omnino *ea quae sunt recondita.* Sirac. XX, 20. *παραβολὴ*, *gnome*, seu *sententia gravis*, *acuta et sapiens.* Sir. XXXIX, 3. *ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν*, in aenigmatibus parabolarum. Vide et Sirac. XLVII, 16. Ibid. XLIII, 18. *παραβολῶν* ed. *Ald.* in *παρεμβολῶν* mutandum est. *Hesych. παραβολὴ, πραγμάτων ὁμοίωσις. Schol. Homeri Il. β'*, v. 144. *παραβολὴ, ὁμοιωματικὴ πράγματος τοῖς ὑποκειμένοις παράθεσις πρὸς δήλωσιν ἐναργεστέραν. Lex. Cyrilli MS. Brem. παραβολή ἐστι, ὅταν ἀνόμοιον ἀνομοίῳ ἀπεικάσω, οἷον λέοντι ἄνθρωπον ἢ φυτῷ. Suidas: παραβολὴ, λόγος αἰνιγματώδης καὶ κεκρυμμένος, πρὸς ὠφέλειαν φέρων.* Confer *Glassii Philol. S.* pag. 1305. et *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 4.

"ΕΠΩ ΠΑΡΑΒΟΛΗ'Ν, *dico proverbium.* מָשַׁל. Ezech. XII, 23. – מָשָׁל מָשַׁל. Ezech. XXIV, 3.

"ΕΠΩ 'ΕΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗ"ι, *dico in proverbio.* מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XVI, 43.

*"ΕΠΩ ΠΑΡΑΒΟΛΗ'Ν, *dico proverbium.* 2 Sam. XXIII, 3. ubi post Ἰσραὴλ punctum ponendum est, ut vere legitur in Cod. *Coisl.* I. Vide *Repert. Or. Lit.* P. II. p. 238.

ΛΕΓΟΜΕ'ΝΗ ΠΑΡΑΒΟΛΗ', *dicta parabola.* מָשַׁל מָשָׁל. Ezech. XVIII, 2. – מְמַשֵּׁל מְשָׁלִים. Ezech. XX, 48.

ΠΑΡΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *mando, praecipio, voco, convoco, annuntio, denuntio.* אָמַר, *dico.* Ios. VI, 7. Adde Dan. III, 4. sec. cod. *Chis.* – הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Esdr. I, 1. παρήγγειλε φωνὴν, mandabat vocem, h. e. iubebat voce praeconum publice promulgari. Confer 2 Par. XXXVI, 22. – הִצְעִיק Hiph. *convoco.* 1 Sam. X, 17. παρήγγειλε Σαμουὴλ παντὶ τῷ λαῷ πρὸς Κύριον, *convocabat* Samuel omnem populum ad Dominum: ubi alii libri συνήγαγε habet. Sc. παραγγέλλειν est h. l. elliptice positum, et notat: *iubere, ut ad certum locum conveniant,* h. e. *convocare.* – זָעַק, *clamo.* Iud. IV, 10. – שָׁמַע: הִשְׁמִיעַ Pih. et Hiph. *audire facio.* 1 Sam. XV, 4. XXIII, 8. 1 Reg. XV, 22. et alibi. – Vide alibi s. κηρύσσω.

ΠΑΡΑ'ΓΓΕΛΜΑ, *denunciatio, mandatum, praeceptum, interdictum, adhortatio* et *consilium.* מִשְׁמַעַת, *auscultatio.* 1 Sam. XXII, 14. *Vulg. ad imperium tuum.*

ΠΑΡΑΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *advenio.* אָמַר, *dico.* *Al.* sec. ed. *Compl.* 2 Sam. XIV, 4. παρεγένετο. Tribuit hic voci אָמַר notionem seriei orationis admodum convenientem, immo necessariam. In reliquis libris legitur ἦλθεν, et εἰσῆλθεν. – בּוֹא, *venio.* Gen. XIV, 13. XXVI, 32. XXXV, 9. et alibi saepius. – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *pertingo.* Esth. VI, 14. – *הֶעֱבִיר. *Symm.* Ierem. XLVI, 17. καιρὸς παρεγένετο, tempus *pertransiit.* – יָלַךְ, *eo.* Ios. IX, 12. 1 Reg. XX, 27. – נָגַשׁ, *appropinquo.* 1 Reg. XVIII, 36. – נוֹעַד Niph. a יָעַד, *convenio.* Iob. II, 11. – צִוָּה Pih. *praecipio.* Gen. L, 16. Sc. צִוָּה est h. l. *praecipere nuntio misso, s. mandare alicui, ut aliquem adeat, eique aliquid dicat.* – שׁוּב, *revertor.* Num. XIV, 36. Ios. XVIII, 8. 3 Esdr. VI, 8. respondet chald. אֲזַל, *abiit,* Esdr. V, 8. 3 Esdr. VI, 19. chald. אֲתָא, *venit,* Esdr. V, 16.

ΠΑΡΑΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *praelego.* 2 Macc. VIII, 23. παραγνῶναι τὴν ἱερὰν βίβλον. Ita *Bielius.* Sed παραγινώσκειν notat *praeter ius et aequum statuere, perperam iudicare,* et, ut recte monuit *Bretschneiderus,* quia non intelligitur, unde huic verbo illa significatio, sunt potius illa expungenda e Thesauro. Nam pro παραγνοὺς cod. *Alex.* et ed. *Compl.* recte legunt παραναγνοὺς, quod etiam *Vulgatus* et *Syrus* expresserunt. Sic etiam cod. *Alex.* 3 Macc. I, 12. παραγινώσκω, ubi alii rectius παραναγινώσκω. Orta est haec varietas lectionis e compendio scribendi.

ΠΑΡΑΓΡΑΦΙ'Σ, *stylus, runcina* (qua voce Iesaiae l. l. *Vulgata* quoque utitur), *qua pictores aliquid delineant,*

amussis. שָׂרִד, *filum messorium, amussis. Aqu.* Ies. XLIV, 13. Admodum enim erravit *Bielius*, qui hanc vocem ad מַקְצֻעָה transtulit.

**ΠΑΡΑΓΡΑ'ΦΩ, tollo, abrogo.* Hoc verbo Dan. VI, 8. usus est *Inc. Int.* ὅπως ἂν μὴ παραγραφῇ κατέναντι τούτου, pro chald. דִּי לָא תֶעְדֵּא, *ut non transgrediatur. Montfauconius* male transtulit: *ut non violetur e conspectu eius.* Potius: *ne abrogetur, tollatur, rescindatur*, sc. lex. Nam ultima verba κατέναντι τούτου, male huc relata, ad דְּנָה כָּל־קֳבֵל v. 9. pertinere, docuit *Scharfenbergius* in *anim. in Dan. ad h. l. Hesych.* παραγράφεται, ἐκβάλλεται.

ΠΑΡΑ'ΓΩ, traduco, transveho, transire facio, abduco, et, subintellecto ἑαυτὸν, *transeo.* הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino, declino. Symm.* 2 Sam. III, 27. παρήγαγεν, *seorsim abduxit.* - הֵסִיר Hiph. a סוּר. *Symm.* 2 Sam. VI, 10. παραγαγεῖν, *abducere* s. *divertere ad se.* - הֶעֱבִיר : עָבַר, Kal et Hiph. 1 Sam. XVI, 9. παρήγαγεν, *transire fecit.* 2 Sam. XV, 18. πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ ἀνὰ χεῖρα αὐτοῦ παρῆγον, omnes servi eius ad manus eius *transibant.* Psalm. CXXVIII, 8. οἱ παράγοντες, *praetereuntes.* Psalm. CXLIII, 5. ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι, dies eius tanquam umbra *praetereunt.* Confer 1 Cor. VII, 31. Cohel. XI, 11. πάραγε πονηρίαν ἀπὸ σαρκός σου, *transire fac* vel *depelle* malum a carne tua, vel corpore tuo. Adde *Aqu.* Ierem. XLVI, 17. ubi de *tempore* adhibetur. - עָרַב, *misceo.* Esdr. IX, 2. παρήχθη ἐν λαοῖς, ubi non עָבַר legerunt, sed sensum expresserunt. 3 Esdr. V, 78. εἰς τὸ παράγειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Λιβάνου ξύλα, ut *transveherent* ligna ex Libano, ubi in textu hebr. Esdr. III, 7. est הָבִיא.

**ΠΑΡΑΓΩΓΗ', productio, adductio.* Addit. Esth. III, 13. sec. *Vet. Arundel.* ἐναντίᾳ παραγωγῇ, ubi παραγωγὴ esse videtur i. q. simplex ἀγωγὴ, *vitae ratio.* Adde *Herodot.* I. p. 59, 2. et 351, 14.

ΠΑΡΑΓΩΝΙ'ΣΚΟΣ, angulus, vel *norma, regula.* מַקְצֻעָה, *angulus.* Ies. XLIV, 13. ἐν παραγωνίσκοις, vel, ut alii legunt, περιγωνίοις, aut περιγωνίσκοις. Vide ad h. l. *Cappelli notas critt.* p. 515.

ΠΑΡΑ'ΔΕΙΓΜΑ, exemplar, exemplum. דֹּמֶן, *stercus.* Ierem. VIII, 2. IX, 21. XVI, 3. Non possum a me impetrare, ut credam, LXX in omnibus his locis loco לְדֹמֶן in codd. suis invenisse לְדְמוּת, ut coniecit *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. p. 523. cum constet, saepe eos ingeniis suis indulgentes liberius vertisse. Παράδειγμα, ut *exemplum*, haud raro de iis adhibetur, qui publicae ignominiae exponuntur, et puniendo infamantur, ut exemplum aliis fiant. Conf. *Lex. N. T.* s. παραδειγματίζω. - רֳאִי, *speculum.* Nahum. III, 6. θήσομαί σε εἰς παράδειγμα, ponam te in exemplum. Intellegitur exemplum *poenitionis*, de quo ita *A. Gellius N. A.* L. VI. c. 14.

Tertia ratio vindicandi est, quae παράδειγμα a Graecis dicitur, quum poenitio propter exemplum necessaria est, ut caeleri similibus a peccatis, quae prohiberi publicitus interest; metu cognitae poenae terreantur. Idcirco veteres quoque nostri exempla *pro maximis gravissimisque poenis dicebant.* Non male itaque LXX hac voce usi sunt pro רְאִי, sive hanc vocem in notione *speculi* acceperint, sive notionem *spectaculi* ei subiecerint. - תַּבְנִית. Exod. XXV, 9. 1 Par. XXVIII, 11. 12. 18. 19. Praeterea legitur apud LXX 1 Reg. IX, 8. sec. ed. *Compl.* ubi verba ἔσται εἰς παράδειγμα vel de suo addiderunt, vel continent versionem alius interpretis ad vocem עֶלְיוֹן pertinentem; nam quae alta sunt, facile ab aliis conspici possunt. Sirac. XIX, 3. ut statuatur in *exemplum* insigne caeterorum. 3 Macc. II, 5. *exemplum punitionis.* Conf. *Demosthen.* p. 373, 20. ed. *Reisk. Polyb.* IV, 23, 8. IX, 28, 3. *Hesych.* παράδειγμα, ὑπόδειγμα, ἢ παρασκευασθέν τι ἔλαττον εἰς μείζονα.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙ'ΖΩ, *exemplum facio, in exemplum punio, palam traduco, ignominiae expono.* הוֹקִיעַ Hiph. a יָקַע, *suspendo.* Num. XXV, 4. παραδειγμάτισον αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, *publicae ignominiae* illos *expone* Domino. Confer Hebr. VI, 6. - *אִתְעֲבֵד הַדָּמִין chald. *dilanior, in frusta dissecor.* Dan. II, 5. sec. cod. *Chis.* ubi verbum generis pro specie posuerunt, coll. III, 29. (96.). *Theodot.* utroque loco aeque vage transtulit: εἰς ἀπώλειαν ἔσεσθε. - חָמַס, *vim facio.* Ier. XIII, 22. παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου, *ut publicae ignominiae exponantur*, h. e. *retegantur calcanei tui.* Vocem hebr. interpretes h. l. de retectione vestium et nudatione obscoenorum recte explicarunt. Posuerunt itaque h. l. iterum vocabulum generis pro specie ignominiae publicae. - רָאָה, *video.* Ezech. XXVIII, 17. ἐναντίον βασιλέων ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι, coram regibus dedi te ignominiae exponendum. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Esther. XIV, 11. τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ' ἡμᾶς παραδειγμάτισον, *ede exemplum in eum*, qui auctor est horum omnium.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΣΜΟ'Σ, *traductio, qua quis exemplo aliis statuitur. Al.* Sir. XIX, 3. ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι, tabescet in *exemplum* maius, vel ut maiori sit exemplo. Vide et *Al.* Sir. XXIII, 1. et 3 Macc. IV, 11.

ΠΑΡΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *demonstro, ostendo, indico.* הוֹדִיעַ Hiph. a יָדַע, *notifico.* Ezech. XXII, 2. παράδειξον αὐτῇ πάσας τὰς ἁμαρτίας, *demonstra* ei tot sua scelera. - *הִפְלִיא, *mirabile facio.* Secundum *Eusebium* Ps. XXX, 27. apud *Symmachum* pro παραδοξάσας (quod *Montfauc.* e 4 MSS. *Theodoreto* et *Drusio* edi iussit) legitur ὁ παραδείξας, quam lectionem *Eusebii* a librariis vitiatam, et meram explicationem vocis παραδοξάσας esse statuit *Montfauconius.* Sed mihi secus, ac potius contrarium statuendum esse videtur. Lectio

παραδοξάσας est emendatio ad textum hebr. et cum הִפְלִיא sit h. l. *miraculoso modo alicui aliquid exhibere ac praestare*, bene usus esse videtur *Symmachus* voce παραδείκνυμι. Habet enim παρὰ in compositis haud raro notionem *insoliti ac inexspectati*. - הִרְאָה Hiph. *videre facio*. Exod. XXVII, 8. Legitur praeterea Dan. XIV, 7. et 8. sec. cod. *Chis.*

ΠΑΡΆΔΕΙΣΟΣ, *paradisus*, *hortus et locus irriguus vel aquis abundans*. גַּן, *hortus*. Gen. II, 10. ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον, fluvius autem egreditur ex Eden ad irrigandum *paradisum*. Gen. XIII, 10. aspiciebat omnem circumiacentem Iordanis regionem, quod tota esset irrigata, antequam Deus Sodomam et Gomorrham everteret, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ, tanquam paradisus Dei. Num. XXIV, 6. tentoria Israelis dicuntur fuisse ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμῶν. - גַּנָּה, idem. Ies. I, 30. ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων, tanquam paradisus aquam non habens. - פַּרְדֵּס, *paradisus*. Nehem. II, 8. Cohel. II, 5. *Hebr.* et LXX Cant. IV, 13. Sirac. XXIV, 31. ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον, tanquam canalis in paradisum egrediebar. Susan. v. 4. ἐπεθύμησε λούσασθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, volebat lavare se in paradiso. Patet ex his locis, quod παράδεισος *hortum praecipue irriguum* denotet. Vnde etiam *Hesychio* παράδεισος exponitur τόπος ἔνυδρος, ἢ εὔυδρος, ἐν ᾧ περίπατοι. Conf. Apoc. II, 7. coll. XXII, 2. ac quae de Paradiso in Media ad Bagistanum montem instituto, et magnum fontem habente, qui totum plantarium irrigaverit, memorat *Diodorus Siculus* lib. II. p. 100. Eoque sensu procul dubio vocem accepit *Theophrastus* lib. V. c. 9. Cum enim ibi narrasset, quod in Syria cedri cum longitudine tum crassitudine praestantissimae nascantur, addit: τοῖς δὲ παραδείσοις ἔτι καὶ μείζω καὶ καλλίω. Nam quod hic per παραδείσους *loca* praecipue *irrigua* intellexerit, ex eo manifestum, quod alias etiam in sacris aeque ac profanis monumentis inveniamus, cedros in locis irriguis in ampliorem, quam alibi, amplitudinem adolescere. Inde enim Bileamus tentoria Israelis cum *cedris iuxta aquas* comparat. Vide et Ezech. XXXI, 3. sequ. et *Ovid. Amor.* lib. I. Eleg. XIV. v. 11. et 12. ac *Bielii Diss. de Lignis ex Libano ad Templum aedificandum petitis* p. 52 sequ. De origine vocis παράδεισος vide praeter *Relandum Diss. Miscell.* P. II. p. 210. *Lex. N. T. s. h. v.*

ΠΑΡΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ, *accipio*, *recipio*, *suscipio*. נָשָׂא, *fero*. Exod. XXIII, 1. οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν, non *suscipies* rumorem vanum, h. e. non *fidem habebis* rumori vano. Sic 1 Tim. V, 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, contra presbyterum accusationem non suscipe, h. e. accusationi ne *fidem habeas*. Sic etiam *Philostratus* de *Vit. Apoll. Tyan.* lib. VIII. c. 26. οὐ θαυμάζω, ἔφη, τῶν μήπω προσδεχο-

μένων τὸν λόγον. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - רָצָה, *bene volo.* Prov. III, 12. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται, castigat autem unumquemque filium, quem *amat.*

*ΠΑΡΑΔΗΛΟ'Ω, *prae me fero, significo, declaro.* הֶרְאָה Hiph. *videre facio.* Exod. XXVII, 8. sec. cod. 106. *Holm.* παραδηλωθέν. Praeterea legitur haec vox apud *Dion. Cass.* p. 285, 61. *Reim.*

ΠΑΡΑΔΙ'ΔΩΜΙ, *trado, dedo.* *הָיָה אֱמוּנַת, *erit veritas.* Ies. XXXIII, 6. παραδοθήσονται. Versio haec fortasse lucem foeneratur e l. arab. in qua سلم in Coniug. X. notat *fidei se commisit facta deditione.* - אִנָּה Pih. *obvenire facio.* Exod. XXI, 13. ubi sensum expresserunt. - בּוֹא, *venio.* Prov. XI, 8. ἀντ' αὐτοῦ παραδίδοται ὁ ἀσεβὴς, in eius locum *succedet* impius. - הִגִּיר Hiph. a נָגַר, *diffluere facio.* Psalm. LXII, 9. παραδοθήσονται. Secundum *Houbigantium* legerunt cum *Syro* יגרו, *miscebuntur,* vel *tradentur,* a גָּרָה. Sed potius deduxerunt a גָּרַר, quod *trahere* notat. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio*, h. e. *vinco*, *ad pernicionem deleo.* Num. XXXII, 4. παραδέδωκεν, h. e. *subiecit.* - הִלְשִׁין Hiph. *lingua offendo, calumnior.* Prov. XXX, 10. μὴ παραδῷς εἰς χεῖρας, ne committe, ut per obtrectationes aut delationes servum peccantem subiicias flagello et verberibus domini, vel: noli prodere servum fugitivum et reducere in domini potestatem, uti, monente *Geiero,* Iudaeorum magistri hanc sententiam explicarunt. - הִמְצִיא Hiph. *invenire facio.* Zach. XI, 2. - הֵנִיחַ Hiph. a נָחַ, *colloco.* Ps. CXVIII, 120. μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με, ne tradas me illis, qui me iniuria afficiunt. Conf. Sir. XXIII, 5. - הִסְגִּיר Hiph. *concludo.* Deut. XXIII, 15. οὐ παραδώσεις παῖδα τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, non trades servum domino suo. Iob. XVI, 11. παρέδωκε γάρ με ὁ κύριος εἰς χεῖρας ἀδίκων, tradidit enim me Dominus in manus iniustorum, h. e. permisit, ut in potestatem iniustorum venirem. Sic Rom. I, 28. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, tradidit illos Deus in mentem perversam, h. e. permisit, ut magis magisque procederent in insulsis suis ratiociniis, quibus se dederant. Vide ad h. l. *Wolfium* p. 32. Sic et *Chrysostomus* et alii Patres τὸ παρέδωκε Rom. I, 24. per εἴασε, *permisit,* interpretati sunt. Et apud *Suidam* παρέδωκεν exponitur συνεχώρησεν, procul dubio ex *Theodoreto* ad Rom. l. c. ubi ita: τὸ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε τέθεικε. Psalm. LXXVII, 55. παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτοῦ, tradidit grandini iumenta illorum. - הֶעֱרָה Hiph. *effundo.* Ies. LIII, 12. παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, tradita in mortem est anima eius. Confer *Glassii Philol. Sacr.* pag. 1084 sequ. - הִקְרָה Hiph. *obvenire facio.* Gen. XXVII, 20. ὃ παρέδωκεν κύριος ὁ θεός σου ἐναντίον μου, quod *obvenire* mihi *fecit* Do-

minus Deus tuus. - הִשְׁלִים Hiph. *perficio.* Ies. XXXVIII, 13. ubi post *παρεδόθην* supplendum est *θανάτῳ* seu *εἰς θάνατον.* - חָלַק, *divido*, et ex adiuncto *distribuo.* Ies. XXXIII, 23. - אֶל יַד, *in manum.* Esth. II, 3. - יְהַב chald. *do.* Dan. III, 29. - יָרַד, *descendo.* Deut. XX, 20. *ἕως ἂν παραδοθῇ.* Sc. *Bielius* cum *Trommio* רִדְתָּה deduxit a יָרַד, quae vox tamen potius derivanda h. l. est a רָדָה, *dominari*, quod h. l. *expugnando capere* notat. - כָּלָא, *claudo.* Ps. LXXXVII, 9. *παρεδόθην καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην*, ita miseriae traditus, et quasi miseriarum vinculis conclusus sum, ut exitus non pateat. - לוּט, *operio.* Ies. XXV, 7. *παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσι.* N. L. *Cappellus* in *nott. critt.* p. 511. *παράδος* ad פְּנֵי retulit, pro quo legerint פַּנֵּה, et in sequentibus: הָלְּן הַלְּן כָּל עַל הָעַמִּים. - מוֹגֵג Pih. a מוּג, *liquefacio.* Ies. LXIV, 7. ubi loco תְּמוּגֵנוּ *Dathio*, *Michaeli* et *Lowthio* legisse videntur cum *Chaldaeo* et *Syro* תְּמַגְּנֵנוּ, *tradidisti nos peccatis nostris.* Mihi autem *παραδιδόναι* h. l. eodem sensu accipiendum esse videtur, ut supra Psalm. LXXXVII, 9. Vide sub כָּלָא. Sequitur enim *διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν*, non *ταῖς ἁμαρτίαις ἡ.*, ut adeo sic bene expresserint notionem metaphoricam vocis מוֹגֵג. - מִגֵּן Pih. Gen. XIV, 20. - מָכַר, *vendo.* Nehem. V, 8. ubi pro *παραδοθήσονται* alii habent *παραθήσονται.* - מָנָה, *numero*, *certo numero do vel trado.* Ies. LXV, 11. *παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν.* - נֵזֶר, *corona.* Prov. XXVII, 24. Secundum *Bielium* ac *Trommium* legerunt נָזַר. Sed ne tunc quidem apparet, quomodo vox graeca cum hebr. conciliari possit. Recte itaque monuit *Iaegerus* ad h. l., נֵזֶר a graecis h. l. exprimi per *ἰσχὺς* in commatis prioris societatem adscitum, *παρadίδωσι* autem additum esse h. l. ab interprete absolvendae sententiae causa loco *ἐστί.* Conf. cap. I, 14. Dicitur autem *παραδίδωσι* passive, *traditur*, *transit imperium ad liberos et posteros*, ex usu loquendi scriptorum graecorum et latinorum. Conf. *Vigerum* de idiotism. l. gr. c. 5. sect. I. et *Corte* ad *Sallust. Iugurth. Excurs.* VI. nec non *L. Bos. Exercitatt.* ad Marc. IV, 9. - נָתַן, *do.* Iud. II, 14. *παρέδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ προνομευόντων*, *tradidit* illos in manum diripientium. Vide et Iud. III, 10. IV, 7. 14. VI, 1. et conf. 1 Macc. V, 51. 1 Sam. XI, 12. *παράδος τοὺς ἄνδρας καὶ θανατώσομεν αὐτούς*, trade viros, ut occidamus illos. 2 Par. XXXII, 11. *τοῦ παραδοῦναι ὑμᾶς εἰς θάνατον καὶ λιμὸν*, ut tradat vos morti et fami. Sic et apud profanos passim cum praepositione *εἰς* construitur. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Ps. CXVII, 18. *τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με*, morti me non tradidit. Esth. II, 13. *καὶ ᾧ ἐὰν εἴπῃ παραδώσειν αὐτὴν συνεισέρχεσθαι.* Lege: *καὶ ὃ ἐὰν εἴπῃ, παραδώσει αὐτῇ συνεισέρχεσθαι α.*, hoc sensu: quodcunque petierit, tradatur illi, ut cum ea veniat ad domum regiam. Dan. XI, 11. sec. *Chis.* ubi loco *παραδοθήσει* reponendum est

παραδοθήσεται. - סכר Pih. *concludo.* Ies. XIX, 4. - *עָרַף, *decervico*, *decollo.* *Samar.* Exod. XIII, 13. παραδώσεις, trades, sc. morti. - פגע: הִפְגִּיעַ, Kal et Hiph. *incurro*, *incurrere facio.* Ies. XLVII, 3. οὐκέτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις, ubi in textu hebr. legitur לֹא אֶפְגַּע, *non occurram*, h. e. nemini obvium et conspiciendum me praebebo. Vnde luculenter apparet, vel post παραδῶ supplendum esse ἐμαυτὸν, vel loco μὴ scribendum esse με. Ies. LIII, 6. κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, *Deus ab eo exegit poenam peccatorum nostrorum*, coll. v. 12. ubi legitur διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν παρεδόθη, sc. εἰς θάνατον. Vide quoque Rom. IV, 25. - קַדְמָה, *antiquitas.* Ies. XXIII, 7. Libere verterunt. - רִמָּה Pih. *decipio*, h. l. *decipio aliquem ita*, *ut aliis tradam.* 1 Par. XII, 17. τοῦ παραδοῦναί με τοῖς ἐχθροῖς μου, ad tradendum me inimicis meis. - *שָׁדַד, *vasto.* Ies. XXXIII, 1. παραδοθήσονται pro תּוּשַׁד, *devastaberis.* Sensum expresserunt. - שִׁוָּה Pih. *pono.* Ies. XXXVIII, 13. - תָּנָה, *mercede conduco.* Hos. VIII, 10. παραδοθήσονται. Pro יִתְּנוּ, *dona miserunt*, a תָּנָה, derivantes a נָתַן legerunt יִתְּנוּ. - תָּקַע, *figo*, it. *plaudo.* Prov. VI, 1. παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. 3 Esdr. II, 12. hebr. ספר, *numero*, coll. Esdr. I, 8. 3 Esdr. II, 11. pro עַל יַד circumscribendo ponitur, coll. Esdr. I, 8. 3 Esdr. VIII, 56. coll. Esdr. VIII, 26. 3 Esdr. VIII, 61. coll. Esdr. VIII, 33. 3 Esdr. IX, 39. צִוָּה, coll. Nehem. VIII, 1. 3 Esdr. VI, 17. chald. יְהַב, *do*, *trado*, coll. Esdr. V, 14.

ΟΥ' ΠΑΡΑΔΙ'ΔΩΜΙ, scil. ἐμαυτὸν, *non trado me.* הִשְׁלִים Hiph. *pacem facio.* Ios. XI, 19. οὐκ ἦν πόλις, ἥτις οὐ παρέδωκε (sc. ἑαυτὴν) τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, non erat urbs, quae *se non tradebat* filiis Israel. Confer *L. Bos. Ellips. gr.* pag. 58.

ΠΑΡΑΔΙ'ΔΩΜΙ ΤΟ'Ν ΚΑΡΠΟ'Ν, *fructum trado*, i. e. *fructum fero*, *offero.* פָּרַח, *floreo.* *Inc.* Hab. III, 16. ὅτι ἡ συκῆ οὐ μὴ παραδῷ τὸν καρπὸν, quoniam ficus neutiquam offeret fructum. LXX οὐ καρποφορήσει. Alias fructus ipse παραδιδόναι, sc. ἑαυτὸν, dicitur, v. c. Marc. IV, 29. ad quem locum videndus *Wolfius* p. 452.

ΠΑΡΑΔΟΞΑ'ΖΩ, *mirabilem efficio*, etiam *dehonesto.* הִפְלִיא Hiph. *mirificum reddo.* Deut. XXVIII, 59. παραδοξάσει κύριος τὰς πληγάς σου, dominus miras plagas vobis infliget, h. e. *novas et extraordinarias.* Conf. Sir. X, 14. *Symm.* sec. cod. *Barber.* Ies. XXVIII, 29. - הִפְלָה Hiph. *separo.* Exod. VIII, 22. παραδοξάσω ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὴν γῆν. Ib. IX, 4. XI, 7. Adde *Symm.* Ps. XVI, 7. et XXX, 22. In omnibus his locis non legerunt הִפְלִיא, ut plerique Intt. voluerunt, sed deserentes propriam *separandi* ac *distinguendi* notionem, quam habet הִפְלָה, secuti sunt notionem adiunctam, *eximium*, *singularem fecit*, a plerisque locis supra laudatis admodum alienam.

Sirac. X, 13. παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, h. e. *multis et inusitatis* calamitatibus *affecit. Vulgatus* pro ἐπαγωγὰς legisse videtur συναγωγάς. Vertit enim *conventus malorum*. Quae lectio si locum habet, παραδοξάζειν erit *dehonestare*, quod etiam voluit *Vulgatus* suo *exhonorare*, coll. v. 18. 2 Macc. III, 30. laudabant Dominum, τὸν παραδοξάζοντα τὸν ἑαυτοῦ τόπον, qui mirabilem reddebat locum suum *ac praeter omnem spem*, h. e. *miraculoso modo, defendebat* templum suum.

ΠΑΡΑΔΟΞΑΣΜΟ'Σ. Vox, ni fallor, ficta ex παρὰ δόξαν, quasi dicas *admirabilitas, res mirabilis, stupenda, insolita.* פֶּלֶא *admirabilis. Symm.* Ies. IX, 6. Praeterea legitur quoque apud *Symm.* Psalm. XLV, 4. pro hebr. גַּאֲוָה, *sublimitas, potentia*, ubi tamen *Montf.* pro παραδοξασμῷ, quod legitur in *Eusebio* et *duobus MSS.*, mavult reponere ἐνδοξασμῷ, quod vide supra.

ΠΑΡΑ'ΔΟΞΟΣ, inexspectatus, inopinatus, mirabilis. נִפְלָא part. Niph. *Aqu.* Psalm. CXVII, 24. παράδοξον. *Symm.* Psalm. CXXXVIII, 19. παράδοξα τὰ ἔργα σου, mirabilia opera tua. Conf. Sir. XLIII, 30. et Luc. V, 26. Sic etiam *Aelianus V. H.* IX, 21. συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Iudith. XIII, 14. παράδοξον ἦν αὐτοῖς, *inopinatum* erat illis. 2 Macc. IX, 24. ἐάν τι παράδοξον ἀποβαίνῃ, si quid *praeter opinionem* acciderit. Sap. V, 2. XIX, 5. *Suidas*: παράδοξον, θαυμαστὸν, ἀπροσδόκητον.

**ΠΑΡΑΔΟΞΟ'ΤΑΤΟΣ, praeter omnium opinionem mirabilis.* Sap. XVI, 17. *Dio Cass.* p. 1109, 32. *Reim.* παραδοξότατα ἐσώθη.

ΠΑΡΑΔΟ'ΞΩΣ, praeter opinionem, inopinato. בִּגְבוּרוֹת, *in fortitudinibus. Symm.* Ps. XIX, 7. ubi vid. *Montf.* Adde 4 Macc. IV, 14.

ΠΑΡΑ'ΔΟΣΙΣ, traditio. הִנָּתֵן infin. Niph. a נָתַן, *dando, tradendo.* Ierem. XXXII, 4. Vide et Ierem. XXXIV, 2. ubi nihil legitur in textu hebr. De *traditione in carcerem* legitur Esdr. VII, 26. ubi chald. אֱסוּרִין, *vincula*, respondet, quod alter interpres 3 Esdr. VIII, 24. per ἀπαγωγὴ expressit.

ΠΑΡΑΔΡΟΜΗ', transcursus, cursus, quo alicui a latere currimus, concursatio. רְהָטִים plur. *ambulacra.* Cant. VII, 5. βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς, ubi παραδρομαὶ esse videntur *ambulacra*, quae Galli vocant *galleries, quibus ab una parte domus ad aliam superne discurritur. Vulg.* habet *canalibus*, a רָהַט, *currere.* 2 Macc. III, 28. μετὰ πολλῆς παραδρομῆς, cum multo cursorum comitatu. *Latinus* vertit: *cum multis cursoribus.*

ΠΑΡΑΖΕΥ'ΓΝΥΜΙ, adiungo. Iudith. X, 18. καὶ παρέζευξαν αὐτῇ, h. e. *comites dederunt* ei. Alii male reddiderunt: *currum iunxerunt* ei.

ΠΑΡΑΖΗΛΟΏΩ, *ad zelum, ad aemulationem, ad iram, ad invidiam provoco, irrito.* הִתְחָרָה Hithp. *accendo me*, sc. *ira*, *exardesco.* Psalm. XXXVI, 1. μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, ne irriteris illis, qui maligne agunt. Ita *Bielius.* Sed παραζηλοῦν h. l. est *contendere velle, et non verbis, sed rebus certare cum aliquo*, hoc sensu: *ne certes, ut illos aeques. Suidas* ex *Theodoreto* ad h. l. παραζήλου, παρερέθιζου, παροξύνου εἰς μίμησιν τῶν κακίᾳ (Sic enim *Küsterus* apud *Suidam* ex *Theodoreto* pro τῶν μὴ κακίᾳ reponit.) συζώντων. Idem *Suidas* alio loco μὴ παραζήλου interpretatur μὴ ὁμοιωθῇς. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Similiter apud *Hesychium* exponitur μὴ ὁμοιοπαθῇς. Conf. *Wolfium* ad 1 Cor. X, 22. p. 462 sequ. Psalm. XXXVI, 7. 8. - עָשָׂה, *facio.* 1 Reg. XIV, 22. ubi loco παρεζήλωσαν, quod habet ed. *Ald.*, sine dubio ἐποίησαν reponendum erit, ut in reliquis libris legitur. Lectio παρεζήλωσαν haud dubie ex antecedentibus huc irrepsit. — קִנֵּא : הִקְנִיא, Pih. et Hiph. Deut. XXXII, 21. παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, *ad zelum* me *provocarunt* illo, qui non est Deus, exacerbarunt me idolis suis. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παραζηλοῦν, τὸ ἐρεθίζειν, καὶ παραθήγειν (καὶ κινεῖν addit *Zonaras Lex.* 1517.) εἰς ζηλοτυπίαν, ὁποῖον τὸ, αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, τουτέστιν, ἐκίνησαν ἐν ἐμοὶ ζῆλον, καὶ οἷον εἰς ὀργήν με ἠρέθισαν εἰδωλολατροῦντες. Idem tradit *Zonaras Lex.* l. l. qui quoque videndus est s. v. ζηλοῦν c. 958. Vide et 1 Reg. XIV, 22. Ps. LXXVII, 64. et conf. 1 Cor. l. c. Sir. XXX, 3. διδάσκων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, παραζηλώσει τὸν ἐχθρὸν, qui docet s. bene educat filium suum, *ad invidiam* vel *indignationem concitabit inimicum.*

ΠΑΡΑΖΗ'ΛΩΣΙΣ, *aemulatio, zelus.* Hinc ἐκτύπωμα παραζηλώσεως, *simulacrum zeli.* סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה, *imago zeli zelare facientis*, h. e. *simulacrum, quod zelum Dei provocabat. Symm.* Ezech. VIII, 3.

ΠΑΡΑΖΗΤΕ'Ω, *quaero, indago.* בִּקֵּר, *visito. Inc.* Lev. XXVII, 33. sec. *Coisl.* et *Lips. K.*

ΠΑΡΑΖΩ'ΝΗ, *cingulum, zona.* חֲגֹרָה. 2 Sam. XVIII, 11. - חֲדָשָׁה, *novus. Theodot.* 2 Sam. XXI, 16. παραζώνην. Iam cum ad vocem חֲדָשָׁה, consentientibus omnibus Intt., subintellegendum sit חֶרֶב, (*Vulg. ense novo*), omnino alienam esse h. l. versionem *Theodotionis* a textu hebr. sponte apparet. Mallem itaque divisim legere παρὰ ζώνην, ut vel *Theodotion* haec verba de suo addiderit, fortasse ex aliis locis, vel pertineant ad proxime antecedens חָגוּר. Vide quoque *Phavor.* s. v. μάχαιρα.

ΠΑΡΑΘΑΛΑ'ΣΣΙΟΣ, *ad mare situs, maritimus.* יָם, *mare.* Ezech. XXV, 9. Vide ad h. l. *Cappelli nott. critt.* p. 553. -*חוֹף יָם, *portus navis.* Ezech. XXV, 16. τοὺς κατοικοῦντας τὴν παραθαλασσίαν, sc. γῆν, incolentes terram maritimam. Ier.

XLVII, 7. ἐπὶ τὰς παραθαλασσίους, ad oram maritimam. • *שְׂפַת יָם, littus maris. 2 Par. VIII, 17. Vide et 1 Macc. VII, 11. XI, 8. 2 Macc. VIII, 11.

*ΠΑΡΑΘΑΡΣΥ'ΝΩ, fiduciam addo, confirmo. 4 Macc. XIII, 8. παρεθάρσυνον ἀλλήλους, se invicem confirmabant.

ΠΑΡΑ'ΘΕΜΑ, additamentum. מִכְבָּר, cribrum. Al. Exod. XXXVIII, 5. sec. cod. Vat. ubi tamen cod. Alex. et Ald. περίθεμα habent. Vox hebr. notat opus aeneum instar cribri formatum.

ΠΑΡΑΘΕΡΜΑΙ'ΝΩ, calefacio, inflammo. יָחַם, idem. Deut. XIX, 6. Legitur praeterea apud Hesychium s. v. παραθαλπομένας, Eustathium ad Od. α', pag. 51, 22. et Athen. V. p. 185. C.

ΠΑΡΑ'ΘΕΣΙΣ, appositio, id ipsum, quod apponitur, apparatus, ferculum, repositio, qua aliquid in penu reponitur. אָבוּס part. Pah. saginatus. Prov. XV, 18. παράθεσις μόσχων, ferculum ex vitulis. Vnde venerit ibi παράθεσις, se non prorsus scire fatetur Iaegerus. Sed mihi aut de suo addidisse videntur, aut pertinet ad אָבוּס, cuius radix mihi olim notionem apponendi habuisse videtur. Caeterum παράθεσιν ferculum notare apparet ex Athenaeo Lib. X. ubi Polybius: καὶ τοὺς διακόνους δὲ τὰς παραθέσεις φέροντας αὐτὸς εἰσῆγεν. - אוֹצָר, thesaurus. 2 Par. XI, 10. παραθέσεις βρωμάτων, apparatus ciborum. Conf. 1 Macc. IX, 52. 2 Macc. XII, 14. - *בַּר, frumentum. Amos. VIII, 6. sec. ed. Compl. ubi alii libri habent πράσεως. - כֵּרָה, convivium. 2 Reg. VI, 23. Vulg. ciborum praeparatio. - מַאֲכָל, cibus. Prov. VI, 8. πολλὴν δὲ ἐν τῷ ἀμητῷ ποιεῖται τὴν παράθεσιν, et magnum sibi in messe nutrimentorum apparatum parat. - *מִמְכָּר, venditio. Levit. XXV, 50. sec. cod. Oxon. ubi loco παραθέσεως fortasse rectius legetur παραδόσεως, quia venditio coniuncta est cum traditione. Alii libri habent πράσεως. Vide supra s. v. בַּר. 2 Macc. XII, 27. βελῶν πολλαὶ παραθέσεις ὑπῆρχον, telorum magnus apparatus erat.

ΠΑΡΑΘΗ'ΚΗ, depositum. פִּקָּדוֹן, res magna cura commissa et deposita. Lev. VI, 2. 4. Aqu. Gen. XLI, 36. Vide et 2 Macc. III, 15. et confer ad h. l. Perizonii notas ad Aelian. V. H. XIII, 2. Voce etiam usus est Herodotus et alii. Vide Wolfium ad 1 Tim. II, 12. p. 504. et Lex. N. T. s. h. v. nec non notata infra s. v. παρακαταθήκη.

ΠΑΡΑΘΛΙ'ΒΩ, collido. לָחַץ, premo. 2 Reg. VI, 32. Vide quoque Sext. Empir. Pyrrh. Hyp. p. 14, 11.

ΠΑΡΑΙ'ΝΕΣΙΣ, admonitio, adhortatio, consolatio. פִּקּוּדִים, praecepta. Symm. Psalm. CXVIII, 100. παραινέσεις. Confer quoque ib. v. 56. ubi omissum est Symmachi nomen. Sap. VIII, 10. παραίνεσις φροντίδων καὶ λύπης, consolatio curarum et moeroris.

ΠΑΡΑΙΝΕ'Ω, *admoneo*, *hortor*. 2 Macc. VII, 25. 26.

ΠΑΡΑΙΡΕ'Ω et *ΠΑΡΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ*, *aufero*, *adimo*. אָצַל, *sepono*. Num. XI, 25. παρείλετο (subintellegendum τι) ἀπὸ τοῦ πνεύματος, *auferebat* aliquid de spiritu. – *הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio*. *Symm.* Psalm. LXXX, 7. – הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *oblivisci facio*. *Symm.* Iob. XXXIX, 17. παρεῖλεν, *abstulit*.

ΠΑΡΑΙΤΕ'ΟΜΑΙ, *expeto*, *precor*, *deprecor*, *recuso*, *devito*. הֵפֵר Hiph. a פּוּר, *irritum facio*. *Theod.* Iob. XV, 4. παρῃτήσω, *recusasti*. – הִתְחַנֵּן Hithp. *deprecor*. Esth. IV, 7. παραιτήσασθαι τὸν βασιλέα, ut deprecaretur regem. – נִשְׁאַל Niph. *expeto*. 1 Sam. XX, 16. παραιτούμενος παρῃτήσατο ἀπ' ἐμοῦ, *expetens expetiit*, h. e. *multis precibus a me efflagitavit*. – נִשְׁאַל נִשְׁאַל, *expetendo expeto*. 1 Sam. XX, 27. *Suidas*: παραιτεῖσθαι, παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν. Idem ex *Xenophonte* loca subiungit, quibus verbum eo sensu legitur. Rursus *Suidas*: παρῃτεῖτο, παρεκάλει, ἐλιπάρει. Ὁ δὲ ἐλθὼν, παρῃτεῖτο τὸν Πέρσην, τυγχάνων δὲ οὐδενὸς, ὧν ἐδεῖτο, αὐτὸς ἔλυσεν. Confer quae *Raphelius* notat ex *Herodoto* ad Act. XXV, 11. p. 592. 2 Macc. II, 32. τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας παραιτεῖσθαι, elaboratam pertractationem *devitare*.

ΠΑΡΑΙ'ΤΙΟΣ, *qui in causa ex parte est*, item simpliciter *auctor*, *causa*. 2 Macc. XI, 19. πειράσομαι παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν, tentabo causa bonorum esse.

ΠΑΡΑΚΑΘΕΥ'ΔΩ, *prope dormio*, *excubo*. Iudith. X, 22. οἱ παρακαθεύδοντες Ὀλοφέρνῃ. Confer *Aelian. V. H.* I, 13.

ΠΑΡΑΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *assideo*. יָשַׁב, *sedeo*. Esther. I, 14. οἱ πρῶτοι παρακαθήμενοι τῷ βασιλεῖ.

ΠΑΡΑΚΑΘΙ'ΖΩ, idem. יָשַׁב. Iob. II, 13. ubi יָשַׁב cum אֵת construitur.

**ΠΑΡΑΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ*, *iuxta colloco*, *appono*, *paratum habeo*. Legitur 2 Macc. XII, 3. in cod. *Alex.* ubi alii habent παρίστημι.

ΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, *advoco*, *voco*, *acclamo*, *admoneo*, *hortor*, *excito*, *adhortor*, *rogo*, *precor*, *invoco*, *consolor*, *solatio erigo*, *roboro*, et Παρακαλέομαι, *consolationem admitto*, *luctum depono*, *oblector*, item: *poenitet me*, *misereor*. אִמֵּץ Pih. *fortifico*. Deut. III, 28. κατίσχυσον αὐτὸν καὶ παρακάλεσον αὐτὸν, confirma illum, et *solatio erige* illum. Ies. XXXV, 3. γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε, genua labantia *roborate*. Conf. quae in h. v. post hebr. חִזֵּק allata sunt ex Iob. IV, 3. – הִנְחָה Hiph. *deduco*. 1 Sam. XXII, 4. παρεκάλεσε τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως, *rogabat* regem. Conf. 1 Macc. IX, 35. Ies. LVII, 18. παρεκάλεσα αὐτὸν, *consolabar* illum. In utroque loco pro נָחָה sine dubio legerunt נִחַם. – *הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*. Ies. XIII, 2. παρακαλεῖτε τῇ χειρί. Sensum

expresserunt. Verba enim hebr. sonant: *agitatione manus signum date*, et idem vult παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ apud LXX, modo non vertatur cum *Montfauconio adhortamini manu*, sed *advocate*, seu *convocate manu*. - הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito*. Deut. XIII, 6. ἐὰν δὲ παρακαλέσῃ σε ὁ ἀδελφός σου, si autem *exhortetur* te frater tuus. Confer 1 Macc. XII, 50. 2 Macc. IV, 34. IX, 26. *Suidas*: παρακαλεῖν, τὸ καλεῖν ἢ τὸ προτρέπεσθαι. - הֶעְטָה Hiph. *obvelo*. Ezech. XXIV, 17. οὐ μὴ παρακληθῇς ἐν χείλεσιν αὐτῶν, neutiquam consolationem admittas a labiis illorum. Vide et v. 22. Videntur accepisse הֵעֵטָה, quasi esset a יָעַט, quod *Chaldaeis* significat *consulere*, *consilium dare*. Sic *Cappellus in nott. critt.* ad h. l. p. 553. - הֵעִין Hiph. ab עוּן, *congrego me*. Ies. X, 31. Παρακαλεῖν notat h. l. *convocare fugitivos*. - הִשְׁבִּית Hiph. *quiescere facio*. Ies. XXI, 2. παρακαλέσω ἐμαυτόν, h. e. *quaeram mihi solatium*. Ita putarunt vocem hebr. explicandam esse. - חִזֵּק Pih. *confirmo*. Iob. IV, 3. χεῖρας ἀσθενεῖς παρεκάλεσας, manus infirmas *roborasti*. - חָלַם, *somnio*, it. *integer et sanus sum*, Hiph. הֶחֱלִים, *reviviscere facio*, *sano*. Ps. CXXV, 1. ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι, facti sumus quasi *revocati a morte*, aut *ex morbo recreati*. (*Schindlerus* in *Lex.* putat, LXX legisse חמלים.) Sic חלם Ies. XXXVIII, 16. (ad quem locum videndus *Scheidius* p. 158.), ubi *Hieronymus*: *vivificabis me*. Potest quoque verti: *corroborati et ad bene sperandum animati*; nam παρακαλεῖν notat etiam *hortari bono animo esse ac bene sperare*, et *solari* ex origine est *solum s. integrum facere*, et hinc *in spem bonam erigere*. Vide ad h. l. *Rosenmülleri* Scholia. Idem valet de loco Ies. XXXVIII, 16. παρακληθεὶς ἔζησα, ubi nonnulli suspicantur eos legisse הַחַיִּים. *Hesych.* παρακεκλημένοι, παραμυθηθέντες, παρακληθέντες. *Zonaras Lex.* 1518. παρακεκλημένοι ἀντὶ τοῦ παρακληθέντες. - חָמַם, *incalesco*. Ies. LVII, 5. οἱ παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰ εἴδωλα, *invocantes* idola. Non legerunt נִחָמִים a נָחַם, ut nonnullorum sententia fuit, sed sensum expresserunt. Nam *incalescere in idola* est *colere ac studiose sectari idola*. - מְבַשֵּׂר נָתַן, *nuntium laetum do*. Ies. XLI, 27. Ἱερουσαλὴμ παρακαλέσω εἰς ὁδόν, Hierosolymitanos *vocabo* in viam. Ita *Bielius*. Equidem mallem ita: Hierosolymitanos *consolabor* in via (*Alex.* ἐν ὁδῷ), sc. laeto nuntio misso. - נָהַג, *duco*. Ies. XLIX, 10. Libere verterunt. Imago enim desumta est a pecoribus, quae ad aquas ducuntur. - נֵהֵל Pih. *leniter duco*. Exod. XV, 13. παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου, *advocasti* robore tuo ad diversorium sanctum tuum. Aliter *Gloss. MS. in Cant. Script.* παρεκάλεσας, παρεμυθήσω. Ita *Bielius*. Sed παρακαλεῖν h. l. est latinum *evocare*, h. e. pedetentim videlicet et molliter evocando ducere, ut pastores greges sensim voce ducunt. *Symm.* habet διεβάστασας.

Non opus itaque est statuere, LXX נַחֲמָה legisse. Ies. XL, 11. et LI, 18. ubi נִהַל metaphorice dicitur de *consolatore, qui lugentem ducit et manu apprehendit.* Vide infra s. *παρηγορέω.* - *נָהַם, *rugio.* Ezech. XXIV, 23. Legerunt וְנִחַמְתֶּם. - נוּד, *condoleo.* Iob. II, 11. XLII, 11. In priore loco, ubi legitur: *τοῦ παρακαλέσαι καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτὸν,* sine dubio verba sunt transposita, ita ut *ἐπισκέπτομαι* hebr. נוּד, et *παρακαλεῖν* hebr. נָחַם respondeat, uti e versione *Vulgata* apparet, quae habet: *ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur.* - נָחַם Niph. et Pih. itemque in *Pyh.* et *Hithp.* Gen. XXIV, 67. *παρεκλήθη Ἰσαὰκ περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς, luctum deponebat* Isaac de Sara, matre sua. Gen. XXXVIII, 12. *παρακληθεὶς Ἰούδας, luctum deponens* Iudas. Iud. XXI, 6. *παρεκλήθησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ περὶ Βενιαμὶν, luctum deponebant* filii Israel de Beniamin. Vide et v. 15. 2 Sam. XIII, 39. Gen. XXXVII, 34. *οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι,* nolebat *consolationem admittere.* Vide et Psalm. LXXVI, 3. Ierem. XXXI, 15. et conf. Matth. II, 18. Deut. XXXII, 36. *ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται, miserebitur* servorum suorum. Vide et Ps. LXXXIX, 15. CXXXIV, 14. et conf. 2 Macc. VII, 6. Iud. II, 18. *παρεκλήθη κύριος ἀπὸ τοῦ στενάγματος αὐτοῦ, misertus* est Dominus suspirii eorum. 2 Sam. XXIV, 16. *παρεκλήθη κύριος ἐπὶ τῇ κακίᾳ, poenitebat* Deum mali. 2 Sam. XXIV, 16. sec. cod. *Vat.* ubi fortasse vera lectio est *μετεμελήθη*, quam ed. *Complut.* exhibet. Vide notas *L. Bos.* Ion. III, 10. sec. ed. *Compl.* Psalm. XC, 13. *παρακλήθητι, exorabilem te praesta,* aut, ut *Vulgatus* expressit, *deprecabilis esto,* h. e. ex ira et indignatione ad benignitatem redi. Ps. CXXXV, 14. *παρακληθήσεται, deprecabitur,* passive, *er wird sich erbitten lassen. Hieron. exorabilis erit. Al.* 1 Sam. XV, 11. *παρακέκλημαι, ὅτι ἐβασίλευσα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, poenituit me,* quod Saulem in regem constituerim. *Aqu.* Iob. XLII, 6. *παρεκλήθην, poenituit me.* Eodem sensu *Symmachus* verbo utitur Amos. VII, 3. et 6. *Aqu.* Iob. XLII, 6. *παρεκλήθην ἐπὶ χοῒ καὶ σποδῷ,* quae verba *Bielius* male transtulit: *solatium accepi* in pulvere et cinere; potius: in pulvere et cinere *poenitentiam ago,* ut *Vulgatus* transtulit. - נֶחָמָה, *consolatio.* Psalm. CXVIII, 50. - נוּף: הֵנִיף, Pih. et Hiph. a נוּף, *agito.* Ies. X, 32. *παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ τὸ ὄρος τὴν θυγατέρα σιών.* Vide supra s. v. הֵנִיף. Ies. XIII, 2. *παρακαλεῖτε τῇ χειρί. Symm. κινήσατε.* - עָמַד, *sto,* it. *preces fundo.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1208. Esth. VII, 7. *ὁ δὲ Ἀμὰν παρεκάλει καὶ ᾔτεῖτο τὴν βασίλισσαν,* Aman autem orabat et deprecabatur reginam. - קָרָא, *voco, clamo.* Prov. VIII, 4. *ὑμᾶς, ὦ ἄνθρωποι, παρακαλῶ,* vobis, o homines, *acclamo.* Ies. XL, 2. *παρακαλέσατε αὐτὴν, acclamate* illi. - רִחַם Pih. *misereor.* Ies. XLIX, 13. - שִׁעֲשַׁע Pih. a שָׁעָה, *oblecto.* Ies. LXVI, 12. *ἐπὶ γονάτων παρακληθήσονται,* in

genibus *oblectabuntur.* Sic Luc. XVI, 25. de Lazaro, cum esset in sinu Abrahae: *νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι,* nunc autem hic oblectatur, tu vero cruciaris. Praeterea legitur 2 Sam. XIV, 1. ubi *παρεκλήθη*, quod in ed. *Complut.* legitur, huc irrepsit e cap. XIII. v. 39. Sirac. XVII, 24. ubi *Vulg.* *παρακαλεῖν* per *confirmare* transtulit. 1 Macc. IX, 35. *παρακαλεῖν* in notione *rogandi, precandi* legitur. *Addit. Esther.* XV, 14. *παρακαλεῖν* per *succurrere, opem ferre* vertere mallem.

ΟΥ᾿ ΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, non consolor. נָהַם, *gemo.* Ezech. XXIV, 23. ubi ante *παρακαλέσατε* inserenda erit particula negationis omissa in omnibus codd., etiam in *Cod. Syr. Hex.* Conf. supra s. v. *παρακαλέω.*

ΠΑΡΑΚΑ'ΛΥΜΜΑ, quod obtenditur alicui rei ad eam tegendam, tegumentum, aulaeum, velamen. מָסָךְ, *operimentum. Inc.* Ex. XXVI, 36. Sap. XVII, 3. *ἀφεγγεῖ λήθης παρακαλύμματι*, obscuro oblivionis *velamine.*

ΠΑΡΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, obtego, occulto. הֶעְלִים Hiph. idem. Ezech. XXII, 26. – *לָאַט, *involvo.* 2 Sam. XIX, 4. sec. ed. *Compl.* – פָּחַד, *paveo.* Ies. XLIV, 8. *μὴ παρακαλύπτεσθε*, ne occultate vos. *Semlerus* correxit *παρεκπλήττεσθε.* Sed *παρακαλύπτεσθαι* h. l. notat *prae magno pudore aut timore se abscondere et occultare.* Qui enim timent, aut pudore suffunduntur, se abscondere solent.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗ'ΚΗ, i. q. *παραθήκη, depositum.* מְלָאכָה, *opus.* Exod. XXII, 8. *τῆς παρακαταθήκης.* Sic recte a LXX translatum esse apparet ex omni orationis serie. Tob. X, 11. *παρατίθημί σοι τὴν θυγατέρα μου ἐν παρακαταθήκῃ*, committo tibi filiam meam, ut *depositum. Wassius* ad *Thucyd.* lib. II. c. 72. contra MSS. reponere vult *ἐν παραθήκῃ.* Sed hac medicina mihi hic locus non indigere videtur, significatione enim haec duo vocabula prorsus non differre multis exemplis docui in *Lex. N. T.* T. II. p. 406. et 410. Pro *deposito* vox alias saepius occurrit. Sic *Philo Byblius* apud *Eusebium Praep. Evang.* lib. I. p. 25. 26. *σύντροφοι δὲ τοῖς ἐκείνων (Ἑλλήνων) πλάσμασιν αἱ ἀκοαὶ ἡμῶν γενόμεναι, καὶ προληφθεῖσαι πολλοῖς αἰῶσιν, ὡς παρακαταθήκην φυλάσσουσιν, ἣν προσεδέξαντο μυθοποιΐαν.* Vide et *Philonem Alex. in Flacc.* p. 676. et *lib. quis rer. div. haeres* p. 336. et aliorum loca observata auctoribus citatis a *Wolfio* ad 1 Tim. VI, 20. p. 496. et ad 2 Tim. I, 12. pag. 504. Caeterum *Moeris* vocem *παρακαταθήκη* Atticam esse dicit, *παραθήκη* vero Hellenicam. Conf. *Thom. Magist.* qui hanc apud *Herodotum,* illam apud *Thucydidem* occurrere observat.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, depono, committo fidei alicuius, commendo. הִפְקִיד Hiph. *praeficio.* Ierem. XL, 7. *παρεκατέθετο αὐτῷ ἄνδρας καὶ γυναῖκας*, *fidei* eius *commiserat* viros et

uxores. Vide et Ierem. XLI, 10. et conf. 2 Macc. IX, 25. Ita et *Diodorus Sic.* lib. V. p. 326. Ῥέας αὐτοῖς παρακαταθεμένης τὸ βρέφος, cum Rhea infantem *fidei* illorum *commisisset.* Confer et *Aelian. V. H.* III, 26. 2 Macc. III, 15. τοῖς παρακαταθεμένοις σῶα διαφυλάξαι, ut illis, qui *deposuerant,* salva haec custodiret.

ΠΑΡΑ´ΚΕΙΜΑΙ, pass. *apponor*, inprimis de cibis, et med. *adiaceo, vicinus sum.* אָצַל, *Azal*, nom. proprium. *Symm.* Zach. XIV, 5. παρακείμενος, *adiacens.* Legit אֵצֶל. Sirac. XXX, 17. θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ, fercula ciborum *apposita* in sepulcro. Vide et Sir. XXXI, 18. ac *Alciphr.* I. Ep. 22. 2 Macc. IV, 4. ἐκ τῆς παρακειμένης σποδοῦ, ex cinere *adiacente.* Vide quoque 2 Macc. XII, 16. 2 Macc. IX, 25. κατανοῶν τοὺς παρακειμένους δυνάστας, respiciens *vicinos* principes. Iudith. III, 2. ubi παρακεῖσθαι ex sententia *Bretschneideri* notat: *prosternere se, tradere se,* h. e. *praesto esse ad omne obsequium*, et cum formula δοῦλον τινὸς εἶναι permutatur.

ΠΑΡΑΚΛΕΙ´Ω, *includo carceri, in vincula coniicio.* 2 Macc. IV, 34. Ita *Bielius.* Sed παρακλείειν ibi adiunctam habet notionem *interficiendi*, unde *Vulgatus* verba ὃν καὶ παραχρῆμα παρέκλεισεν transtulit: *statim eum peremit.* Ita quoque *Syrus.* Praeterea v. 35. narratur, Iudaeos et multos alios indignatos esse ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδίκῳ φόνῳ.

ΠΑΡΑ´ΚΛΗΣΙΣ, *adhortatio*, *cohortatio*, it. *preces.* מְנַחֵם part. Pih. *consolator.* Nah. III, 7. – נִחַם Pih. *consolor.* Ier. XVI, 6. – נֹחַם. Hos. XIII, 14. – נֶחָמָה. *Aqu. Theod.* Job. VI, 10. – נִחֻמִים plur. Ies. LVII, 18. – שֶׁבֶת infin. a יָשַׁב, *sedeo.* Ies. XXX, 7. ὅτι ματαία ἡ παράκλησις ὑμῶν ἔσται. Ita quoque *Syrus.* Clarum est, eos legisse הַמַּשְׁבַּת, *quiescere faciens*, *stabiliens.* *Michaelis* in *Bibl. Or.* T. XIV. App. p. 99. confert arab. وثق, *stabilis fuit*, Coni. II. *stabilivit.* – תַּחֲנוּנִים plur. *deprecationes.* Ier. XXXI, 9. – תַּנְחוּמִים plur. masc. Ps. XCIII, 19. Ies. LXVI, 11. Ier. XVI, 6. – תַּנְחוּמוֹת plur. foem. Iob. XXI, 2. 1 Macc. X, 24. γράψω αὐτοῖς λόγους παρακλήσεως, quae verba *Bielius* transtulit: scribam illis et ego *verba exhortationis.* Sed παράκλησις ibi potius *rogationem*, *preces* significare videtur, ut λόγοι παρακλήσεως sint *literae petitoriae.* 2 Maccab. VII, 24. διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν παράκλησιν, verbis *hortabatur.* *Suidas* ex *Harpocratione:* Παράκλησις, ἀντὶ τοῦ προτροπή. Ἰσοκράτης· Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες. Eodem sensu et Patres quidam vocem acceperunt Rom. XI, 8. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 581. Quod vero ad alteram *precum* notionem attinet huic voci supra vindicatam, *Thomas Mag.* Παρακαλῶ, τὸ προτρέπω ὡς ἐπὶ πολὺ, ἅπαξ δὲ καὶ τὸ δέομαι, ubi *Drakenb.* citat

Demosthen. de corona p. 473. *Suidas*: παρακαλεῖν τὸ καλεῖν, ἢ τὸ προτρέπεσθαι· ἄκυρον γὰρ τὸ δέεσθαι.

ΜΑΤΑΙ'Α ΠΑΡΑ'ΚΛΗΣΙΣ, *vana consolatio.* תּוּשִׁיָּה, *essentia.* Ies. XXVIII, 29. Videntur legisse תַּשְׁוֶה, *in nihilum redigis*, formatum a שָׁוְא, *vanitas*, *nihilum*, coll. rad. שָׁאָה, *vastari*, *in nihilum redigi.* Conf. Iob. XXX, 22.

ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΟ'Σ, *consolatorius.* נִחֻמִים plur. *consolationes.* Zach. I, 13. *Plato de rep.* II. p. 523. D.

ΠΑΡΑ'ΚΛΗΤΟΣ, *consolator.* מְנַחֵם part. Pih. idem. *Aqu. Theod.* Iob. XVI, 2. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΑΡΑΚΛΗ'ΤΩΡ, idem. מְנַחֵם part. Pih. idem. Iob. XVI, 2. παρακλήτορες κακῶν: ubi παρακλήτορες κακοὶ reponendum esse nullus equidem dubito. Inde fortasse apud *Hesychium* παρακλήτορες sunt παραμυθηταὶ, *consolatores.* Vide quoque *Suidam* s. v. παραιτητής, et *Soph. Oedip. Tyr.* v. 189. *Schol.*

ΠΑΡΑΚΛΥ'ΖΩ, *inundo.* שָׁטַף, idem. *Inc.* Ps. CXXIII, 4. παρέκλυσεν, *inundavit. Hesych.* παρέκλυσε (sic enim legendum puto pro παρέκλησε), παρῆλθεν. *Schol. Lycophr. Alex.* v. 1290.

ΠΑΡΑΚΜΑ'ΖΩ, *florem aetatis supergredior*, *consenesco.* Sirac. XLII, 9. μήποτε παρακμάσῃ, ne forte *exolescat.* Παρακμάζειν dicitur hic filia, quae ὑπέρακμος Paulo 1 Cor. VII, 36. et *exoleta virgo Plauto.* Vide *Grotium* ad *Sirac. l. c.*

ΠΑΡΑ'ΚΟΙΤΟΣ, sensu proprio et generali *iuxta cubans*, *accubans*, *excubans. Diod. Sic.* p. 214, 31. Παράκοιτος, ἡ, sc. γυνὴ, *concubina.* לְחֵנָה, *chald. concubina.* Dan. V, 2. 3. 23.

ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, *sequor*, *intersum*, *consequor*, *obsequor.* בּוֹא sequ. אַחֲרֵי, *venio post*, *sequor. Aqu.* Cohel. II, 12. τί δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα παρακολουθήσῃ βουλῇ; quid vero est homo, ut *intersit* consilio? Eodem sensu *Iosephus* lib. I. c. *Apion.* δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον, *hoc sciendum est, debere eum, qui aliis verorum factorum narrationem pollicetur, ipsum prius illorum esse scientissimum, vel quod rebus ipsis interfuerit, vel quod eas ex iis cognoverit, qui ipsi viderunt.* Sic etiam *Demosthenes*, *Polybius* et *Lucianus* verbum usurparunt. Vide *Raphelii annotatt. ex Polybio* ad Luc. I, 3. p. 164. sequ. 2 Macc. VIII, 11. οὐ προσδεχόμενος τὴν παρὰ τοῦ παντοκράτορος μέλλουσαν παρακολουθήσειν ἐπ' αὐτῷ δίκην, non expectans vindictam, quae eum ab omnipotente *esset consecutura.* 2 Maccab. IX, 27. παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει, *obse-*

quentem meae voluntati. Conf. 1 Tim. II, 6. et 2 Tim. III, 10.

ΠΑΡΑΚΟΜΙ'ΖΩ, *apporto*, *affero*, *porto*, *exporto.* 2 Maccab. IV, 19. 20. 23. IX, 8. In activo quoque dici de *cadaveribus funere efferendis* docet locus 2 Maccab. IX, 10. Ἀντίοχον παρακομίζειν οὐδεὶς ἐδύνατο διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος.

ΠΑΡΑΚΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ, med. *funere efferendum curo.* 2 Macc. IX, 29. παρεκομίζετο δὲ τὸ σῶμα Φίλιππος, cadaver autem *funere efferendum curavit* Philippus.

ΠΑΡΑΤΆΣΣΩ vel ἈΤΤΩ, *paro, praeparo, instruo,* et παρατάσσομαι med. *paro me, aciem instruo, pugno, dimico, milito.* אָסַר, *ligo.* 2 Par. XIII, 3. παρετάξατο Ἀβιὰ τὸν πόλεμον (pro εἰς τὸν πόλεμον, nam εἰς alias additur, ut paulo post videbimus), Abia parabat se ad bellum. *Ligare bellum* est h. l. *proelium incipere, aciem instruere*, coll. 1 Reg. XX, 14. – גּוּר, *peregrinor.* Psalm. CXXXIX, 2. παρετάσσοντο (εἰς) πολέμους, parabant se ad bella. Legisse videntur nonnullis יְגוֹרוּ, *excitabant*, pro יָגוּרוּ. Sec. *Knappium* legerunt יְעוֹרוּ ab עוּר, quod non solum intransitive *se excitare*, sed etiam transitive *excitare*, *commovere*, v. c. Iob. XLI, 2., notat. Sed mallem equidem גור h. l. in notione *colligendi, congregandi* accipere, quam haud raro habet, aut cum *Clerico* statuere, גור esse i. q. גָּרָה, *concitavit.* – זָמַם, *cogito.* Zach. I, 6. καθὼς παρατέτακται κύριος τοῦ ποιῆσαι ἡμῖν κατὰ τὰς ὁδοὺς ἡμῶν, sicut *paratus fuit* (potius *decrevit*) dominus omnipotens, ut faceret nobis secundum facta nostra. – זָעַם, *indignor.* Mal. I, 4. λαὸς, ἐφ᾽ ὃν παρατέτακται κύριος ἕως αἰῶνος, populus, contra quem *confligere paratus* vel *instructus est* Deus in aeternum. *Hesychius:* παρατέτακται, ἡτοίμασται. Metaphora desumta ab illis, qui ad bellum vel proelium parati et instructi sunt. Pro παρατέτακται *Lud. Cappellus* in *nott. critt.* ad h. l. p. 184. legendum putabat παρατετάρακται. Sed vana est haec coniectura. Nam παρατετάχθαι ἐπί τινα eleganter dicuntur *milites*, *qui stant in acie parati pugnare in hostem.* Conf. *Fischeri Proluss. Quinque* (*Lips.* 1779. 8. editas) p. 41. *Arabs* et *Syrus* h. l. textum hebr. secuti esse videntur. – מִשְׁלַחַת, *dimissio.* *Symm.* Cohel. VIII, 8. οὐδὲ ἔστι παρατάξασθαι εἰς πόλεμον, neque est *aciem instruere* ad bellum. Videtur מִשְׁלַחַת accepisse in notione *missionis*, quam habet Psalm. LXXVIII, 49., hoc sensu: nemo potest aciem instruere contra mortem. Coniicere tamen fortasse aliquis possit, legendum esse ἀποτάξασθαι aut συντά-

ξασθαι, quod interdum *valedicere* notat. Vid. *D'Orville ad Chariton.* T. II. p. 151. – נָגַשׁ, *appropinquo.* 1 Paral. XIX, 14. παρετάξατο. Bene quoad sensum. – נִלְחַם Niph. *pugno.* Exod. XVII, 9. ἐξελθὼν παράταξαι τῷ Ἀμαλὴκ, exiens *aciem instruere* adversus Amalecitas. Num. XXI, 23. ἐξῆλθε παρατάξασθαι τῷ Ἰσραὴλ, exibat, ut *aciem instrueret* vel *pugnaret* adversus Israelitas. Vide et Ios. XXIV, 8. 9. Iud. V, 20. ἐξ οὐρανοῦ παρετάξαντο οἱ ἀστέρες, ex coelo *pugnabant* stellae. *Hesych.* παρετάξαντο, ἐπολέμησαν. Iud. VIII, 1. παρατάξασθαι ἐν Μαδιὰμ, ad *pugnandum* adversus Midian. Vide et Nehem. IV, 8. Zach. XIV, 3. 14. Nehem. IV, 14. παρατάξασθε περὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, *pugnate* pro fratribus vestris. – עָדַר, *ordino.* 1 Par. XII, 38. ἄνδρες πολεμισταὶ παρατασσόμενοι παράταξιν, viri bellicosi *instruentes aciem.* – עָרַךְ, idem. Gen. XIV, 8. παρετάξαντο αὐτοῖς εἰς πόλεμον, *parabant se* adversus illos ad proelium. Vide et 1 Sam. IV, 2. XVII, 2. 8. Ioel. II, 5. 2 Sam. X, 9. παρετάξαντο ἐξ ἐναντίας Συρίας, *instruebant aciem* adversus Syriam. Vide et v. 10. et 17. Ierem. VI, 23. ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι παρατάξεται ὡς πῦρ εἰς πόλεμον πρὸς σὲ, equis et curribus *instruet se* tanquam ignis ad proelium adversus te. Ierem. L, 14. παρατάξασθε ἐπὶ Βαβυλῶνα κύκλῳ πάντες τείνοντες τόξον, *parate vos* adversus Babylonem in circuitu omnes, qui tenditis arcum. *Aqu.* Prov. IX, 2. παρέταξεν τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν, ubi παρατάσσειν aut *apponere*, aut *parare*, h. e. *instruere cibis*, significat, ac *Symmachus* voce προστίθημι usus est. – צָבָא, verbum, *milito.* Num. XXXI, 7. παρετάξαντο ἐπὶ Μαδιὰμ, *pugnabant* adversus Midian. – צָבָא, nomen, *militia.* Num. I, 45. XXVI, 2. 1 Par. VII, 4. μονόζωνοι δυνάμει παρατάξασθαι εἰς πόλεμον, expediti in exercitu ad *proelium ineundum.* – קִדֵּשׁ Pih. *sanctifico*, it. *sacris ritibus apparo et praeparo*, etiam *praeparo* simpliciter. Ierem. VI, 4. παρατάξεσθε ἐπ' αὐτὴν εἰς πόλεμον, *parate vos* adversus illam ad bellum. Ita legitur in ed. *Aldina.* Sed LXX ibi scripsisse videntur παρασκευάσασθε, et παρατάξεσθε *Symmacho* tribuendum est. – קְרָאָה, *occursus*, sensu militari. Num. XXI, 23. – שׁוּב, *revertor.* Zach. VIII, 15. οὕτως παρατέταγμαι, *sic decrevi.* Videntur חָשַׁב legisse. 2 Macc. I, 11. πρὸς βασιλέα παρατασσόμενοι, adversus regem *militantes.* Ib. v. 12. et XII, 34. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρατάσσεται, πάσῃ δυνάμει πολεμεῖ. *Hesych.* παρατάσσεται, ἐν πολέμῳ ἀνθίσταται. *Phavorinus:* παρατάσσεται, πολεμεῖ, ὁπλίζεται.

ΠΑΡΑΤΕΙ'ΝΩ, *protendo, praetendo, extendo, dilato.* בַּחֲרוֹן, nomen propr., sec. etymologiam *resecta regio.* 2 Sam. II, 29. διέβαινον τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἐπορεύθησαν ὅλην τὴν παρατείνουσαν, sc. χώραν, et transibant Iordanem, et ibant per totam regionem *praetentam*, h. e. *prope adiacentem*, aut *planitiem.* *Thucyd.* lib. IV. p. 256. ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη,

τόν τε λιμένα παρατείνουσα καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη, ἰσχυρὸν ποιεῖ καὶ τοὺς ἔσπλους στενοὺς, insula enim *Sphacteria* dicta, et portui (Pyli) praetenta et prope adiacens, munitum illum reddit, et introitum navium angustum. – הֶאֱרִיךְ Hiph. ab אָרַךְ, *prolongo, extendo. Symm.* Psalm. CXXVIII, 3. παρέτεινον, *extenderunt.* – יַרְכָּה, *latus.* Gen. XLIX, 13. παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος, *protendet se* usque ad Sidonem. – מָשַׁךְ, *traho.* Ps. XXXV, 11. παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, *protende* (h. e. *continua* s. *perge*, quam notionem h. l. et מָשַׁךְ habet.) misericordiam tuam illis, qui cognoscunt te. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παράτεινον, πλάτυνον. *Zonaras Lex.* 1520. παράτεινον, ἐξάπλωσον, πλάτυνον. – *מֶשֶׁךְ, *Mesec*, nomen propr. Ezech. XXVII, 13. παρατείνοντα, *adiacentia*, a מָשַׁךְ, *trahere*, quasi dicat, *qui cum illis trahuntur*, h. e. *consociantur.* – נִשְׁקַף Niph. *specto*, etiam *protendor*, *exporrigor.* Num. XXIII, 28. παρατεῖνον εἰς τὸν ἔρημον, *protendens se* usque ad desertum.

*ΠΑΡΑΤΕΥ'ΧΩ, *fabricor, struo, paro.* Παρατεύχομαι, *apparor.* יְהוּא, *erit. Symm.* Cohel. XI, 3. ἐκεῖ παρατεύξονται, ibi parabantur. Bene quoad sensum. Arab. هيأ, media Ie, *paratus fuit.*

ΠΑΡΑΤΗΡΕ'Ω, *observo* (*Theophr. Char.* VII, 2.), et speciatim *malo animo observo*, *clam et ex insidiis observo.* הַרְגִּשׁ chald. Aph. *convenio.* Dan. VI, 11. *Incertus* ibid. v. 15. – זָמַם, *cogito.* Psalm. XXXVI, 12. παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, *insidiose observabit* peccator iustum. Conf. Luc. XIV, 1. – שָׁמַר, *custodio.* Psalm. CXXIX, 3. *Symm.* 1 Sam. I, 12. – שִׁמֻּרִים plur. *observationes*, *custodiae. Symm.* Exod. XII, 42. παρατετηρημένη. Susann. v. 12. παρετήρησαν φιλοτίμως καθ' ἡμέραν ὁρᾷν, *observabant* studiose, sc. occasionem, ut cotidie viderent illam. Vide et v. 15. 16. *Glossae:* παρατηρῶ, *observo*, *praestolo*, *praestolor.* Confer *Raphelii annotatt. ex Polyb.* ad Marc. III, 2. p. 119. et *Elsnerum* ad Luc. XX, 20. p. 270.

ΠΑΡΑΤΗ'ΡΗΣΙΣ, *observatio.* שִׁמֻּרִים plur. *observationes*, *custodiae. Aqu.* Exod. XII, 41. παρατηρήσεων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρατήρησις, παραφυλακή. Conf. de hac voce *Elsnerum* ad Luc. XVII, 20. et *Hombergium* fil. *Parerg. Sacr. Vindic.* p. 50 sequ.

ΠΑΡΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *appono*, *pono*, *propono*, *depono*, *committo*, *concredo*, *commendo.* הִצִּיג Hiph. a יָצַג, *colloco.* Gen. XXX, 29. – כָּרָה, *apparo.* 2 Reg. VI, 23. – נָתַן, *do.* 2 Par. XVI, 10. παρέθετο αὐτὸν εἰς φυλακὴν, *coniecit* illum in carcerem. – לִפְנֵי, *ad faciem*, *coram.* Prov. XXIII, 1. νόει τὰ παρατιθέμενά σοι, considera, quae *apponuntur* tibi, h. e. *cibos tibi appositos.* Conf. Luc. X, 8. Verba hebr. אֵת

אֲשֶׁר לְפָנֶיךָ plerique de *ipso principe* exponunt, hoc sensu: *quocum verseris.* – פָּקַד: הִפְקִיד. Lev. VI, 4. τὴν παραθήκην, ἥτις παρετέθη αὐτῷ, depositum, quod ipsi *concreditum est.* 2 Reg. V, 24. παρέθετο ἐν οἴκῳ, *deponebat* in domo. Psalm. XXX, 6. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου, in manus tuas *commendabo* spiritum meum. Confer 1 Petr. IV, 19. – שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. Exod. XIX, 7. παρέθηκεν αὐτοῖς πάντας τοὺς λόγους τούτους, *proponebat* illis omnia verba illa. Vide et Exod. XXI, 1. et conf. Matth. XIII, 24. Deut. IV, 44. ὁ νόμος, ὃν παρέθετο Μωϋσῆς, lex, quam Moses *proponebat.* 2 Sam. XII, 20. παρέθηκαν αὐτῷ ἄρτον, *apponebant* illi panem. Vide et 2 Reg. VI, 22. ac *Apollod.* lib. I. cap. 9. §. 21. (οἱ δὲ παρέθεσαν αὐτῷ τράπεζαν ἐδεσμάτων) ac *Drakenborch.* ad *Livium* lib. 40. cap. 59. §. 8. Tob. IV, 1. τοῦ ἀργυρίου, οὗ παρέθετο Γαβαήλῳ, argenti, quod Gabaelo *commiserat*, seu: quod *fidei* Gabaeli *concrediderat.* Vide et v. 28. 1 Macc. IX, 35. et conf. Luc. XII, 48. 2 Tim. II, 12.

ΠΑΡΑΤΡΕ'ΠΩ, *everto*, *subverto.* הֵסִיר Hiph. a סוּר, *removeo. Symm.* Iob. XII, 24. παρατρέπων. Cum vox haec nec hebraicae respondeat, nec de corde h. l. commode dici possit, scribendum existimo περιτρέπων, coll. v. 20. *Vulg. qui commutat.* Idem valet de loco Iob. XXXIV, 5. ubi *Symmacho* παρέτρεψεν tribuitur. – נָטָה. *Symm.* Iob. XXIV, 4. παρέτρεψαν. Id. Ps. CXL, 7.

ΠΑΡΑΤΡΕ'ΧΩ, *a latere curro, curro iuxta currum, quo vehitur ille, quem honoris causa prosequimur, accurro, procurro, praetercurro.* רוּץ, *curro.* 1 Sam. XXII, 16. τοῖς παρατρέχουσι, h. e. *stipatoribus, satellitibus.* 2 Sam. XV, 1. sec. *Vat.* ubi est i. q. simplex τρέχειν, quia ἔμπροσθεν sequitur. *Symm.* et LXX 1 Reg. XIV, 28. 2 Reg. X, 27. – רָצִים, *cursores. Al.* 2 Reg. XI, 20. παρατρέχοντας. Sap. V, 9. ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα, tanquam nuncius *praetercurrens. Hesych.* παρατρέχει, παρέρχεται.

**ΠΑΡΑΤΥΓΧΑ'ΝΩ*, *intervenio, intersum.* יְהוּא, *fractio. Symm.* Cohel. XI, 3. ἐκεῖ παρατεύξονται. Habuit pro futuro vocis הָוָה, *ruere, cadere,* scripto sec. orthographiam *syr.* et *arab.* Cf. *Kreyssigii Obss.* ad *Intt. GG.* Iob. XXXIX, 30.

ΠΑΡΑΥΤΙ'ΚΑ, *confestim, statim.* עַל עֵקֶב, *pro mercede.* Psalm. LXIX, 4. Vide et Tob. IV, 18. ac infra s. v. παραχρῆμα.

ΠΑΡΑΦΕ'ΡΩ, *transfero, praeterveho*; it. *transire facio.* Et med. παραφέρομαι, *insanum me gero.* הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Esdr. X, 7. παρήνεγκαν φωνὴν ἐν Ἰούδᾳ, *transire faciebant* vocem in Iuda, h. e. *publice per praeconem proclamabant* in Iuda. *Symm.* 2 Reg. XXVIII, 10. παραφέρειν διὰ πυρὸς, *transire facere* per ignem. LXX διάγειν. *Vulg. consecrare per ignem. Syrus Int.* Ierem. XLVI, 14. – התהלל

Hithp. *insano impetu feror.* 1 Sam. XXI, 13. *παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, insanum se gerebat* in manibus eius. *Hesych.* παρεφέρετο, ἐδαιμονίζετο. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Suidas:* παράφορος, ὁ παρ' ἑαυτὸν καὶ ὑπὸ δαίμονος παραφερόμενος. Idem fragmentum *Aeliani* addit, ubi vox eo sensu occurrit. Vide v. παράφορος paulo post. Praeterea legitur Iud. VI, 5. ubi παρέφερον, *transtulerunt* vel *circumtulerunt*, videtur esse versio vocis יַעֲלוּ, quae primum margini adscripta perperam huc in textum translata fuit. Ex sententia *Scharfenbergii* ante וּבָאוּ adhuc legerunt יָבִיאוּ.

ΠΑΡΑΦΟΡΑ', translatio, it. *error mentis, furor, insania.* הוללות, *insania. Theod.* Cohel. I, 17. παραφορὰς, ubi vid. *Montf.* qui laudat *Drusium* monentem, alibi περιφορὰς legi, quae vocabula significatione inter se conveniunt. Vide *Opuscula Critica* p. 319. Adde *Al.* Cohel. II, 12. ubi in ed. *Rom.* παραφορὰν legitur, sed in cod. *Alex. Ald. et Compl.* περιφορὰν, ubi *Schol.* παραφορὰν habet. - מְהוֹלָל part. Pyh. *insanus. Al.* Cohel. II, 2. *Gloss. Brem.* παραφορὰ, μανία. Conf. quoque *Drusium* Ep. 32. ac *Olympiodori Comment.* in *Eccles.* ubi postquam exposuisset vulgatam scripturam, *vel mutata litera ε in α*, inquit, *non περιφορὰν legemus, sed παραφορὰν, h. e. insanam ecstasin, mentisque excessum.*

ΠΑΡΑ'ΦΟΡΟΣ, vecors, insanus. יוֹבֵל, *Iobel. Aqu.* Lev. XXV, 10. παραφόρων sec. cod. *Coislin.* pro quo *Montfauconus* legendum censet παράφορον. Sed e cod. *Lips. Paul.* emendanda est haec vitiosa lectio in παραφέρων, qua voce usus est *Aquila*, quia יוֹבֵל, si formam spectes, est participium verbi יָבַל, quod in *Hiph.* notat *procedere fecit.* - מְשֻׁגָּע part. Pyh. *vesanus. Symm.* Deut. XXVIII, 34. Conf. *Aelian. V. H.* III, 42. *Hesych.* παράφορος, παραφερόμενος, παρόμοιος, ἐξεστηκώς. Adde *Eurip. Hecub.* v. 1050. *Plato de Leg.* II, 775. D. Conf. quoque v. παραφέρω.

ΠΑΡΑΦΡΟΝΕ'Ω, amens sum, decipio, furore agitor. סָרַר, *refractarius sum.* Zach. VII, 11. ἔδωκαν νῶτον παραφρονοῦντα, h. e. *contemnentem*, et ex adiuncto *respuentem, detrectantem.* Vide quoque παραφρόνησις.

ΠΑΡΑΦΡΟ'ΝΗΣΙΣ, idem quod παραφρονία, *amentia, insania.* שִׁגָּעוֹן, idem. Zach. XII, 4. ἐν παραφρονήσει. Est a παραφρονέω, cuius explicationem adscribam ex *Schol. Aristoph.* in *Plut.* p. 1. Ibi enim ad vocem παραφρονοῦντος ita: ἤγουν μαινομένου, οὐκ εἰδότος, τί δεῖ ποιεῖν, ἤτοι ἀνοηταίνοντος καὶ μωροῦ, παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος· ἡ γὰρ παρὰ ἐνταῦθα τὴν ἔξω σχέσιν δηλοῖ. *Küsterum*, qui in hoc Scholiastae loco duplex statuit vitium, bene refellit *L. Bos. anim. ad Scriptt. GG.* p. 1. Adde *Schol. Soph. Oed. Tyr.* v. 118.

ΠΑΡΑ'ΦΡΩΝ, amens, delirans. מִשְׁתַּגֵּעַ part. Hithp. *furens. Symm.* 1 Sam. XXI, 14. Sap. V, 20. ubi tamen non

amentem, sed *improbum*, *scelestum* notat. Opponuntur enim ibi v. 15. δικαίοις, atque dicuntur v. 13. ἀρετῆς σημεῖον οὐδὲν ἔχεσθαι δεῖξαι. *Hebraeos stultitiam* et *impietatem* promiscue dicere, notissimum est. *Hesych.* παράφρων, ἀνόητος.

ΠΑΡΑΦΥΑ'Σ, quod arbori adnascitur, propago, surculus adventitius, stolones. יוֹנֶקֶת, *ramus tener.* Ps. LXXXIX, 12. *Theod.* et LXX Ezech. XVII, 22. *Theod.* Iob. VIII, 16. - סַעֲפּוֹת plur. *ramusculi.* Ezech. XXXI, 6. 8. - עָנָף, *ramus.* Ezech. XXXI, 3. - פֹּארָה, idem. *Theod.* et LXX Ezech. XXXI, 5. - צֶלֶל, *umbra. Symm.* Iob. XL, 17. ταῖς παραφυάσιν, quae sc. umbram faciunt. LXX ibi habent σὺν ῥαδάμνοις. 4 Macc. I, 28.

ΠΑΡΑΦΥΛΑ'ΣΣΩ, custodio, observo. שָׁמַר, idem. *Symm.* Ion. II, 8. παραφυλάσσοντες.

ΠΑΡΑΧΡΗ͂ΜΑ, subito, statim, repente. נִבְעָה part. Niph. *tumens.* Ies. XXX, 13. Sed sine dubio נִבְעָה ibi prorsus omiserunt LXX Intt. ac eius loco e sequentibus פִּתְאֹם, aut לְפֶתַע inseruerunt. - עַל־עֵקֶב, *pro mercede.* Psalm. XXXIX, 21. Videtur עַל־עֵקֶב olim habuisse hanc significationem: nam et Psalm. LXIX, 4. eandem formulam per παραυτίκα reddiderunt. Respondet tunc latino *e vestigio.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 1953. - עַתָּה, *nunc, modo. Symm.* Ps. XVI, 11. - פִּתְאֹם. Num. VI, 9. XII, 4. Ies. XXIX, 5. - פִּתְאֹם לְפֶתַע, *subito ad momentum.* Ies. XXX, 13. - תַּחְתָּיו, *pro se, loco suo. Aqu.* 2 Sam. III, 12. Cur *Aquila* (cui tamen tribuere mallem versionem ἀνθ' ἑαυτοῦ, quae sub *Symmachi* nomine fertur.), *Theodotion* ac LXX תַּחְתָּיו per παραχρῆμα transtulerint, non satis liquet. Nisi obstaret locus Psalm. LXV, 17., ubi תַּחַת a *Symmacho* pariter per παραχρῆμα redditur, coniicerem, παραχρῆμα h. l. referendum esse ad vocem הִנֵּה in sequentibus, quod infra v. 22. *Symmachus* per εὐθὺς, *Vulgatus* autem per *statim* transtulerunt. Conf. *Noldii Concord.* p. 939. Legitur praeterea Iob. XXXIX, 30., ubi LXX παραχρῆμα ante εὑρίσκονται de suo addiderunt. *Hesychius:* παραχρῆμα, παραυτίκα, ἀθρόως, εὐθέως.

ΠΑΡΑΧΩΡΕ'Ω, adduco, cedo, concedo. 2 Macc. II, 29. τῷ συγγραφεῖ παραχωρήσαντες, historiographo *concedentes.* Ib. VIII, 11. παραχωρήσειν, *traditurum.*

**ΠΑΡΔΑ'ΛΕΙΟΣ* sive *ΠΑΡΔΑ'ΛΕΟΣ, pantherinus.* 2 Macc. IX, 28. οἱ παρδάλειοι θῆρες. Conf. *Etymol. M.* 652, 35, et *Etymol. Gudianum* 452, 43 sequ.

ΠΑ'ΡΔΑΛΙΣ, pardus, panthera. זְאֵב, *lupus. Aqu.* Hab. I, 8. - נָמֵר, *pardus.* Cant. IV, 8. Ies. XI, 6. Ier. V, 6. et alibi. - נְמַר, Chald. Dan. VII, 6. Sunt qui παρδάλεις et πάνθηρας diversa esse animalium genera acriter contendunt, sed *Bochartus* utrumque nomen idem genus denotare

affirmat. Vide de illis *Rendtorfii nott.* in *Anatol. fragment.* apud *Fabricium* in *Bibl. Gr.* lib. IV. c. 29. p. 311.

ΠΑΡΕΔΡΕΥ'Ω, *assideo*, *versor circa aliquem locum*, *assiduus sum in aliqua re*. Prov. I, 21. Verba *ἐπὶ δὲ πύλαις δυναστῶν παρεδρεύει*, quae ibi leguntur, e cap. VIII, 3. traducta sunt, ubi loco *ἐπὶ* legitur *παρὰ*, et nihil est in textu hebraico. *Arabs* male transtulit *insidiatur*, quasi in codice suo legisset *ἐνεδρεύει*.

ΠΑ'ΡΕΔΡΟΣ, *assessor*. Sap. VI, 14. *πάρεδρον εὑρήσει τῶν πυλῶν αὐτοῦ*, portae suae *assidentem* (sapientiam) inveniet. Sap. IX, 4. *δός μοι τὴν τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον σοφίαν*, da mihi sapientiam thronis tuis *assidentem*. *Hesych.* *πάρεδρον*, *παρακαθήμενον*, *παραμένον* (lege *παραμένοντα* e *Lex. Cyrilli MS. Brem.*), *σύνθρονος*. Lege: *σύνθρονον*. Adde *Herodot.* V. p. 292, 15. *Pindar. Olymp.* β', 137. *Schol.*

ΠΑΡΕΙΑ', *maxilla*, *gena*. רַקָּה, *tempus*, *pars capitis*. *Symm.* Cant. IV, 3. *αἱ παρειαί σου*. *Vulg. genae tuae*, sc. temporibus suppositae.

ΠΑΡΕΙ'ΔΩ, *visu praetereo*, *despicio*, *contemno*, *negligo*. *הֵסִיר, *aufero*, *sepono*. *Symm.* Iob. XXVII, 2. *παρεῖδε τὸ κρίμα*, *neglexit* ius. Bene quoad sensum. – הִרְפָּה Hiph. a רָפָה, *dimitto*, *sino*. Ps. CXXXVII, 9. *τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς*, opera manuum tuarum ne *negligas*. – מַעַל, *praevaricatio*. Num. V, 12. ubi *παρ.* *peccare* ac speciatim *adulterio commisso* notat. Conf. infra s. *παριδὼν παρεῖδω*. Sir. VII, 11. *ἐλεημοσύνην ποιῆσαι μὴ παρίδῃς*, eleemosynam facere non *negligas*. Sirac. XXVIII, 7. *πάριδε ἄγνοιαν*, *non respice*, h. e. *remitte* peccatum, quod contra te per ignorantiam admisit proximus. Vide et *Al.* Sirac. XXX, 11. Eodem sensu alias *ὑπερεῖδειν* occurrit, cum quo etiam permutatur in codd., v. c. Num. V, 12. Vide hoc verbum suo loco, et conf. Act. XVII, 30. *Suidas: παριδόντες*, *καταμελήσαντες*.

ΠΑΡΙΔΩ'Ν ΠΑΡΕΙ'ΔΩ, *despiciendo despicio*, i. e. *plane contemno*, *plane negligo*. מָעַל מַעַל, *praevaricor praevaricatione*. Levit. VI, 2. *καὶ παριδὼν παρίδῃ τὰς ἐντολὰς κυρίου*.

ΠΑΡΕΓΜΑΙ. ΠΑΡΕΙΜΕ'ΝΟΣ. Vide *Παρίημι*.

ΠΑ'ΡΕΙΜΙ, *adsum*, *prope sum*, *venio*. אָת. *Aqu.* Ps. XI, 5. *πάρεστιν ἡμῖν*. In textu hebr. legitur אִתָּנוּ. – אָתָה, *venio*. Prov. I, 27. *Παρεῖναι* etiam *motum ad locum* significare ostendit *Valcken.* ad *Herodot.* Lib. I. p. 10. – *בָּה, *in ea*. Iob. II, 2. *πάρειμι*. Legerunt forte בָּא. – בוֹא, *venio*. 2 Sam. V, 23. in notione *occurrendi*, ubi cod. *Alex.* habet *περιπίπτειν*. Adde 1 Par. XIV, 14. Thren. IV, 18. *πάρεστι τὸ πέρας ὑμῶν*, *prope* est finis vester. Vide et Ioel. II, 1. *Hesych.* *πάρεστιν*, *ἐστὶν ἐγγύς*. Zach. XIV, 5. et alibi saepius. – בָּשַׁל, *maturesco*. Ioel. III, 13. *ὅτι πάρεστι ὁ τρυγητός*, *adest* messis. – דָּרַךְ,

via. Symm. Cohel. XI, 5. *μὴ οἶδας, πότερον πάρεστι ὁ ἄνεμος;* nescis, unde *adveniat* ventus. Conf. Ioh. III, 18. – הִנֵּנוּ, *ecce nos. Symm.* 1 Sam. XXII, 12. et Iob. XXXVIII, 35. *πάρεσμεν.* – חוּשׁ, *festino.* Deut. XXXII, 35. *πάρεστιν ἕτοιμα ὑμῖν.* – *עֲלֵי, *super. Symm.* Iob. VI, 5. *παρούσης χλόης.* Bene quoad sensum. In textu hebr. legitur עֲלֵי דֶשֶׁא. *Vulg. cum habuerit gramen.* – *עִמָּד, *cum.* Iob. XXIX, 20. עִמָּדִי, *mecum. Symm. παροῦσά μοι,* hoc sensu: gloria mea renovatione (h. e. semper renovata) praesens mihi erit. *Vulg. gloria mea semper innovabitur.* – *קֶרֶב, *medium.* Vide s. רֹגֶז. – *רֹגֶז, *ira.* Hab. III, 2. *ἐν τῷ παρεῖναι χρόνον ἀναδειχθήσῃ.* Verba haec, quae apud *Inc. Int.* et LXX h. l. leguntur, non pertinent ad בְּרֹגֶז ונו, ut *Montfauconius* existimasse videtur, sed ad antecedentia בְּקֶרֶב שָׁנִים חַיֵּיהוּ, *in medio annorum vivifica illud,* ut adeo duae versiones coaluerint. Caeterum hi interpretes pro בְּקֶרֶב cum *Aquila,* qui habet *ἐν τῷ ἐγγίζειν,* legisse videntur בִּקְרֹב. – *שָׁם הוּא, *ibi ipse. Symm.* Iob. XXXIX, 30. *πάρεισιν.* – שָׂמַח, *laetor.* Iud. XIX, 4. *παρῆν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, laetus veniebat* in occursum eius. Conf. *Suid.* in voce *πάρει, Alberti* ad Matth. XXVI, 50. p. 157. et *Raphelii annotatt. ex Herodoto* ad Col. I, 6. p. 553. et ex *Polybio* p. 569 sequ. – שָׁתַל, *planto.* Hos. IX, 15. *εἰς θήραν πάρεστι τὰ τέκνα αὐτῶν.* Lectio aperte falsa, et ex compendio scribendi orta. Reponendum est *παρέστησαν,* ut שָׁתוּ legerint. Sap. XIII, 1. *οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία,* quibus *adest* Dei ignorantia, h. e. qui Deum non cognoscunt, coll. XI, 21. Sap. XI, 12. *ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες,* absentes vero et praesentes. Vide et Sap. XIV, 17. 3 Esdr. VI, 13. chald. אַתָּה Esdr. V, 3. Sap. IX, 9. *σοφία* dicitur *παροῦσα, adiutrix* Dei fuisse, cum crearet mundum. Eadem enim dicitur cap. VII, 22. *πάντων τεχνῖτις,* et cap. VIII, 5. *μύστις τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. Demosth.* p. 911, 6. ed. *Reisk.* Sap. XIX, 14. *παρόντες, advenae, peregrini.* Mallem tamen legere *παριόντας.* 4 Macc. VI, 27. *παρόν μοι, penes me,* h. e. *in potestate mea erat.*

*ΟΥ' ΠΑ'ΡΕΣΤΙ, *non adest.* אַיִן, *nihil. Symm.* Cohel. V, 3.

ΠΑΡΕΙ'ΣΑΚΤΟΣ, alienus, peregrinus, adscititius, irreptitius. Prol. Sir. *πρόλογος παρείσακτος ἀδήλου,* praefatio *irreptitia* ignoti. Conf. Gal. II, 4. ubi *Beza τοὺς παρεισάκτους* bene interpretatur *irreptitios. Suidas* et *Hesychius: παρείσακτον, ἀλλότριον.*

ΠΑΡΕΙΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, iuxta vel *clam ingredior,* etiam *ingredior* simpliciter. 2 Macc. VIII, 1. *παρεισπορευόμενοι λεληθότως εἰς τὰς κώμας,* intrantes latenter in castella.

ΠΑΡΕ'ΚΑΣΤΑ, *ubique*, etiam *semper*. 2 Macc. X, 13. προδότης παρέκαστα ἀκούων, proditor *ubique* audiens. Vide et v. 14. 3 Macc. III, 23. παρέκαστα ὑφορώμενοι, *semper* suspicantes. *Suidas*: παρέκαστα, ἑκάστοτε.

ΠΑΡΕΚΛΕΙ'ΠΩ, *deficio*. Iudith. XI, 13. ἐπεὶ παρεξέλιπεν αὐτοὺς τὰ βρώματα αὐτῶν, quoniam defecerunt eis cibaria sua.

**ΠΑΡΕ'ΚΛΥΣΙΣ*, *dissolutio*. מִסְפָּר, *numerus*. LXX sec. *Hexapla* Iob. XXV, 3. Vocem παρέκλυσις esse merum typothetae errorem, ac legendum παρέλκυσις, apparet e vers. lat. *Montf. nemo enim putet*, *esse* moram *piratis*. Sed quomodo utraque vox cum textu hebr. conciliari possit, equidem non video.

ΠΑΡΕΚΤΕΙ'ΝΩ, *extendo*, *produco*, *ad comparationem alicuius extendo et produco*. יָגַע, *fatigor*, *laboro*. Prov. XXIII, 4. μὴ παρεκτείνου πλουσίῳ, noli *adspirare ad magnitudinem* divitis, h. e. *imitari* potentes. In textu hebr. legitur: noli laborare, ut diteris. – נַחַל, *torrens*. Ezech. XLVII, 20. παρεκτεῖνον ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην. Legerunt fortasse cum He נִהַל, *ducere*. Adde *Soph. Oed. Tyr.* 523. *Schol. Strab.* XIII. p. 935. C.

ΠΑΡΕΚΤΟ'Σ, *praeter*, *extra*. וּזוּלָתִי, *praeter*. *Aqu.* Deut. I, 36. – *מִלְּבַד, *praeter*. *Inc.* Lev. XXIII, 38. sec. *Coisl.* et *Lips. Pamphilus* in *Geopon.* XIII, 15, 7.

ΠΑΡΕΛΑΥ'ΝΩ, *praetereo*. נָטָה, *inclino*. *Symm.* 2 Sam. II, 19. παρήλασε, *praeterivit*. Ita *Bielius*. Sed παρελαύνειν est h. l. *declinare a via*, i. q. ἐκκλίνειν apud LXX. *Hesychius*: παρήλασα, παρεφθεγξάμην (*Guietus* legit παρεφθασάμην), παρέβην.

ΠΑΡΕΛΕ'ΓΧΩ, *redarguo*. 2 Macc. IV, 33.

ΠΑΡΕ'ΛΚΥΣΙΣ, *protractio*, *prorogatio*, *dilatio*, *tarditas*, *mora*. מִסְפָּר, *numerus*. Iob. XXV, 3. ὅτι ἐστὶ παρέλκυσις πειραταῖς, quod sit dilatio vel mora praedonibus. *N. L.* Vide supra s. v. παρέκλυσις. *Hesych.* παρέλκυσις, βράδος, βραδύτης. *Suidas*: παρέλκυσις, ὑπέρθεσις.

ΠΑΡΕΛΚΥ'Ω, *protraho*, *differo*, *remoror*. *מֶשֶׁךְ, *Mesech*, nomen proprium. *Symm.* Psalm. CXIX, 5. ὅτι παροικῶν παρείλκυσα. Legit מָשְׁכִי, aut מֶשֶׁךְ pro nomine appellativo habuit, a מָשַׁךְ, *traho*, *protraho*. Sir. IV, 1. μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐνδεεῖς, noli *protrahere* spem pauperum auxilium tuum implorantium, ut debeant diu in te respicere, seu: ne diu eum suspensum et dubium de tua donatione teneas: ubi παρελκύειν, ut lat. *trahere* (*Seneca de Benef.* II, 5.), de eo dicitur, *qui alicuius spem ducit et suspensam tenet*. *Vulgatus* habet: *oculos tuos ne transvertas a paupere*, quasi legisset παρεκκλίνῃς. Sir. IV, 3. μὴ παρελκύσῃς δόσιν προσδεομένου, ubi *Vulgatus* habet: *non exasperes*, quasi legisset μὴ παροργίσῃς. Ibid. XXIX, 6. 11.

ΠΑΡΕΜΒΑ'ΛΛΩ, *latenter interiicio*, *clam immisceo*, *milites certo ordine loco*, *tentoria colloco ordinibus distincta*, *castra metor*, *castris cingo*, *circumdo*. *Παρεμβάλλομαι*, *interloquor*, *interpello*. בָּלַל, *pabulum misceo*. Iud. XIX, 21. *παρενέβαλε τοῖς ὑποζυγίοις αὐτοῦ*, pabulum *miscebat* s. *praebebat* iumentis eius. - הֵחִיר Hiph. a חוּר, *explorari curo*. Iud. I, 23. Vox hebr. h. l. per *obsidere* vertenda est. - חָנָה, *castra metor*. Gen. XXXIII, 18. Exod. XIV, 9. XV, 17. et alibi saepissime. Ps. XXXIII, 8. *παρεμβαλεῖ*. *Vulg.* male transtulit: *immittet*, inconsulto textu hebraico, ex quo tollenda erat ambiguitas verbi graeci, quod significat *immittere* et *castra metari*. - יָשַׁב, *sedeo*. *Al.* Iud. IX, 50. Ita *Bielius*. Sed l. l. τῷ חָנָה potius respondet. - מַחֲנֶה, *castra*. Deut. XXIII, 9. - נָסַע, *proficiscor*. Num. IX, 18. - נָפַל, *cado*, it. *irruo*. Iud. VII, 12. - *עָבַר. *Inc.* Iud. VI, 33. *παρενέβαλον*. Sed male *Montf.* in *Hexaplis* hanc vocem retulit ad וַיַּעַבְרוּ. Potius loco et sensu respondet verbo sequenti וַיַּחֲנוּ, *et castra posuerunt*. - עָטַר, *corono*, *circumcingo*. 1 Sam. XXIII, 26. οἱ *παρενέβαλον ἐπὶ Δαβὶδ*, h. e. non castris circumdederunt, sed in modum coronae cingebant Davidem, ut *Vulgatus* transtulit. *Suidas*: *παρεμβαλόντων*, *κυκλωσάντων*. - שׁוּב, *revertor*. Num. XXXIII, 7. ubi שׁוּב cum חָנָה permutatur. - תַּחֲנוֹת sing. *castrametatio*. 2 Reg. VI, 8. Sir. XI, 8. *ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρεμβάλλου*, in medio sermonum ne *interloquaris*, q. d. ne *interiicias verbum*, h. e. ne interrumpas loquentem. 1 Macc. V, 42. *castra locare*, *tentoria figere*. Iudith. VII, 3. 13. *castris cingere*. 1 Macc. V, 5. *παρενέβαλεν ἐπ' αὐτοὺς*, *pugnavit* adversus illos. 1 Macc. X, 77. *παρενέβαλε τρισχιλίαν ἵππον*. *Vulgatus*: *admovit*. *Syrus*: *adduxit*.

ΠΑΡΕΜΒΛΕ'ΠΩ, *aspicio*, *intueor*. שָׁזַף, *adspicio*, *conspicio*. *Symm.* Cant. I, 5. *παρενέβλεψε*, *decoloravit*. Adde *Eurip. Helen.* v. 1574.

ΠΑΡΕ'ΜΒΛΗΣΙΣ, *castrametatio*. חָנָה, *castra metor*. *Aqu.* Ies. XXIX, 1. *παρεμβλήσεως*.

ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ', pr. *interiectio*, *interpositio*, *castrensis ordinationis genus*, *castra*, item: *exercitus*, *acies*, *turba*, *multitudo*. *אֹהֶל, *tentorium*. Exod. XXXIII, 11. sec. cod. 73. et 78. *Holm.* *παρεμβολῆς*. Ita ob antecedentia, nec inspecto codice sacro. Ios. VII, 21. *εἰς τὴν σκηνὴν εἰς τὴν παρεμβολήν*. Est duplex unius vocabuli הָאֹהֱלָה interpretatio. Verba *εἰς τὴν παρεμβολὴν* profecta sunt ab alio interprete, qui τὸ אֹהֶל de *universis castris* intellexit. - הָמוֹן, *turba*. 1 Sam. XIV, 16. *ἡ παρεμβολὴ τεταραγμένη ἔνθεν καὶ ἔνθεν*, *acies* hinc inde conturbata. Sic *Aelianus V. H.* XIV, 47. *οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον τὴν παρεμβολήν*, canes prosilientes aciem conturbabant. - חָנָה, *castra metor*. 1 Reg. XVI, 15. 16. Adde *Symm.* Ies. XXIX, 1. - מַחֲנֶה. Gen.

XXXII, 2. 7. 8. Exod. XIV, 19. et alibi saepius. 2 Reg. V, 5. ubi παρεμβολὴ est *comitatus*, coll. v. 9. ἵπποι καὶ ἅρματα, quemadmodum et מַחֲנֶה *turmam* notat. – *מַחֲנַיִם, *Machanaim*, nomen propr. 2 Sam. XIX, 32. sec. *Compl.* – מָלוֹן, *diversorium*. Ies. IV, 8. Vox hebr. ibi de *loco nocturnae stationis* explicanda est. – מִלְחָמָה, *bellum*. 1 Sam. XXIX, 4. Libere verterunt. – מַעְגָּל, *locus*, *in quo sunt plaustra*, *plaustrorum ambitus*, *carrago*. *Inc.* 1 Sam. XVII, 20. ubi fortasse *partem castrorum* pro *castris* in universum positam existimavit, nisi potius in mente habuit hebr. עָגִיל, *orbis*, *circulus*. Castra autem veterum, in primis Arabum, quantum per soli opportunitatem fieri poterat, semper erant rotunda. *Vulgatus* hanc vocem pro nomine proprio habuit, vertens: *ad locum Magala*. – מַעֲרָכָה, *dispositio*. 1 Sam. IV, 17. – מִשְׁמֶרֶת, *custodia*. Ies. XXI, 8. – עֵדָה, *congregatio*. Num. XVI, 46. – מִקְנֶה, *possessio*, *facultates*. *Al.* 2 Reg. III, 17. παρεμβολαί. Sc. per מִקְנֶה intellexit h. l. *milites*, *qui in castris erant*. 1 Macc. V, 45. παρεμβολὴν μεγάλην σφόδρα, *turbam* valde magnam. *Hesych.* παρεμβολὴ, στρατόπεδον, παράταξις, στῖφος στρατιᾶς, ἢ πλῆθος, ἢ οἴκησιν, ἢ κάστρον. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παρεμβολὴ, σκηνὴ, κάστρον, στρατόπεδον. *Pollux* IX, 15.

ΠΑΡΕΜΠΙ'ΠΤΩ, *incido*, *interlabor*, *irrepo*. Sap. VII, 25. οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει, nihil immundum in eam *irrepit*.

ΠΑΡΕΝΟΧΛΕ'Ω, *obturpo*, *perturbo*, *vexo*, *molestiam creo*, *negotium facesso*. אָלַץ Pih. *moleste urgeo*, *coarcto*. Iud. XVI, 17. παρηνώχλησεν αὐτὸν, *vexabat* illum. – הֶחֱרִיד Hiph. *terrefacio*. Ierem. XLVI, 26. οὐκ ἔσται ὁ παρενοχλῶν αὐτὸν, non erit, qui *perturbet* eum. – הֶלְאָה Hiph. *defatigo*, *taedio afficio*. Mich. VI, 3. τί παρηνώχλησά σοι; quam *molestiam* tibi *feci?* Conf. 1 Macc. X, 63. XII, 14. Act. XV, 19. et ad h. l. *Raphelii annotatt. Polyb.* pag. 547 sequ. – הִמְרִיץ Hiph. *exacerbo*. Iob. XVI, 3. τί παρενοχλήσει σοι, ὅτι ἀποκρίνῃ; quid molestiam tibi faciet, quod respondeas? Ita quoque *Theodotion*. Sed versio haec mihi non satis bene convenire videtur hebr. הִמְרִיץ, quod *morbidum reddere*, et ex adiuncto *incitare* seu *stimulare aliquem* notat. Potest quidem haec versio quodammodo ita excusari, quod, quae molestia afficiunt, ea excitant ac stimulant quasi molestia affectum ad removendum ea, quae sunt molesta. Sed tamen mallem statuere, *Theodotionem* legisse יַמְרִירְךָ a מָרַר. *Vulgatus* habet: *aut tibi aliquid molestum est*, *si loquaris*. – הֵצִיק Hiph. a צוּק, *coarcto*. Iud. XIV, 17. ὅτι παρηνόχλησεν αὐτὸν, quod vexaverat illum. – הִרְגִּיז Hiph. *commoveo*. 1 Sam. XXVIII, 15. ἱνατί παρηνώχλησάς με ἀναβῆναί με; quare turbasti me, ut ascenderem? – חָלָה, *aegroto*. Psalm. XXXIV,

15. *ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι*, cum *perturbarent* me, seu: cum mihi *molesti essent*. Quanquam hanc lectionem receptam tuetur auctoritas *Hieronymi*, qui habet: *cum infirmarer ab iis*, tamen eam vel ideo reiiciendam esse puto, quia sensum admodum incommodum fundit. Sine dubio loco *παρενοχλεῖν μοι* legendum est *παρενοχλεῖσθαι*, ut habet *Theod.* et *Ed. Quinta*. Praeterea legitur Dan. VI, 18. *οὐ παρενώχλησαν* (sc. leones) *τῷ Δανιὴλ*, Danielem non *laeserunt*, sec. cod. *Chis.* coll. v. 23. et *Cant. tr. puer.* 20. ubi de igne adhibetur. 1 Macc. X, 35. 63. XII, 14. In *Gloss. MSS.* in *Cantica Script.* *παρηνόχλησεν* exponitur *οὐ κατέῤῥαξεν*, *non deturbavit*. Adde *Hippocr. Epist.* p. 1276, 31.

ΠΆΡΕΞ, *praeter*, *praeterquam*. זוּלָתִי, *praeter*. 1 Reg. III, 18. XII, 20. - לְבַד, *praeter*. Esdr. I, 6. - מִלְּבַד. Nehem. VII, 67. - מִבַּלְעֲדֵי. Psalm. XVII, 34. - לְבַד מִן. *Al.* Iud. VIII, 26. Sir. XLIX, 5. *Hesych.* *πάρεξ*, *χωρὶς*, *ἐκτός*.

**ΠΆΡΕΞ Ὅ*, *praeter id*, *quod*, *tantum*. הִנֵּה, *ecce*. Ez. XV, 4. Non male quoad sensum transtulerunt.

ΠΑΡΕΞΙ'ΣΤΗΜΙ, *de statu suo dimoveo*, speciatim *de statu mentis deiicio*, *insanio*. Hinc part. praet. *παρεξεστηκὼς*, *insaniens*. אֱוִיל et מְשֻׁגָּע, part. Pyh., *stultus*, *amens*, iunctim. Hos. IX, 8. *ὥσπερ ὁ προφήτης παρεξεστηκὼς*, sicut propheta *insaniens*. Apud *Suidam* legitur, et procul dubio ex auctore quodam antiquo: *παρεστηκὼς ἐν τῇ διανοίᾳ*, et vertitur: *in sententia sua perstans*. Sed reponendum forte: *παρεξεστηκὼς ἐν τῇ διανοίᾳ*, *mente captus*. Certe series literarum huic emendationi favet. Vide quoque *Suidam* s. *παρεκστῆναι*, et *Athen.* X. p. 420. C.

ΠΑΡΕΠΙΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *ostendo*. 2 Macc. XV, 10. *ἅμα παρεπιδεικνὺς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀθεσίαν*, simul *ostendens ac probans* gentium fallaciam.

ΠΑΡΕΠΙ'ΔΗΜΟΣ, *advena*, *peregrinus*, *inquilinus*. תּוֹשָׁב, *inquilinus*. Gen. XXIII, 4. *πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ᾽ ὑμῶν*, inquilinus et peregrinus ego sum vobiscum. Vide et Psalm. XXXVIII, 17. et conf. 1 Petr. II, 11. *Hesych.* *παρεπίδημος*, *πάροικος*.

ΠΆΡΕΡΓΟΣ, *qui obiter tractatur*, *supervacaneus*, *perfunctorius*, *levis*, *exiguus*. *Πάρεργον*, *accessio operis*, *appendix*. מִתְלַהֲמִים part. Hithp. *contusus*, it. *blandiens*. *Symm.* Prov. XXVI, 22. *λόγοι γογγυστοῦ ἐν παρέργῳ*, verba murmuratoris *perfunctoria*. Sc. (sunt verba *Michaelis Suppl.* pag. 1414.) obiter aliquid dicere videtur obtrectator ac sine consilio. Sed quia hoc ex hebr. extundi non potest, equidem mallem legere *ἐν περιέργῳ*. Vox enim hebr. de incantatoribus adhibetur, aut de iis, qui inspiratos agunt. 2 Macc. XV, 19. *οὐ πάρεργος ἀγωνία*, non *exigua* sollicitudo: nam *πάρεργος* est *accessorius*, *praeter intentionem accedens*.

ΠΑΡΕΡΕΘΙ'ΖΟΜΑΙ, *irritor*, *lacessor.* הִתְחָרָה Hithp. *accendo me*, *exardesco. Theod.* Ps. XXXVI, 1. - *קִנֵּא, *aemulor. Symm.* Prov. XXIV, 18.

ΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *praetereo*, *transeo*, *transgredior*, *violo.* בּוֹא, *venio.* 2 Par. XXV, 7. ubi in codd. cum πορεύεσθαι permutatur. De exercitu παρέρχεσθαι adhibetur a *Xenoph. Hell.* IV, 5, 3. - *דִּבֵּר, *loquor. Theod.* 2 Sam. XIV, 13. Non legit עָבַר, ut fortasse aliquis coniicere posset: sed παρέρχεσθαι est h. l. *prodire*, *exire ex ore.* Formulae autem *prodiit ex ore alicuius verbum*, et *locutus est aliquis verbum*, sunt prorsus synonymae. - הֵמִישׁ Hiph. a מוּשׁ, *recedo.* Iob. XXIII, 12. - *הִתְהַלֵּךְ. *Symm.* Psalm. LVII, 8. ὡς ὕδωρ παρερχόμενον ἑαυτῷ, sicut aqua *decurrens* s. *defluens.* Eodem sensu διαπορεύεσθαι de aquis apud LXX ibid. adhibetur. - חָדַל, *desisto.* Ierem. XLI, 8. - חוּשׁ, *festino. Inc.* Num. XXXII, 17. - חָלַף, *praetereo.* Iob. IX, 11. Ps. LXXXIX, 6. ὡσεὶ χλοὴ παρέλθοι, tanquam herba virens *exarescat.* Conf. Iac. I, 10. - יָלַךְ, *eo.* Iob. XVI, 8. - יָצָא, *exeo.* Ios. XVIII, 17. - כָּלָה, *consumor.* Genes. XLI, 53. Ierem. VIII, 20. - נֶעְלַם Niph. *abscondor.* 2 Par. IX, 2. οὐ παρῆλθε λόγος ἀπὸ Σολομῶντος, non praeteribat aliquid Salomonem, h. e. non quidquam eum *latuit.* - סָבַב, *circumeo.* Ios. XVI, 6. ubi loco παρελεύσεται legere mallem περιελεύσεται, ut alii libri habent. - סוּר, *discedo*, h. l. *accedo.* Exod. III, 3. παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα, *proprius accedens* videbo visionem. 2 Par. VIII, 15. οὐ παρῆλθον τὰς ἐντολὰς τοῦ βασιλέως, non *transgressi sunt* mandata regis. Conf. Luc. XV, 29. - עָב, *densa nubes.* 2 Sam. XXIII, 4. τὸ πρωῒ οὐ παρῆλθεν ἐκ τοῦ φέγγους. Monuit quidem iam *Bielius*, et ante eum *Trommius*, LXX h. l. legisse עָבַר, sed sensum totius formulae intactum reliquit. Post οὐ παρῆλθεν commode suppleri potest τὴν γῆν, *non praeterire solet hanc terram nostram*, h. e. *quovis mane exoritur*, *ac radiis suis collustrat orbem terrarum.* In textu hebr. legitur: *non densitates a splendore*, h. e. *absque nubibus propter splendorem*, seu: *a radiis eius discussis.* Fortasse παρέρχεσθαι est h. l. *evanescere*, *cessare* (Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* n. 6.), in qua notione facile de *obscuratione solis* explicari posset. Quocunque modo explicatur, semper ἐκ φέγγους notabit *propter splendorem. Vulgatus* Int. habet: *absque nubibus rutilat*, ubi vel libere sensum expressit, vel legit ἐκφέγγει. - עָבַר. Exod. XXXIII, 19. ubi pro παρελεύσομαι fortasse legendum προελεύσομαι. Sed παρέρχεσθαι etiam *prodire* notat. Conf. *Sturzii Lex. Xenoph.* s. h. v. Iob. VI, 15. ὥσπερ κῦμα παρῆλθόν με, tanquam fluctus *praeterierunt* me. Vide et Iob. XI, 16. Iob. XVII, 11. αἱ ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν δρόμῳ, dies mei *tranierunt* in cursu, h. e. *celeriter.* Psalm. CXLVIII, 6. πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται,

praeceptum posuit, et non *transgredietur*, aut leges eis dedit, quas non *violant*. *Hesych.* οὐ παρελεύσεται, οὐ παρέλθῃ, οὐ παραλείψει. Ierem. XXXIV, 18. τοὺς παρεληλυθότας τὴν διαθήκην μου, illos, qui *violarunt* foedus meum. Alias παραβαίνειν eodem sensu usurpatur. Vide supra in παραβαίνω. *Inc.* 2 Sam. XVIII, 23. ubi παρέρχεσθαί τινα est i. q. ὑπερβαίνειν (qua voce LXX h. l. usi sunt), et notat: *cursu aliquem superare, praevenire. Aqu.* Prov. XIX, 11. ubi παρέρχεσθαι est *negligere, non curare*, et ex adiuncto *non punire ac ulcisci. Aqu.* Psalm. LXXXIII, 7. – עָדָה hebr. *transeo, procedo.* Iob. XXVIII, 8. – עֲדָה et עֲדָא chald. Dan. IV, 28. ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, regnum tuum transiit vel *recessit* a te. Dan. VI, 12. τὸ δόγμα Μήδων καὶ Περσῶν οὐ παρελεύσεται, sc. τὶς, edictum Medorum et Persarum nemo *transgrediatur. Hesych.* παρελεύσεται, παραδράμῃ, παρέλθῃ. Dan. VII, 14. ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, potentia aeterna, quae non *transilit.* – עָלָה, *ascendo.* Num. XX, 19. παρὰ τὸ ὄρος παρελευσόμεθα. – *עָמַד, *sto.* Dan. XII, 1. sec. cod. *Chis.* κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην παρελεύσεται. Sine dubio permutarunt עָבַר et עָמַד. Magna enim antiquitus fuit literarum ב et מ similitudo. Conf. *Bahrdtii Obss. Critt. circa lectionem Codd. MSS. hebr. Lips.* 1770. – עָרַב, *spondeo.* Prov. XXVII, 13. ubi literis transpositis legerunt עָבַר. – פָּסַח. Exod. XII, 23. Notiones *transeundi* et *parcendi* in hac orationis serie minime sunt diversae. – שָׁמַר, *conservo.* Iob. XIV, 16. οὐ μὴν παρέλθῃ σε οὐδὲν τῶν ἁμαρτιῶν, non *latuit* te aliquid peccatorum meorum. Praeterea legitur Dan. XI, 26. sec. cod. *Chis.* ubi nihil ei in textu hebr. respondet. Addit. Esth. X, 5. οὐ παρῆλθεν ἀπ' αὐτῶν λόγος, nihil eorum *fuit irritum.* Iudith. XI, 10. διὸ μὴ παρέλθῃς τὸν λόγον αὐτοῦ, propterea noli *spernere* eius consilium. Sirac. XLII, 20. ubi παρῆλθεν est i. q. ἐκρύβη in sequentibus.

ΟΥ' ΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *non praetereo.* חָדַל מֵעֲזֹב, *desisto a deserendo*, h. e. *auxilium praesto.* Exod. XXIII, 5.

ΠΑΡΕ'ΧΩ, exhibeo, praebeo, suppedito, facesso. הֶעֱמִיד Hiph. *stabilio.* Psalm. XXIX, 8. παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν, *suppeditasti* pulchritudini meae virtutem. – הִשְׂכִּיל Hiph. *intellego. Al.* Iob. XXXIV, 27. παρέξει. Ita *Bielius.* Sed omnia haec tollenda, eorumque loco sunt substituenda, quae supra s. ἡσυχία e v. 29. eiusdem capitis prolata reperiuntur. – נָתַן, *do. Symm.* Iob. XXXIV, 31. παρέξει. Idem Psalm. XVII, 48. et Cohel. VII, 22. – עָשָׂה, *facio. Symm.* Iob. X, 12. παρέσχες μοι, *praebuisti mihi. Vulg. tribuisti mihi.* Construitur ibi עָשָׂה cum עָמַד. Sirac. XXIX, 4. παρέσχον πόνον τοῖς βοηθήσασιν αὐτοῖς, *facesserunt* negotium illis, qui sublevarunt eos. Conf. Luc. XI, 7. et supra ἀγῶνα παρέχω. Sic etiam *Aristoph. Pluto* v. 20. ἀλλά σοι παρέξω πράγματα,

sed tibi *facessam* negotium. Conf. et *Alciphronem* Lib. I. Ep. 30. p. 124. et quae ad eundem ex *Herodoto* et *Arriano* notat *Berglerus*, ac *Lex. N. T. s. h. v.* Sap. XVII, 13. *αἰτία παρέχουσα τὴν βάσανον. Polyb.* I, 20, 10. *πολλὴν αὐτοῖς παρεῖχε τοῦτο τὸ μέρος δυσχερίαν.* – Vide alibi s. *ἡσυχία.*

ΠΑΡΗΓΟΡΕ'Ω, hortor, adhortor, it. *consolor, mitigo, lenio.* נִהֵל Pih. *duco. Symm.* Ies. LI, 18. pro מְנַהֵל, *ductor, παρηγορῶν.* Non arbitror, eum מְנַחֵם legisse, sed נִהֵל hoc sensu accepit et intellexit. Nam *ducere* hic metaphorice adhibetur de *consolatore, qui lugentem ducit et manu apprehendit,* unde etiam LXX per *παρακαλῶν* transtulerunt. Conf. Ies. XL, 11. Exod. XV, 13. *Chaldaeus* h. l. וּמְנַחֵם. Adde *Symm.* Ps. LXVIII, 21. – נִחַם. *Symm.* Cohel. IV, 1. Ies. XL, 1. Idem Iob. XVI, 2. et VII, 13. *Inc.* Gen. XXIV, 67. *παρηγορήθη, consolationem accepit.*

**ΠΑΡΗΓΟΡΙ'Α, cohortatio.* 4 Macc. V, 12. VI, 1.

ΠΑΡΘΕΝΕΙ'Α, virginitas, q. d. *virginalia.* בְּתוּלִים plur. *virginitates,* s. *virginitas.* Iud. XI, 37. 38. *Inc.* Ezech. XXIII, 3. *παρθενείων.*

ΤΑ' ΠΑΡΘΕ'ΝΙΑ, idem. בְּתוּלִים, idem. Deut. XXII, 15. 17. ubi *παρθένια signa virginitatis* notat. *Al.* Iud. XI, 37. 38.

ΠΑΡΘΕΝΙ'Α, ἡ, idem. בְּתוּלִים plur. *virginitas.* Deut. XX, 14. 17. 20. Ibid. XXII, 17. sec. *Aldin.*, ubi *παρθενία virginitatis signum* notat. Adde Iud. XI, 37. 38. – נְעוּרִים plur. Ierem. III, 4. Sir. XV, 2. *γυνὴ παρθενίας,* h. e. interprete *Bielio: uxor, quam quis virginem duxit. Drusius* ad h. l. coniicit, quod hanc *κουρίδιον γυναῖκα* vocet *Herodotus.* Conf. quae mox occurrunt in voce *παρθενικός.* Mihi vero *γυνὴ παρθενίας* est *uxor, quam quis iuvenem duxit,* qualem Hebraei אֵשֶׁת נְעוּרִים appellant, v. c. Prov. V, 18. ut *παρθενία* non tam *virginitatem,* quam *iuventutem, florem aetatis* in universum ex adiuncto significet, nulla sexus ratione habita. Sic quoque *Syrus* interpretatus est, qui habet ܒܛܠܝܘܬܐ ab ܛܠܐ, *adolescere, iuvenem fieri.* Conf. *Vriemoet* ad *dicta class. V. T.* P. II. p. 84. Sic apud *Iosephum A. I.* I, 1, 2. *παρθένος γῆ* est *terrae facies, qualis prima a creatione erat.* 1 Cor. VII, 25. *παρθένοι* sunt *iuvenes utriusque sexus, sed matrimonii expertes,* coll. 27. 28. et Apoc. XIV, 4. Sic etiam Latinis *virgo* dicitur, *quidquid recens est,* ut *virgines uvae, carnes virgines. Horat.* Od. III, 17, 36. ubi Hypermnestra post concubitum cum sponso *virgo* dicitur. *Servius* ad *Virgil.* Ecl. VI, 47. *virgo a viridiore aetate dicitur, nam iam mater fuerat.* Sirac. XLII, 10. ubi *ἐν παρθενίᾳ* est i. q. v. 9. *ἐν νεότητι αὐτῆς.*

ΠΑΡΘΕΝΙΚΟ'Σ, *virgineus*. בְּתוּלָה, *virgo*. Esth. II, 3. *κοράσια παρθενικὰ*, *puellas virgines*. – בְּעוּרִים plur. *virginitas*. Ioel. I, 8. *θρήνησον πρός με ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς τὸν παρθενικὸν*, lamentare ad me magis, quam sponsa, circumcincta sacco propter virum vel sponsum suum virgineum, h. e. *cui ut virgo s. iuvenis desponsata est.* Similiter *Chelonis* apud *Plutarchum Agid. et Cleom.* p. 802. *τὸν παρθενικὸν ἄνδρα* vocat *virum, cui ut virgo nupsit. Homerus Il. έ.* v. 414. vocat *κουρίδιον πόσιν*. Bene enim ibi *Scholiastes* illum interpretatur *τὸν ἐκ παρθενείας ἄνδρα γεγαμηκότα αὐτήν*. Eodem sensu vox et alibi occurrit. *Suidas: κουρίδιον, τὸν ἐκ παρθενίας μεμνηστευμένον. Ἀνεμιμνήσκετο, ὡς τὸν κουρίδιον αὐτῆς ἄνδρα ἀνέλοι. Σὺν τῷ κουριδίῳ γαμέτῃ εἰς Ἔφεσον ἦλθε.* Vide et *Hesychium* in *κουρίδιον*, et conf. *Munkerum* ad *Antoninum Lib.* c. 11. p. 97. In *Inscriptionibus* frequentur occurrit *maritus virgineus*, et *coniux virginea*, ut ex *Reinesio* p. 722. et *Marmoribus Felsineis* p. 463. observat *Elsnerus* ad Apoc. XIV, 4. p. 457. Alias viros matrimonii et mulierum expertes *παρθένους* vocabant Graeci. Vide *Elsnerum* l. c.

ΠΑΡΘΕ'ΝΟΣ, *virgo*. בְּתוּלָה, idem. Exod. XXII, 16. 17. Levit. XXI, 13. 14. et alibi saepius. – בְּתוּלִים plur. *virginitas*. Lev. XXI, 13. – נַעֲרָה, *puella*. Gen. XXIV, 14. 16. 55. XXXIV, 3. 1 Reg. I, 2. – עַלְמָה. Gen. XXIV, 43. Ies. VII, 14. Sir. IX, 5. XXX, 19. 2 Macc. III, 19. *αἱ κατάκλειστοι τῶν παρθένων*, i. q. 3 Macc. I, 18. *αἱ κατάκλειστοι παρθένοι*. Sic apud *Diod. Sic.* XII, 42. *πολλὴν τῆς χώρας* pro *magna terrae parte*, ubi vid. *Wesselingius* p. 506.

ΠΑΡΙ'ΗΜΙ, *praetermitto*, *permitto*, *concedo*, *remitto*, item: *transeo*, et *ΠΑΡΙ'ΕΜΑΙ*, *remissus fio*, *elanguesco*. אֹרַח, *iter*. Prov. XV, 10. *ὑπὸ τῶν παριόντων*, *a transeuntibus*. Ita *Bielius Trommium* secutus, nec inspecto textu hebraico, e quo luculenter apparet, *ὑπὸ τῶν παριόντων* exprimere hebr. לְעֹזֵב אֹרַח, *relinquenti semitam*, ubi fortasse legerunt לְעֹבֵר, nisi reponere malis *παριέντων*, *qui deflectunt a recta via*, quod tentavit *Iaegerus* ad h. l. – הֶחֱרִישׁ Hiph. *sileo*. Esth. VII, 4. *παρῆκας*. Res ostendit, si hoc verbum retinendum est, legendum esse *παρῆκα*, idque valde aptum esse, si modo vertatur: *omitterem*, *dissimularem*. Sed aeque commoda est ibi lectio *παρήκουσας*, quam alii libri habent. – הִתְהֹלֵל Hithp. *insanio*. *Aquila* 1 Sam. XXI, 13. *παρίετο* sec. cod. *Reg. Procopius παρείετο*. *Montf.* transtulit: *praeteribat*. Versionem hanc *Aquilae* expressisse videtur *Vulgatus*, qui habet: *collabebatur* (sc. prae languore, quem efficere videbatur simulatus eius furor) *inter manus eorum et impingebat*. Caeterum post *παρίετο* exciderunt verba: *ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν*. – חָדַל, *deficio*, *desisto*. Exod. XIV, 12. *πάρες ἡμᾶς*,

ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις, *sine* nos Aegyptiis servire. *Gloss. in Octat.* πάρες, ἄφες. *Suidas:* πάρες, ὑποχώρησον. 1 Sam. II, 5. παρῆκαν γῆν, h. e. *dereliquerunt* terram. *Gloss. in Cant. Script.* παρῆκαν, παρῆλθον ἀπολαβόντες. – נִבְהַל Niph. *perturbor.* 2 Sam. IV, 1. πάντες οἱ ἄνδρες Ἰσραὴλ παρείθησαν, omnes viri Israel *elanguescebant,* h. e. *perterriti sunt.* – נִלְאָה Niph. *fatigor.* Ierem. XX, 9. παρεῖμαι πάντοθεν, *exolutus sum* undique. *Hesych.* παρεῖμαι, παραλέλυμαι, ἐκλέλυμαι. *Sirmondus* apud *Theodoretum* ad h. l. legebat πυροῦμαι. – עָבַר. Prov. IX, 15. – פָּרַשׂ, *expando.* Ierem. IV, 31. παρήσει τὰς χεῖρας αὐτῆς, remittet manus suas. In hac orationis serie elegantius dictum est *manus remittere* (quod magis convenit *exanimatis ab interfectoribus*, qui hic loquentes introducuntur) quam *expandere.* – רָפָה, *deficio.* Soph. III, 17. θάρσει, Σιὼν, μὴ παρείσθωσαν αἱ χεῖρές σου, confide, Sion, ne *remissae fiant* manus tuae. *Aqu. Symm.* 2 Sam. IV, 1. παρείθησαν, ubi LXX ἐξελύθησαν habent. *Hesych.* παρείσθωσαν, παραλυέσθωσαν. *Aqu.* Deut. XXXI, 6. παρήσει, *praetermittet.* Sirac. XXIII, 2. καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῦ, et non *remittat* peccata eius. Conf. *Lex. N. T.* s. πάρεσις. *Hesychius:* παρίημι, ἐῶ, καταλιμπάνω, συγχωρῶ, ἀφίημι.

ΠΑΡΕΙΜΕ'ΝΟΣ, part. praet. pass. *remissus, neglectus, contemtus*, it. *macilentus.* *אזל יד, *abiit manus*, h. e. *vires exhaustae sunt.* Deut. XXXII, 36. sec. *Oxon.* παρειμένους. – עָזוּב part. Pah. *derelictus.* Deut. XXXII, 36. εἶδε γὰρ αὐτοὺς παραλελυμένους καὶ ἐκλελοιπότας ἐν ἐπαγωγῇ καὶ παρειμένους, vidit enim illos exolutos et deficientes in captivitate et *neglectos.* *Gloss. Brem.* παρειμένους, παραλελυμένους. Ita et *Gloss. MS. in Cant. SS.* – רָזָה foem. *macilenta.* Num. XIII, 21. τίς ἡ γῆ; ἢ πίων ἢ παρειμένη; qualis terra? an pinguis, an *macilenta*, h. e. *sterilis?* – שָׁפָל, *demissus, humilis.* Mal. II, 9. παρειμένους sec. cod. *Barberin.* et ed. *Compl.*, quod *Fischero* in *Proluss. quinque* p. 37. a doctrina *Symmachi* profectum videtur. Sunt autem παρειμένοι ibi *neglecti, contemti, nihili aestimati:* unde reliqui libri ἀπεῤῥιμμένους habent. Sirac. II, 13. ubi χεῖρες παρειμέναι coniunguntur cum καρδίαις δειλαῖς, et dicuntur *homines, qui non spem suam in Deo ponunt, nec ad eum preces faciunt.* Ib. v. 14. καρδία παρειμένη iis tribuitur, qui ob adversa diu durantia perdunt animi constantiam, ac desperant meticulosi: ubi vid. *Syrus* et *Arabs.* Sirac. IV, 32. νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις, tardus et *remissus* in operibus aut negotiis demandatis. Sirac. XXV, 26. χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα, manus *remissae* et genua soluta. Cf. Hebr. XII, 12. *Hesych.* παρειμένος, παραλελυμένος, ἐκλελυμένος, παράλυτος, παρεωραμένος, τετελευτηκὼς, ἢ καταπεφρονημένος.

ΠΑ'ΡΙΝΟΣ, *parinus*, *marmoreus*, *e Paro insula*, *marmore divite*, *una Cycladum in Aegaeo mari*. שֵׁשׁ contr. ex שַׁיִשׁ, *marmor*. Esth. I, 6. *Aqu*. *Theod*. Cant. V, 15. Vide *Bochartum Hieroz*. P. II. p. 714.

ΛΙ'ΘΟΣ ΠΑ'ΡΙΝΟΣ, vel *ΠΑ'ΡΙΟΣ*, *lapis parinus*, vel *parius*, h. e. *marmor* (ut *Vulgatus* 1 Par. XXIX, 2. transtulit) *parium*, quod fuit *candidum*. שֵׁשׁ a שׁוּשׁ, quod in l. arab. notat *candidum esse*. Conf. *Boisium* T. III. p. 510. Esth. I, 7. *Al*. 1 Par. XXIX, 2. Confer *Fischeri Proluss. de Verss. GG V. T.* p. 86. Dicitur alias veteribus λίθος λυχνεύς, *lapis lychnites*, h. e. *lucernarius*, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur. Vide quae ex *Athenaeo* et *Plinio* affert *Bochartus Chan*. Lib. I. c. 14. p. 447. ubi etiam ex *Stephano* observat, quod Pari mons, e quo marmor sit erutum, *Marpessa* dictus sit. Conf. et *Hesychium* v. λυγναῖος. Apud eundem Grammaticum λύχαος, vel, ut viri eruditissimi reponendum censent, λύγδος vel λύγδινος λίθος exponitur λίθος εἰς τὰ ζώδια (h. e. *lapis ad sculpturam animalium minutorum adhibitus*), ἡ Πάριος. Marmor autem, quo Paros celebris fuit, candidum fuisse, notat *Thomas de Pinedo* ad *Stephanum Byzant*. v. Πάρος, et ex eodem marmore anteriora templi Delphici aedificata esse, auctor est *Herodotus* lib. V. c. 62.

ΠΑΡΙ'ΣΤΗΜΙ, *adsto*, *accedo*, *ministro*, *praesto sum*, *servio*, *praesum*, it. *statuo*, *sisto*, *ostendo*, *appendo*, *constituo*, *concito*. אָבִיב, *culmus*. Exod. IX, 31. ἡ γὰρ κριθὴ παρεστηκυῖα, hordeum enim *stans*, sc. in *culmo* s. *calamis nitebatur*. Potest quoque reddi: *germinans*. – *בּוֹא. 2 Reg. VIII, 1. sec. *Compl*. παρέστη. Lege παρέσται a παρεῖναι. – הִפְגִּיעַ Hiph. *intervenio*. Ierem. XV, 11. εἰ μὴ παρέστην σοι ἐν καιρῷ τῶν κακῶν αὐτῶν, nisi *praesto* tibi *fuissem* in tempore malorum illorum. Conf. Rom. XVI, 2. 2 Tim. IV, 17. – הִצִּיב Hiph. a יָצַב, *sisto*, *colloco*. Gen. XLVII, 2. παρέστησεν αὐτοὺς ἐναντίον φαραώ, *stitit* eos coram Pharaone. Confer Act. XXIII, 33. – הַרְגִּשׁ chald. Aphel, *tumultuose concurro*. Dan. VI, 6. παρέστησαν τῷ βασιλεῖ, *accedebant* ad regem. *Hesychius*: παρέστησεν, παρεγένετο. – הִתְהַלֵּךְ בְּרַגְלֵי, *ambulo ad pedes alicuius*. 1 Sam. XXV, 27. τοῖς παιδαρίοις τοῖς παρεστηκόσι τῷ κυρίῳ μου, servis, qui *adstant*, h. e. qui *serviunt* domino meo, aut potius: *qui sequuntur* dominum meum. – *לָקַח. Iud. XIV, 11. sec. *Oxon*. ubi *sistere* notat. – *מַשְׂאֵת, *ferculum*, *donum*. *Inc*. 2 Sam. XI, 8. verba hebraea וַתֵּצֵא אַחֲרָיו מַשְׂאַת הַמֶּלֶךְ, *secutumque est eum ferculum* s. *donum regis*, ita transtulit: ὀπίσω αὐτῶν τῶν παρεστηκότων τῷ βασιλεῖ, h. e. post eos, qui adstabant regi: quae versio, si recte se haberet, hunc sensum efficeret: egressum nempe esse Vriam e palatio regio, ita ut praecesserint ministri regii, quos

secutus fuerit Vrias. Admodum inepte. Nam quorsum opus fuisset haecce commemorari, quae ad ipsam historiam minime pertinent. Nec fert hanc interpretationem textus hebr., secundum quem ex hac explicatione contrarium diceretur, nempe ministros regios Vriam subsecutos esse. Ex mea sententia loco *αὐτῶν* reponendum est *αὐτοῦ*, ut ad Vriam referatur. Ante *τῶν παρεστηκότων τῷ βασιλεῖ* supplendum videtur, aut potius vere excidit *εἷς* vel *τὶς*, *unus ministrorum regiorum*, hoc sensu: Vriam discedentem statim subsecutus est unus ministrorum regiorum, qui nempe observaret eum, videretque, an mandata regis exsequeretur. Confirmatur haec interpretatio commate 10., ubi diserte narratur, indicatum esse Davidi, Vriam non descendisse in domum suam. Admodum autem probabile est, *Inc. Int.* loco מַשְׂאַת legisse מְשָׁרֵת, cui vox *παρεστηκὼς* haud raro respondet. – נִצַּב: הִתְיַצֵּב, Niph. et Hithp. a יָצַב. 1 Sam. XII, 7. sec. *Sar.* 1 Sam. XXII, 6. *πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ παρειστήκεισαν αὐτῷ*, omnes servi eius adstabant illi. Vide et v. 7. Prov. XXII, 29. Zach. VI, 5. Iob. I, 6. *ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ παραστῆναι ἔναντι* (al. *ἐνώπιον*) *τοῦ κυρίου*, veniebant angeli Dei, ut starent coram Domino, h. e. ut *ministrarent* Domino. Vide et Iob. II, 1. et conf. loca, quae postea notata sunt ex 1 Sam. XVI, 21. 22. 1 Reg. X, 8. XII, 6. et Luc. I, 19. et ad eundem *Wolfium* p. 557. nec non *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* II, 44. Psalm. LXXVII, 16. *παρέστησεν ὕδατα ὡσεὶ ἀσκὸν*, *statuit* aquas tanquam utrem. Adde *Inc.* 2 Sam. XVIII, 30. *Symm. Theod.* Psalm. XLIV, 10. – עָמַד: הֶעֱמִיד, Kal et Hiph. Levit. XVI, 7. *παραστήσει αὐτοὺς ἐναντίον κυρίου πρὸς τὴν θύραν*, *sistet* illos coram Domino ante ostium. Num. VII, 2. *οὗτοι οἱ παρεστηκότες ἐπὶ τῆς ἐπισκοπῆς*, h. e. *praeerant* lustrationi. Deut. I, 38. *Ἰησοῦς υἱὸς Ναυὴ ὁ παρεστηκώς σοι*, Iosua filius Nave *adstans tibi*, h. e. *minister* tuus. Vide et Iud. III, 19. 1 Reg. I, 2. Deut. X, 8. *παρεστάναι ἔναντι κυρίου λειτουργεῖν*, ut *starent* coram Domino ad ministerium. Vide et Deut. XVII, 12. XVIII, 5. 1 Sam. XVI, 21. *παρειστήκει ἐνώπιον αὐτοῦ*, *stabat* coram illo, *ministrabat* illi. Vide et v. 22. 1 Reg. X, 8. XII, 6. 32. *παρέστησεν ἐν Βαιθὴλ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν*, *constituebat* in Baethel sacerdotes excelsorum. 1 Reg. XVII, 1. *ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ*, Deus Israel, coram quo *sto*, h. e. cui *servio*. Vide et 1 Reg. XVIII, 15. 2 Reg. V, 16. 2 Reg. V, 25. *παρειστήκει πρὸς τὸν κύριον αὐτοῦ*, *sistebat se* domino suo. 2 Reg. VIII, 10. *παρέστη τῷ προσώπῳ αὐτοῦ*, *accedebat* illum. Adde *Symm.* Iob. XXIX, 8. – עָרַךְ. *ordino*. Psalm. V, 4. *τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι*, mane *accedam* te. Legerunt אֵעָרֵךְ in fut. Niph. Psalm. XLIX, 22. *παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου*, *ostendam* coram facie tua, vel ob oculos

tuos *ponam* peccata tua. *Hesych.* *παριστῶ, ἀποδείκνυμι.* Conf. quae ex profanis observant auctores laudati *Wolfio* ad Act. XXIV, 13. p. 1344. Quibus add. *Alberti* in *Museo Brem.* Vol. I. p. 117. - צָבָא, *milito.* 1 Sam. II, 24. *μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν παρεστηκυιῶν παρὰ τὰς θύρας*, cum mulieribus, quae *adstabant* ad ostia, h. e. *ministrabant* ante ostia: ubi vid. *Hexapla. Symm.* Num. VIII, 24. - קוּם chald. *surgo.* Dan. VII, 10. *παρειστήκεσαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ*, *stabant* coram illo, sc. *ad serviendum.* - *קוּם hebr. *surgo. Symm.* 1 Sam. XX, 25. ubi קוּם, ut e serie orationis apparet, notat *adstare*, unde de ministris regis haud raro dicitur. - שָׁאַג, *rugio.* Ies. V, 29. *παρέστηκαν ὡς σκύμνοι λέοντες.* Liberius transtulerunt. Nonnullis legisse videntur יֵשְׁאוּ vel יִצְּבוּ. - שָׁקַל, *libro.* 2 Sam. XVIII, 12. *ἐὰν σὺ παριστᾷς ἐπὶ τὰς χεῖράς μου χιλίους σίκλους ἀργυρίου*, si *appendis* in manus meas mille siclos argenti. Conf. supra s. v. *ἵστημι.* - שָׁרַת Pih. *ministro.* Gen. XL, 4. *παρέστησεν αὐτοὺς αὐτῷ*: ubi tamen alii rectius: *παρέστη αὐτοῖς*, *praesto illis erat, ministrabat illis.* Exod. XXIV, 13. *Ἰησοῦς παρεστηκὼς αὐτῷ*, Iosua *adstabat* illi, h. e. *ἦν λειτουργὸς αὐτοῦ*, ut *Aquila* et *Symmachus* interpretantur, *minister eius.* Vide et Num. XI, 28. Deut. XXI, 5. 2 Sam. XIII, 17. et conf. *Pfochenium de stilo N. T.* §. 57. ubi *Lucianum παρεστάναι τῷ Διΐ* eodem sensu dixisse observat. Adde auctores citatos *Wolfio* ad Matth. XXVI, 53. p. 384. et ad Luc. XIX, 24. p. 738. ac quae supra allata sunt in v. *ἵστημι* et *παράστασις.* - *שָׁתַל, *planto.* Hos. IX, 13. *παρέστησαν*, ubi loco שְׁתוּלָה legerunt sine dubio שָׁתוּ לָהּ, a שָׁתַת, i. q. שׁוּת. Legitur praeterea Num. XXIII, 3. et *Inc. Int.* Psalm. CXX, 5. ubi verba *παραστήσεταί σοι* de suo addidit, iisque nihil respondet in textu hebraico. Sirac. XXIII, 33. *ἐξ ἀλλοτρίου ἀνδρὸς τέκνα παρέστησεν*, ex alio viro liberos *sistit*, scil. marito suo, aut potius: ex alio viro posteritatem sibi *comparat* s. *acquirit:* coll. v. 32. ubi legitur *παριστῶσα κληρονομίαν ἐξ ἄλλου. Syrus* ܡܩܝܡܢܐ, *excitans, suscitans.* 1 Maccab. VI, 34. *τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον*, ut *concitarent* illos (elephantos) ad proelium. Sic Graeci, notante *Drusio* ad h. l., dicunt *παραστῆσαι πρὸς τὰ Ἀφροδίσια*, et *Demosthenes* (p. 1435, 13. *Reisk.*) *παραστῆσαι τὴν ὀργήν*, iram *excitare* aut *commovere.* 2 Macc. VIII, 21. *εὐθαρσεῖς αὐτοὺς παραστήσας*, confidentes illos *reddens*, s. animum illis addens. 2 Macc. XII, 3. *εἰς τὰ παρασταθέντα ὑπ' αὐτῶν σκάφη*, in scaphas, quae *adductae* ab ipsis *erant. Phavorinus: παριστάνετε, ποιεῖτε, ἀποδεικνύετε, παρασκευάζετε.*

ΠΑΡΟΔΕΥ'Ω, *transeo, praetereo, praetergredior.* עָבַר, idem. Ezech. XXXVI, 34. Sap. I, 8. II, 7. V, 14. ubi *praetergredi* notat. Sap. X, 8. *σοφίαν παροδεύσαντες*, sapientiam

spernentes, quibus ibidem opponuntur v. 9. *οἱ σοφίαν θεραπεύσαντες. Ioseph. de B. I.* V, 10. p. 551. ed. *Havero.* Adde *Lucian.* de *mort. philos.* p. 26, 8. 545, 8.

ΠΑΡΟΔΙ'ΤΗΣ, viator. הֵלֶךְ, idem. *Aqu.* 2 Sam. XII, 4. Adde *Hippocr. Epist.* p. 1280, 16.

ΠΑ'ΡΟΔΟΣ, transitus, via, aditus, it. *transiens, viator.* דֶּרֶךְ, *via.* Gen. XXXVIII, 14. *ἥ ἐστιν ἐν παρόδῳ Θαμνά,* quae est in *via* ad Thamna. - הֵלֶךְ, *viator.* 2 Sam. XII, 4. *ἦλθε πάροδος τῷ ἀνδρὶ τῷ πλουσίῳ,* veniebat *viator* viro diviti. Alii libri ibi habent *ὁδοιπόρος.* - עֶבֶר, *servus.* 2 Reg. XXV, 44. Hic legerunt עֹבֵר. - עֹבֵר partic. Ezech. XVI, 15. *ἐπὶ πάντα πάροδον,* super omnem *viatorem.* Vide et v. 24. *Trommius* coniicit, eos utrobique עֹבֵר legisse. Sap. II, 5. *σκιᾶς γὰρ πάροδος καιρὸς ἡμῶν,* umbrae enim *transitus* tempus nostrum. Sap. XVII, 9. *κνωδάλων παρόδοις,* bestiarum *transitu. Hesych. παρόδους, διαβάσεις.* Conf. *Suiceri Thes.* T. II. p. 597.

ΠΑΡΟΙΚΕΣΙ'Α, peregrinatio, incolatus. אֶרֶץ מְגוּרִים, *terra peregrinationum.* Ezech. XX, 38.

ΠΑΡΟΙΚΕ'Ω, accolo, habito tanquam peregrinus, commoror, peregrinor, advena, peregrinus sum. גּוּר, idem. Gen. XII, 10. XIX, 9. Exod. VI, 4. 2 Par. XV, 9. et alibi saepius. *Aqu.* et LXX 2 Reg. VIII, 1. ubi legitur: *παροίκει, οὗ ἐὰν παροικήσῃς, παροικήσεις* vertendum erit: *commodum locum invenias, ubi sedes commoda figi possit.* Postulat hanc interpretationem series orationis, ex qua גּוּר reddendum est: *peregrinari posse;* etpraeterea eam commendat *Symmachi* versio, qui habet: *οὗ ἂν εὕρῃς παροικεῖν,* quem secutus quoque est *Vulgatus: et peregrinare, ubicunque repereris,* sc. *commodum peregrinationis locum.* Psalm. V, 4. *οὐδὲ παροικήσει πονηρευόμενος* sec. *Vat.*, ubi post *παροικήσει* excidit vocula *σοι,* quae facile post *σει* excidere potuit, et quam postulant verba hebr. לֹא יְגֻרְךָ. Eandem lectionem tuetur etiam *Eusebius* in *Comment.* ad h. l. *Vulg. neque habitabit iuxta te malignus.* Psalm. LV, 6. *παροικεῖν* notare videtur *convenire, adventare ad negotium aliquod perficiendum.* Nam pro verbis: *παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσι Hieronymus* habet: *congregabuntur abscondite. Symmachus* autem: *συνήγοντο λάθρα.* Conf. quoque vers. *Arab.* et Hebr. XI, 9. *Symm.* Psalm. LX, 5. secundum *Heracleotam* in *Commentario* T. II. *Catenae PP. GG.* p. 197. *Symm.* Psalm. CXX, 5. ubi legit גַּר. *Inc.* Ios. VII, 7. - יָשַׁב. Gen. XXIV, 57. Num. XX, 15. Adde *Inc.* Genes. XIII, 18. - מָגוֹר, *commoratio.* Genes. XVII, 8. XXXVI, 44. Exod. VI, 4. - *מָגוֹר, *formido.* Psalm. XXX, 16. *παροικούντων κυκλόθεν.* Legerunt מָגוֹר, coll. Psalm. XXXIII, 5. Idem valet quoque de loco Ezech. XXI, 14. - שָׁכַן, *habito.* Psalm. XCIII, 17. CXIX, 5. - *שַׁעַר, *porta.*

Deut. V, 14. *ὁ παροικῶν ἐν σοί.* Ita LXX hebr. אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ, *qui in portis tuis*, recte quoad sensum transtulerunt. Nam *porta* per synecdochen haud raro pro *tota urbe* ponitur. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1275. - תּוֹשָׁב, *incola.* 1 Paral. XXIX, 15. Sirac. XXIX, 27. XLI, 23. Confer de hoc verbo auctores laudatos *Wolfio* ad Luc. XXIV, 18. p. 772.

ΠΑΡΟΙ'ΚΗΣΙΣ, *incolatus*, *commoratio*, i. q. *παροικεσία.* מָגוּר. Gen. XXVIII, 4. XXXVI, 7. - מוֹשָׁב. *Inc.* et LXX Exod. XII, 40. ubi alii libri habent *κατοίκησις*, quemadmodum et ibid. *κατοικεῖν* et *παροικεῖν* in codd. permutantur. Sirac. XXI, 30. *ἐν παροικήσει*, *ubicunque commorabitur*, aut: *ab iis*, *inter quos commorabitur*, *μισηθήσεται*, odio habebitur.

ΠΑΡΟΙΚΙ'Α, *commoratio*, *peregrinatio*, it. *familia.* בַּיִת, *domus*, *familia.* Gen. L, 8. *πᾶσα ἡ παροικία Ἰωσὴφ*, omnis familia Iosephi, quae commode *παροικία* dici poterat, quia peregre vivebat in terra Aegypti. Vide et v. 22. ubi alii libri *πανοικία* habent. Ex. I, 1. *παροικίᾳ* sec. ed. *Ald.* ubi fortasse *πανοικίᾳ* scribendum erit. Certe alii libri habent ibi *πανοικὶ*, quemadmodum et in codd. *Moeridis* quibusdam pro *πανοικὶ* scriptum exstat, ut in *cod. Lugd. secundo Thomae Magistri παροικίᾳ.* Conf. Sirac. XLI, 8. ubi *τέκνα συναναστρεφόμενα παροικίαις ἀσεβῶν* sunt liberi, qui conversantur cum *familiis* impiorum. - גָּדַד, *turmatim concurro*, etiam *exscindo.* Hab. III, 16. *ἀναπαύσομαι τοῦ ἀναβῆναι εἰς ναὸν παροικίας μου.* *Bielius* coniicit, eos legisse מְגוּרַי per *Resch* a גּוּר, *peregrinari*, loco יְגוּדֶנּוּ per *Daleth*; mallem tamen *παροικίαν* in notione *conventus* accipere. Conf. supra s. v. *παρ''κέω*. Rectius itaque *Trommius* statuere videtur, eos legisse גְּדוּד, *turma.* - גּוֹלָה, *captivitas.* Esdr. VIII, 34. *οἱ υἱοὶ τῆς παροικίας*, filii *peregrinationis*, vel: qui peregrini fuerant. Conf. *Prol. Sirac.* in fin. Sirac. XLIV, 7. Sap. IX, 10. et Act. XIII, 17. - גּוּר, *commoror.* Psalm. CXIX, 5. *οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη*, heu mihi, quod mihi *peregre habitandum est.* Legerunt fortasse גֵּרוּתִי גָּרְתִּי aut גֵּרוּתִי. - טַף, *parvulus.* Iud. XVIII, 21. sec. *Ald.* et *Compl.* ubi *παροικία familiae* notionem habet, unde in cod. *Oxon.* *πανοικίαν* legitur pro *παροικίαν.* - מָגוּר. Psalm. LIV, 17. *πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν*, malitia in *domiciliis* illorum. Psalm. CXVIII, 54. *ἐν τόπῳ παροικίας μου*, in loco *commorationis* meae. Conf. Sir. XVI, 9. Thren. II, 22. *ἐκάλεσεν ἡμέραν ἑορτῆς παροικίας μου κυκλόθεν.* Videtur legendum *ὡς εἰς ἡμέραν*, vel *ὡς ἡμέρᾳ*. et *παροικίαι* hic videtur significare *inquilinos*, *incolas terrae Israelis.* Caeterum מְגוּרַי ibi significat *terrores meos*, h. e. *mala*, *calamitates.* Sic quoque *παροικία* pro מְגוֹרָה in notione *timoris* legitur apud LXX Psalm. XXXIII, 4. ubi tamen pro *παροικιῶν μου* legere mallem *περιστάσεών μου.* Certe *Vulgatus* habet *in tribula-*

tionibus meis. Ita quoque *Arabs. Cod. Alex.* θλίψεων. *Ed. Ald.* et *Complut.* θλίψεως. Potest tamen quoque lectio cod. *Vat.* ἐκ πασῶν τῶν παροικιῶν μου ἐῤῥύσατό με quodammodo quoad sensum defendi, si nempe ita constituatur: cum metu Sauli nunquam fixas sedes haberem, adeo, ut terras exteras et hostiles adire compellerer; aut παροικίαι vertantur per *hostes glomeratos, qui illum undique cingebant,* ut etiam sumi potest Thren. II, 22. Vide infra s. v. περίστασις. - מַגִּיר part. Hiph. a נָגַר, *indicans.* Zach. IX, 12. *Trommius* coniicit, eos legisse גְּדוּד, *turma.* Quidni מָגוֹר? - מְגוֹרָה, *formido,* it. *obiectum timoris. Al.* Psalm. XXXIII, 4. Vide supra s. v. מָגוֹר. - מְשׁוּבָה, *reversio.* Hos. XI, 8. Forte hic legerunt מוֹשָׁב. Sap. XIX, 10. Sirac. XVI, 9. οὐκ ἐφείσατο περὶ τῆς παροικίας Λὼτ, ubi παροικία non notat *locum peregrinationis,* nempe Sodomam et Pentapolim, in qua peregrinatus est Lotus, sed, quia sequitur: οὓς ἐβδελύξατο, *incolas regionis illius, inter quos peregrinus commoratus est Lot.* Ita quoque *Syrus.* Sirac. XLI, 8. XLIV, 7.

ΠΑΡΟΙΚΙ'ΖΩ, *habitationis causa de loco migro, habitationem muto, demigro.* Sirac. XXXVIII, 32. Ita *Bielius, Trommium* secutus. Sed perperam: nam ibi omnes libri habent παροικήσουσιν, h. e. *habitabunt, commorabuntur.* Caeterum παροικίζω reperitur quoque apud *Herodot.* IV. p. 279, 15.

ΠΑ'ΡΟΙΚΟΣ, *advena, accola.* גּוֹי, *gens.* Soph. II, 5. πάροικοι Κρητῶν. Legerunt גֵּרֵי. - גּוּר, *accolo, peregrinor. Al.* 1 Sam XVI, 19. παροίκους. - גֹּלָה partic. foem. *captivata.* Ies. XLIX, 21. Ita quoque *Theod.* ubi גּוֹלָה significat *eam, quae demigrare coacta est.* - גָּר partic. a גּוּר. Psalm. CIV, 2. - גֵּר Gen. XV, 13. XXIII, 4. Exod. II, 22. et alibi saepius. - *גֵּרְשֹׁם, *Ghersom,* nomen proprium. *Inc.* Exod. II, 22. - *הַגְרָאִים, *Haggareim s. Hagareni,* nomen proprium. 1 Par. V, 10. Legerunt הַגֵּרִים. - *כָּל בַּיִת, *omnis domus.* LXX sec. cod. *Alex.* 2 Sam. XIX, 28. Sed ibi pro πάροικος legendum est πᾶς οἶκος, ut reliqui libri habent. - שָׁכֵן, *habitator.* Ier. XLIX, 17. - תּוֹשָׁב, *advena, peregrinus.* Exod. XII, 45. Levit. XXII, 10. XXV, 6. et 23. προσήλυτοι καὶ πάροικοι ὑμεῖς ἐστὲ ἐναντίον μου, advenae et peregrini estis coram me. Conf. Ephes. II, 19. et ad h. l. *Wolfium* p. 59. Baruch. IV, 6. 10. 17. Sirac. XXIX, 29. 30. *Hesych.* πάροικοι, ξένοι, παρεπίδημοι.

ΠΑΡΟΙΜΙ'Α, *proverbium, adagium, parabola.* מָשָׁל, idem. Prov. I, 1. παροιμίαι Σολομῶντος, *sententiae* Salomonis, (s. ἀποφθέγματα) ad morum disciplinam maxime pertinentes. Vide et Prov. XXV, 1. et XXVI, 7. *Symm.* 1 Sam. XXIV, 14. et conf. Sirac. VI, 37. XLVII, 18. Sir. XXXIX, 3. ἀπόκρυφα παροιμιῶν ἐκζητήσει, occulta *parabolarum* exqui-

ret. *Gloss. in Proverb.* παροιμίαι, παραινέσεις, ἢ παραμυθίαι, παρηγορίαι, νουθεσίαι ὠφέλιμοι ἐπὶ βίῳ, ἠθῶν ἔχουσαι καὶ (adde παθῶν ex *Hesychio*, ubi eodem fere modo vox exponitur) ἐπανόρθωσιν. Vide *Bibliotb. Coislin.* p. 503. *Suidas:* παροιμία· τί ἐστι παροιμία; λόγος ὠφέλιμος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶν παροδικὸν διήγημα. οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. ἡ παροιμία ἐστὶ λόγος ἀπόκρυφος δι᾽ ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. Plura de hac voce vide apud *Suicerum Thes. Eccles.* T. II. p. 600. et auctores citatos *Wolfio* ad Ioh. X, 6. p. 907.

*ΠΑΡΟΙΜΙΑ'ΖΩ, *proverbia recito.* 4 Macc. XVIII, 16. Παροιμιάζομαι, *proverbialiter loquor.*

ΠΑΡΟΙΜΙΑΣΤΗ'Σ. *proverbiorum artifex.* קֹהֶלֶת, *concionator. Symm.* Cohel. XII, 10. Vide s. v. παροιμιάζω.

ΠΑΡΟΙΝΕ'Ω, *per vinolentiam pecco, debacchor, iniuria afficio, insolenter ago, insolenter tracto.* מַצּוּת, *iurgium. Al.* Ies. XLI, 12. καὶ οὐ μὴ εὕρῃς τοὺς ἀνθρώπους, οἳ παροινήσουσιν εἴς σε, et neutiquam invenies homines, qui *insolenter* te *tractent.* Sic *Herodotus* lib. III. p. 119. Καμβύσης ὁ Κύρου παρῴνησεν εἰς τοὺς Αἰγυπτίων θεούς. Vnde *Suidas:* παρῴνησεν, ἀτάκτως ἐξύβρισε. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 601.

ΠΑΡΟΙΣΤΡΑ'Ω vel ΠΑΡΟΙΣΤΕ'Ω, *oestro immisso concito*, item neutraliter: *tanquam oestro agitatus insanio, furo, exstimulor.* סָרַב, *refractarius sum.* Ezech. II, 6. παροιστρήσουσι, *tanquam oestro agitati insanient. Hesych.* παροιστρήσουσι, μαίνονται. – סָרַר, *refractarius sum.* Hos. IV, 17. ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παροίστρησεν Ἰσραὴλ, tanquam vacca, oestro percita, insanivit Israel. *Suidas:* παροιστρῶσα, ἐξεστηκυῖα. ἐρεθίζουσα. Inde in *Gloss. MS. in Proph.* pro παροιστρῶσαι, ἐξεστηκυῖαι, rescribendum est: παροιστρῶσα, ἐξεστηκυῖα, et apud *Hesychium* pro παροιστρῶσαι, ἐρεθίζουσαι, ἐξεστηκυῖαι, reponendum: παροιστρῶσα, ἐρεθίζουσα, ἐξεστηκυῖα, et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* pro παροιστρῶσαι, ἐξεστηκυῖα θυμῷ: παροιστρῶσα κτλ. Nam in his omnibus ad citatum Hoseae locum procul dubio respicitur. Est autem verbum ab οἶστρος, de quo ita *Hesychius:* οἶστρος, εἶδος πτηνοῦ, ὑφ᾽ οὗ κεντριζόμεναι αἱ βοῦς σκιρτῶσιν, ὃ μύωψ καλεῖται. *Zonaras Lex.* 1518. παροιστρῶσα, οἴστρῳ μαινομένη. Idem: παροιστρήσαντες, ἁμαρτήσαντες. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 14. – שַׁכּוּל, *filiis s. catulis orbatus. Inc.* 2 Sam. XVII, 8. παροιστρῶσα. Vrsa raptis catulis furiosa est, et in saltu saevit. LXX usi sunt voce ἀτεκνοῦσθαι. *Vulgatus* utrumque coniunxit vertens: *veluti si ursa raptis catulis in saltu saeviat.*

ΠΑΡΟΞΥ'ΝΩ, *exacerbo, irrito, commoveo, perturbo, acuo:* et παροξύνομαι, *commoveor, irascor, ira accendor,*

item aemulor. אָנַף, irascor. Esdr. IX, 14. *μὴ παροξυνθῇς ἐν ἡμῖν*, ne *irascaris* nobis. - גִּדֵּף Pih. *probro afficio.* Num. XV, 28. Ies. XXXVII, 28. - גָּרָה Pih. *misceo.* *Symm.* Prov. XXVIII, 25. *παροξύνει.* *Miscere lites* est *excitare lites.* - הוֹגִיעַ Hiph. a יָגַע, *fatigo*, et h. l. *molestus sum*, *ad iram provoco.* Mal. II, 17. - הִכְעִיס Hiph. *ad iram provoco.* Deut. IX, 18. Psalm. CV, 29. Ies. LXV, 3. - הִקְנִיא Hiph. *zelare facio.* Deut. XXXII, 16. - הִתְוָה Hiph. *circumscribo*, h. l. *irrito.* *Vulg. exacerbarunt.* Psalm. LXXVII, 46. - *הִתְגָּרָה, *litem misceo.* Inc. sec. cod. 130. *Holm.* Deut. II, 5. *μὴ παροξύνθητε.* - הִתְעַבֵּר Hithp. *excandesco.* Prov. XX, 2. *Vulg. qui provocat iram.* - *הִתְמַרְמֵר Hithp. *exacerbo me.* Dan. XI, 11. sec. cod. *Chis.* - חָדַד, *exacuor.* Prov. XXVII, 17. *παροξύνει πρόσωπον ἑταίρου.* Accepisse videntur חדד in notione *poliendi* hoc sensu: *nitescere facit faciem amici*, h. e. sua consuetudine amicum exhilarat. - חָרָה, *ira accendor.* Hos. VIII, 5. Zach. X, 3. - חֵרֵף Pih. *probro afficio.* Prov. XIV, 31. XVII, 5. In utroque loco non aliter legerunt, sed ita, et quidem non male quoad sensum, libere verterunt. - מָרָה, *rebello.* Num. XX, 24. - נִאֵץ: נָאַץ, Kal et Pih. *sperno.* Num. XIV, 11. 23. Deut. XXXII, 19. ubi tamen *παρωξύνθη* est glossema ex alia interpretatione. 2 Sam. XII, 13. ubi *παροξύνειν* non tam *ad iram provocare*, quam in universum *provocare*, *irritare* notat, quemadmodum נִאֵץ h. l. notat *incitare ad blaspheme et contumeliose loquendum*, nempe de vera religione. Vnde *Symmachus* h. l. non male formula *βλασφημεῖν ποιεῖν* usus est. Add. *οἱ Γ'* Ies. LX, 14. *Symm. Theod.* Prov. I, 30. *Symm.* Psalm. X, 3. - *נָצָה, *avolo, celeriter abeo.* *Incertus* sec. *Theodoretum et Cod. Norimb.* Thren. IV, 15. pro נצו habent *παρώξυναν*, legentes nempe נִאֲצוּ. - עָצַב, *dolore afficio.* Ies. LXIII, 10. - קָצַף: הִקְצִיף, Kal et Hiph. *effervesco*, *fervere facio.* Deut. I, 34. IX, 7. Ies. XLVII, 6. - רָגַז: הִרְגִּיז, Kal et Hiph. *commoveo*, *commoveor.* Ies. V, 25. *παρωξύνθη τὰ ὄρη*, *commovebantur* montes. Ies. XIV, 16. *ὁ παροξύνων τὴν γῆν*, *commovens* terram. Ierem. L, 34. *παροξυνεῖ τοῖς κατοικοῦσι Βαβυλῶνα*, *perturbabit* incolas Babylonis. - רָהַב, *corroboro.* Prov. VI, 3. *Corroborare* in hac orationis serie *instare*, *urgere* notat, h. e. *ad solutionem incitare.* - שָׁנַן, *acuo.* Deut. XXXII, 41. *παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μάχαιραν*, *acuam*, tanquam fulgur, gladium. - תְּחָרֶה Pih. *misceo.* Ierem. XXII, 15. *παρωξύνθης ἐν Ἀχάζ, τῷ πατρί σου*, *aemulatus es* Achaz, patrem tuum. Conf. *Ghislerii Catenam* in h. l. ubi *Incertus παρωξύνθης* interpretatur *παραζηλοῖς*, *aemularis*, et *Olympiodorus ἐζήλωσας*, *aemulatus es.* Caeterum legerunt מְתַחֲרֶה, a חרה, *aemulari*, *zelo moveri*, *contendere.*

ΠΑΡΟΞΥΣΜΟ'Σ, *exacerbatio.* קֶצֶף, *fervor irae.* Deut. XXIX, 28. Ierem. XXXII, 37. Conf. Act. XV, 39. – תַמּוּז, nomen proprium idoli. *Incert.* Ezech. VIII, 14.

ΠΑΡΟ'ΠΤΟΜΑΙ, *conniveo*, *dissimulo.* הִתְבּוֹנֵן Hithp. a בִּין, *animadverto.* Iob. XI, 11. *ἰδὼν δὲ ἄτοπα*, *οὐ παρόψεται*, videns autem indecentia, non dissimulabit. Contrariam proposuerunt sententiam. Nam in textu hebr. legitur: *Videt scelera, quanquam ad ea attendere non videatur.* Fortasse loco *οὐ* legendum est *καὶ* aut *εἰ καί*.

ΠΑΡΟ'ΡΑΣΙΣ, *aspectus obliquus et negligens*, *contemtus*, *neglectus*, *despicientia.* עָלוּם, *occultus.* *Aqu.* Psalm. LXXXIX, 8. (עֲלֻמֵנוּ, *absconditum nostrum*, h. e. *peccata, quae nos latent, sive per incuriam commissa*, *sive quia oblivio ea delevit e memoria*) *παρορά́σεις*, h. e. *lapsus*, *Versehen.* 2 Macc. V, 17. *διὸ γέγονε περὶ τὸν τόπον παρόρασις*, quamobrem fuit circa locum *despectio*, s. *locus despectus factus est.* Adde *Eustath.* in Il. *α'*. p. 6, 38. *Lucian. Iudic. Vocal.* p. 28. B.

ΠΑΡΟΡΑ'Ω, *transversum intueor*, *perperam video*, *videre negligo*, *videre me dissimulo*, *conniveo*, it. *contemno*, *praetermitto*, *negligo.* נֶעְלָם Niph. *abscondor.* 1 Reg. X, 3. *οὐκ ἦν λόγος παρεωραμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως*, nihil a rege *praetermittebatur.* *Suidas:* *παρεωραμένος*, *ὁ καταφρονηθείς.* *Symm.* et LXX Cohel. XII, 14. *ἐν παντὶ* (sc. *ἔργῳ*) *παρεωραμένῳ*, in omni opere, quod *neglectum* vel *dissimulatum* est. Nahum. III, 11. *ἔσῃ παρεωραμένη*, eris *contemta.* *Gloss. Brem.* *παρεωραμένη*, *καταφρονηθεῖσα.* Idem tradit *Zonaras* *Lex.* 1518. Sic *Aelianus V. H.* II, 21. *οἰόμενος τὸν ἐραστὴν ὑπὸ τῶν παιδικῶν παροράσθαι*, arbitratus, amatorem ab amasiis *contemni.* – עָוֹן, *iniquitas.* *Al.* Iob. XI, 6. *παρεωραμένα*, a te *neglecta.* Sap. XI, 24. *παρορᾷς ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν*, *dissimulas* te *videre* peccata hominum in poenitentiam, h. e. ut bene exponitur in *Lexico Pasoris*, *non punis* (*illico*) *peccata*, *ut des locum poenitentiae.*

'ΙΔΩ'Ν ΠΑΡΟΡΑ'Ω, *videns conniveo.* הֶחֱשָׁה מֵעוֹלָם, *sileo a saeculo.* Ies. LVII, 11. *καὶ ἐγώ σε ἰδὼν παρορῶ*, *καὶ ἐμὲ οὐκ ἐφοβήθης.* Legerunt וּמַעְלִם aut in Hiph. מַחֲזֶה וּמַעְלִים, ab עָלַם, *abscondo faciem*, *averto faciem.* In l. *Samar.* עָלַם *connivere* notat. Et haec est vera lectio, quam ex parte etiam expressit *Vulgatus*, qui habet: *Ego tacens*, *et quasi non videns.*

ΠΑΡΟΡΓΙ'ΖΩ, *ad iram provoco*, *irrito*, *perturbo*, *dolore afficio.* גִּדֵּף Pih. *probro afficio.* Ezech. XX, 27. – הִכְעִיס Hiph. *ad indignationem provoco.* Deut. IV, 25. XXXI, 29. Ezech. XXXII, 9. *παροργιῶ καρδίαν λαῶν πολλῶν*, *perturbabo*, h. e. gravi dolore afficiam, cor multorum populorum. – הֶעֱצִיב Hiph. *dolore afficio.* Psalm. LXXVII, 45. –

הִקְצִיף Hiph. *fervere facio.* Psalm. CV, 32. Zach. VIII, 14. – הִרְגִּיז Hiph. Esdr. V, 12. Iob. XII, 6. Adde *Theodot.* 1 Sam. XXVIII, 15. ubi *perturbare*, *inquietare* notat. LXX Intt. habent παρενώχλησάς με. *Vulg. inquietasti me.* – *הִתְרוֹמֵם Hithp. *extollo me*, a רוּם. Dan. XI, 36. sec. cod. *Chis.* καὶ παροργισθήσεται. Videtur interpres in voce hebr. spectasse vehementiorem animi commotionem, qua rex transversus agebatur, atque hac ratione de *ira* cogitasse. Vide ad h. l. notas *Segaarii* p. 78. sequ. – מֹרַת רוּחַ, *amaritudo spiritus. Hebr. Int.* Gen. XXVI, 35. παροργίζουσαι. – נִאֵץ Pih. Psalm. IX, 36. Ies. I, 4. Adde *Theodot.* et LXX sec. ed. *Rom.* 2 Sam. XII, 13. ubi non tam *ad iram provocare*, quam in universum *provocare*, *irritare* notat, quemadmodum et נִאֵץ ibi significat *incitare ad blaspheme et contumeliose loquendum de vera religione*, unde a *Symmacho* per βλασφημεῖν ποιεῖν expressum est. – נִחַם Pih. *consolor.* Ezech. XVI, 54. Fortasse בְּנַחֲמֵךְ deduxerunt a חָמַם, quod interdum *ira calefieri* s. *accendi* notat, v. c. Deut. XIX, 6. – קִנֵּא Pih. *ad zelum moveo.* Psalm. CV, 17. – קָצַר, *decurtor.* Mich. II, 7. οἶκος ἰακὼβ παρώργισε τὸ πνεῦμα κυρίου. Ita transtulerunt convenienter quidem usui loquendi (nam קָצַר cum nomine נֶפֶשׁ aut רוּחַ interdum *indignationem* notat. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1447.), sed admodum aliene ab hoc loco. – תַּמְרוּרִים plur. *amaritudines.* Hos. XII, 14. Legerunt וְהֵמְרָה. Sirac. IV, 2. μὴ παροργίσῃς ἄνδρα ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ, ne *dolore afficias* aut *contristes* aliquem in angustiis versantem: et ib. v. 3. καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς, animum *perturbatum*, h. e. *dolore affectum*, non amplius perturbes.

ΠΑΡΟ'ΡΓΙΣΜΑ, *provocatio ad iram*, *irritatio*, vel *ira*, *in quam quis concitatus est.* כַּעַס. 1 Reg. XXI, 22. περὶ τῶν παροργισμάτων, ὧν παρώργισας, *propter peccata*, *quibus iram meam provocarunt*, *et ad quae tu illos incitasti.* Legitur praeterea 1 Reg. XVI, 33. ubi nihil quidem in textu hebr. legitur, sed παροργίσματα *peccata* notat et *flagitia*, *quibus ira Dei provocatur.*

ΠΑΡΟΡΓΙΣΜΟ'Σ, idem. כַּעַס, *indignatio.* 1 Sam. I, 6. 1 Reg. XV, 30. ubi *peccata* notat, *quibus ira Dei provocatur*, coll. 2 Reg. XXIII, 26. Adde *Aqu. Symm.* Psalm. XXX, 10. – נְאָצָה et נֶאָצָה. 2 Reg. XIX, 3. Nehem. IX, 18. – קֶצֶף, *fervor irae.* *Al.* Ierem. XXI, 5. παροργισμοῦ. *Symm.* Psalm. X, 14. ubi *moerorem*, *animi aegritudinem* notat.

ΠΑΡΟΡΙ'ΖΩ, *fines transfero*, *transmoveo.* Vide Παρορμίζω.

ΠΑΡΟΡΜΑ'Ω, *incito*, *excito*, *concito*, *impello.* רָהַב, *corroboro. Aqu. Theod.* Prov. VI, 3. παρόρμησον, h. e. *urge*, *insiste*, quam notionem ibidem quoque vox hebr. habet.

Conf. Ies. III, 1. 2 Macc. XV, 17. ἐπ' ἀρετὴν παρορμῆσαι, ad virtutem *incitare*. *Hesych.* παρορμᾷ, προτρέπεται, διεγείρει, παροξύνει.

ΠΑΡΟΡΜΙ'ΖΩ. הֵסִיג Hiph. a נָסַג, *amoveo*. *Symm.* Hos. V, 10. ὡς παρορμίζοντες, pro quo tamen *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* bene legendum censet: ὡς παρορίζοντες, sicut *fines transmoventes*, seu *limites transilientes*, *terminos egredientes* (unde παρόριος, *elimes*, *Gloss. Vett.*), h. e. metaphorice: *violantes et transilientes leges et instituta a Deo praescripta.*

ΠΑΡΟΥΣΙ'Α, *praesentia*, *adventus*. 2 Macc. VIII, 13. τὴν παρουσίαν τοῦ στρατοπέδου, *adventum* exercitus. 2 Macc. XV, 21. Conf. 1 Thess. III, 13. Eodem sensu apud profanos auctores occurrit. *Suidas* de hac voce: καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι δὲ τάσσεται, ὡς καὶ ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους. Τὴν παρουσίαν τῶν ἐγγὺς ὄντων. Θουκυδίδης ἐν τῷ πρώτῳ. Βυζάντιον γὰρ ἑλεῖν τῇ προτέρᾳ ἀπουσίᾳ. Τούτῳ γὰρ τὸ ἐναντίον σημαίνει ἡ ἀπουσία.

ΠΑΡ'ῬΗΣΙ'Α, *libertas quidvis dicendi*, *confidentia*, *fiducia*, etiam *audacia*. Sap. V, 1. στήσεται ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος, stabit in magna *confidentia* iustus. Conf. Eph. III, 12. Phil. I, 20. *Lex. vet.* παῤῥησία, *licentia*, *fiducia*, *confidentia*. *Hesychius* et *Suidas*: παῤῥησία, ἐξουσία, ἄδεια. Confer *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 616. et *Lex. N. T.* s. h. v.

**ΠΑΡ'ῬΗΣΙ'Αι*, *palam*, *libere*, *fiducialiter*. נֶגֶד אֱלֹהִים, *coram Deo*. *Inc.* Psalm. CXXXVII, 1. παῤῥησίᾳ θεὲ ᾄσω σε: ubi simul notandum, illud θεὲ sine dubio ex alia versione huc irrepsisse.

ΠΑΡ'ῬΗΣΙ'ΑΝ 'ΑΓΩ, *libertate dicendi utor*, *libere loquor.* Eandem notionem habet hebr. נָתַן קוֹל, *vocem edo*, cui apud LXX respondet Prov. I, 20.

ΠΑΡ'ῬΗΣΙ'ΑΝ "ΕΧΩ, *libertatem dicendi habeo*, *libere ac intrepide loquor.* הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me.* Iob. XXVII, 10. μὴ ἔχει τινὰ παῤῥησίαν ἔναντι αὐτοῦ; num *libere loquetur* coram illo? Conf. notata infra ex Iob. XXII, 26. s. v. παῤῥησιάζομαι.

ΟΥ'Κ "ΕΧΩ ΠΑΡ'ῬΗΣΙ'ΑΝ, *non habeo dicendi libertatem*, *non dico confidentia*, *non sine formidine vel non intrepide loquor.* הַחְפִּיר Hiph. *pudefacio*, h. l. *turpem et putidum me praebeo.* Prov. XIII, 5. ἀσεβὴς δὲ αἰσχύνεται, καὶ οὐχ ἕξει παῤῥησίαν, impius autem confunditur, et non habebit facultatem libere vel intrepide loquendi, quia nempe in mendacio deprehensus (de quo h. l. sermo est) fidem, etiamsi vera dixerit, sese inventurum desperat. Confer Phil. I, 20.

ΜΕΤΑ' ΠΑΡ῾ΡΗΣΙ'ΑΣ, *cum fiducia*, *confidenter, audacter*. קוֹמְמִיּוּת, *erectio*. Levit. XXVI, 13. ἤγαγον ὑμᾶς μετὰ παῤῥησίας, duxi vos cum fiducia, h. e. ita, ut erecto et fidenti animo essetis. Bene quoad sensum. In textu hebr. legitur: Fractis vectibus iugi vestri effeci, ut erecti incedere possetis; ubi *erectio* opponitur *servituti*. 1 Macc. IV, 18. λήψετε τὰ σκῦλα μετὰ παῤῥησίας, capietis spolia *fidenti animo*, h. e. *nemine vos impediente*. Confer Hebr. IV, 16. *Vulg.* habet *securi*, aut *secure*. – Vide alibi s. v. ἐλέγχω.

**ΠΑΡ῾ΡΗΣΙΑ'ΖΩ ΤΙΝΙ'*, *fiducialiter ago cum aliquo.* נֶגֶד אֱלֹהִים, *coram Deo*, seu: *in conspectu angelorum s. sacerdotum*. *Inc.* Ps. CXXXVII, 1. παῤῥησιάσω σοι, fiducialiter tecum agam, ubi tamen fortasse legendum erit: ἐν παῤῥησίᾳ ᾄσω σοι. Conf. *Hexapla*.

ΠΑΡ῾ΡΗΣΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *libere loquor*, *confidenter*, *intrepide dico aut facio*. הֵפִיחַ Hiph. a פּוּחַ, *efflo*. Psalm. XI, 6. παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ, *confidenter agam* in illo. *Vulg. fiducialiter agam in eo*: coll. Prov. XII, 17. VI, 19. *Starcke* in *Carm. Dav.* Vol. I. p. 183. coniicit, eos legisse אוֹפִיעַ לוֹ. *Arab.* فاه, *verba fecit*, *allocutus est*. *Zonaras Lex.* 1523. παῤῥησιάσομαι, ἄδειαν καὶ ἐξουσίαν λάβω. Est autem παῤῥησιάζεσθαι ἐν τινὶ h. l. *libere defendere, aperte tueri ac patrocinari*. Imago desumta est a iudicibus, aut advocatis accusatum defendentibus, aut pro illo sententiam dicentibus. *Lex. Vetus*: παῤῥησιάζομαι, *fiducialiter ago*. – הוֹפִיעַ Hiph. a יָפַע, *splendeo*. Psalm. XCIII, 1. θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο Deus ultionum *libere egit*. Ita transtulit *Bielius*. Sed παῤῥησιάζεσθαι ibi non *libere agere* notat, sed *palam apparere*, quemadmodum et הוֹפִיעַ h. l. notat *venire ad iudicium*, adiuncta notione *splendoris et magnificentiae*. Conf. Psalm. L, 2. ubi LXX habent: ἐμφανῶς ἥξει. – הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me*. Iob. XXII, 26. εἶτα παῤῥησιασθήσῃ ἐναντίον κυρίου, deinceps *libere* vel *confidenter loqueris coram Domino*, aut: *cum summa libertate ac confidentia petere poteris a Deo*. Conf. 1 Ioh. III, 21. V, 14. – *שַׁלֶּטֶת foem. *imperiosa*, *dominatrix*, *domina*. *Theodot.* Ezech. XVI, 30. πόρνη παῤῥησιαζομένη, meretrix non *imperiosa*, sed *quae confidenter agit*, *impudens*, ex arab. سلاطة. *Vulg. procax*. Praeterea reperitur Prov. XX, 9. ubi παῤῥησιασθήσεται, cui nihil respondet in textu hebr., de suo addiderunt, ut membra parallela redderent. Sirac. VI, 12. ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παῤῥησιάσεται, in servos tuos *libere aget*.

ΠΑΡΩΘΕ'ΟΜΑΙ, *dimoveo*, *expello*, *eiicio*, *abrogo*, *reiicio*, *depello*. 2 Macc. IV, 11. τὰ κείμενα τοῖς Ἰουδαίοις φιλάνθρωπα βασιλικὰ — παρώσατο, quae Iudaeis humaniter a

regibus statuta erant — *dimovebat* vel *abrogabat*. *Hesych.* παρώσατο, ὤσατο καὶ ὤθησεν. Idem: παρωσάμενος, ἀποθήσας (scribe ἀπωθήσας e *Lex. Cyrilli MS. Brem.*), ἀποβαλών.

**ΠΑΡΩΡΑΪΣΜΟ'Σ*. Vide παρωρισμός.

ΠΑΡΩΡΙΣΜΟ'Σ, *intempestivitas*. תִּירוֹשׁ, *mustum*. *Aqu.* Ies. XXIV, 7. quia sc. vindemia male cesserat. In margine *Procopii* legitur παρωραϊσμός. *Hesych.* πάρωρον, παρὰ καιρόν.

ΠΑ'Σ, ΠΑ͂ΣΑ, ΠΑ͂Ν, *omnis*, *omne*, *totus*, *multus*. אַךְ, *tantummodo*. Prov. XI, 23. ἐπιθυμία δικαίων πᾶσα ἀγαθή. Πᾶσα i. e. διόλου, σφόδρα, coll. v. 25. Adde Levit. XXVII, 26. καὶ πᾶν, ubi pro πᾶν *Aqu. Symm. Theod.* melius habent πλὴν, quod fortasse reponendum est, nisi πᾶν dicas, ut et alibi, explicandi causa esse insertum, et καὶ referri ad אַךְ. - *אַנְשֵׁי בֵיתוֹ, *viri domus*, h. e. *domestici*. Mich. VII, 6. ubi tamen pro ἐχθροὶ πάντες ἀνδρὸς legendum suspicor ἐχθροὶ ἀνδρὸς ἄνδρες. Sed *Arabs* quoque receptam lectionem tuetur. - *בָּזָא, *subiicio mihi*, *inundo*. Ies. XVIII, 2. ubi pro πάντες nonnullis videtur scribendum ἐπάτησαν vel κατεπάτησαν. Sed πάντες ibi e sequenti commate irrepsit, ut בָּזְאוּ prorsus omiserint. - בַּיִת, *domus*, *familia*. Esth. VIII, 3. ἐπὶ πάντων πῶν τοῦ Ἀμάν. - *גּוֹרָל, *sors*. Prov. XVI, 33. πάντα, ubi *Int.* גּוֹרָל non de *tessera sortis* intellexit, sed de *toto illo*, e. g. *haereditatis* aut *praedae*, quod per partes sortiendo distribuendum esset. Vide ad h. l. *Iaegerum*. - *דָּשֵׁן, *impinguo*. Prov. XI, 25. ubi pro תְּדֻשָּׁן, *impinguabitur*, LXX habent πᾶσα ἁπλῆ. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. ex πᾶσα refingendum πιανθεῖσα ad reliquorum πιανθήσεται, voce ἁπλῆ autem editionem antiquam designari existimat. *Iaegero* vero πᾶσα pro διόλου, σφόδρα, coll. v. 25., ab interprete additum videtur. - *וְאֵת. Iud. VIII, 8. sec. cod. *Bas.* κατὰ πάντα. Repone κατὰ ταῦτα, ut in *Compl. Ald.* et *Oxon.* legitur. - כִּימָה, *pleiades*. Amos. V, 8. πάντα. Num legerunt כָּל־מָה aut כֻּלָּה? Ita quoque *Vetus Itala*. Sed alibi recte transferunt πληϊάδας, ut h. l. quoque *Theodotion* habet, unde *Semlero* πληϊάδα h. l. ob compendium in πάντα inepte conversum fuisse videtur. - כֹּל, *omnis*. 2 Par. XXXI, 5. ἐπιδέκατα πάντα, *decimas omnis generis*. Cohel. II, 5. ξύλον πᾶν καρποῦ, *omnis generis* arbores frugiferas. Exod. XXXV, 31. sec. ed. *Compl.* ubi πάντα ponitur pro κατὰ πάντα, *in omni rerum genere*. Reliqui libri habent πάντων. 2 Sam. XIII, 37. ubi πᾶς positum est pro πολὺς, coll. v. 39. - *כִּלָּה, *perfecit*. Prov. XVI, 30. πάντα. Videntur כֹּל legisse. Sed quia, ut ad vocem ὁρίζω iam observatum est, כִּלָּה per ὁρίζει a LXX expressum est, statuere mallem, eos πάντα h. l. de suo addidisse, ut vel e versione *Incerti Int.* apparet. - כֻּלּוֹ, *omnis ille*, i. e. *universum*, *turmatim*. *Symm.* Prov. XXX, 27. - כָּלִיל, *totum*. 1 Sam. VII, 9. Ies. II, 18. - כְּלָיוֹת plur. *renes*. Iob. XIX, 27. Videntur mihi legisse כְּלִילָה, aut כְּלִילַת. *Trom-*

mio autem et *Bielio* כֹּל. - כִּלָּם, *consumsit eos*. Thren. II, 22. Hic legerunt vocem ea ratione punctatam, qua significat *omnes eos*, nempe כֻּלָּם. - *כַּלְנֵה, nomen proprium, *Chalane*, ut *Vulgatus* transtulit. Amos. VI, 2. *πάντες*. Sec. *Cappellum Crit. S.* T. III. p. 191. legerunt כַּלְנֵה pro כָּל־הֵנָּה, aut, ut *Scharfenbergius* mavult, כֻּלְּכֶם. - *לֵךְ, *vade*. Prov. XIV, 7. *πάντα*. Num כֹּל legerunt? - *מְנַצְּחִים, *sollicitatores*. 2 Par. XXXIV, 13. *ἐπὶ πάντων* sec. cod. *Vatic.* ubi vel legendum erit *ἐπιστατῶν*, quod reliqui libri habent, vel ante *ἐπὶ* supplendum erit *τῶν* sensu eodem, ut sit versio alius interpretis. - *מִלְּתָא chald. *sermo*. Dan. II, 17. sec. cod. *Chis. πάντα*. Bene quoad sensum. - מַפָּל, *deciduum*, *quisquiliae*. *Inc.* et LXX Amos. VIII, 6. *ἀπὸ πάσης πράσεως ἐμπορευσώμεθα*. Hic legerunt, ut plerique statuunt, מִכֹּל, *ex omni*. Mihi vero sensum expressisse videntur. - נֶפֶשׁ, *anima*. Prov. XIII, 4. Sc. נֶפֶשׁ notat quoque *id quod halitum habet*, *hominem*, *personam quamvis*. - עֵדָה, *congregatio*. Num. XXXI, 12. - עָם, *populus*. Iud. XX, 22. *πᾶς* sec. ed. *Ald.* Sensum expresserunt, nec opus est, ut *λαὸς* reponatur, aut cum *Tychsenio* statuatur, eos כֹּל legisse. - *קוּם, *sto*. Iob. XXIX, 18. Librariorum culpa lectionem *πάντες* pro *στάντες*, ut *Grabii* dilegentia nunc legimus, ortam esse, facile concedendum est, quanquam hanc emendationem haud omnino necessariam putem. - רֹב, *multitudo*. Ierem. XXX, 12. - *שְׁתֵּי, *duo*. 2 Sam. XXI, 5. sec. *Hex.* pro *ἐν ταῖς δυσὶν αὐλαῖς* habent: *ἐν πάσαις αὐλαῖς*. Non aliter legerunt, sed quia putarunt, duo atria aris omnibus corporibus coelestibus exstruendis non suffecisse, *omnia* substituerunt. - תֹּהוּ, *inane*. Ies. XXIV, 10. *ἠρημώθη πᾶσα πόλις*. Hic quoque *πᾶσα* pro *ὅλου*, *σφόδρα* positum esse videtur, et tunc omnia bene conveniunt. - תַּחַת, *sub*, *subtus*. Gen. XLIX, 25. *πάντα*. Ita verterunt, quia antecedens רֹבֵץ per *ἔχειν* transtulerant. - תָּמִיד, *iugiter*. Prov. XXVIII, 14. Sirac. XVII, 31. (28.) *οὐ γὰρ δύναται πάντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις*, *non est hominum omnimoda perfectio*, debiles sunt atque infirmi. Sap. VII, 9. *πᾶς*, *quicunque*. Sir. I, 1. *πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου*, *summa* in Deo est sapientia. Sic etiam apud Latinos *omnis* pro *magnus*, *summus*, *perfectus* ponitur. Ep. Ierem. v. 25. simulacra auro obducta *ἠγορασμένα ἐκ πάσης τιμῆς*, *quovis* i. e. *summo* pretio emta. *Syrus*: *magno pretio*. *Polyb.* I, 39, 3. *εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν*. Idem III, 77, 4. *ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ*. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Sir. XLII, 12. *παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ*, *nullo*, *ne uno quidem excepto*, coll. v. 20. 1 Macc. V, 24. *μὴ ἀφῆτε παντὶ ἀνθρώπῳ παρεμβαλεῖν*, ne *ulli*, *quicunque sit*, tentorium figere permittatis.

**ΤΟ' ΠΑ'Ν*, ut apud profanos, ita quoque in libris apocryphis V. T. est interdum i. q. *τὸ ὅλον*, *universum*, *re-*

rum universitas. Sir. XLII, 17. Fragm. Esth. IV. *ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ σου τὸ πᾶν ἐστι. Hesych. τὸ πᾶν, τὸ ὅλον.* Conf. *Fischeri Proluss. de Vitiis Lex. N. T.* p. 164. Sir. XLIII, 27. *συντέλεια λόγων τὸ πᾶν ἐστιν αὐτός*, h. e. ut recte interpretatus est *Bretschneiderus:* semper ad illud dictum recurrendum esset, ipsum esse omnium rerum summum et praestantissimum.

"ΑΜΑ ΠΑ'ΝΤΕΣ, simul omnes. פִּי אֶחָד, *uno ore.* Ios. IX, 2.

ΠΑ'ΝΤΑ ΤΑ' ΑΥ'ΤΟΥ˜, omnia ipsius. מִקְנֵה קִנְיָנוֹ, *pecus possessionis eius.* Gen. XXXI, 18.

**ΚΑΤΑ' ΠΑ'ΝΤΑ.* בְּזֹאת. *Inc.* Iud. VIII, 8.

ΠΑΡΑ' ΠΑ'ΝΤΑΣ, prae omnibus. בְשֵׁם, *in nomine.* Exod. XXXIII, 12. 17. *οἶδά σε παρὰ πάντας*, novi te *prae omnibus:* ubi etiam optimi Intt. בְשֵׁם *prae aliis* transtulerunt. Conf. Luc. XIII, 2. Rom. I, 25. *Hesych. παρὰ πάντας, ὑπὲρ πάντας.*

'Ο ΤΑ' ΠΑ'ΝΤΑ ΠΟΙΗ'ΣΑΣ, qui omnia fecit. שַׁדַּי, *omnipotens.* Iob. VIII, 5.

**ΔΙΑ' ΠΑΝΤΟ'Σ.* יִשְׂמָח, *exhilarabit.* Prov. XIII, 9. Ita transtulerunt ob sequens *σβέννυται*, neglecto tropo. Quia tamen ita sententia abrupta est, post *διὰ παντὸς* aliquid excidisse credit *Iaegerus*, v. c. *χαρτόν.* Ps. XVIII, 14. post *ἐνώπιον αὐτοῦ* LXX addiderunt *διὰ παντός. Cappellus in Critica S.* p. 269. putat, eos סֶלָה legisse. *Koehlerus* autem loco *διὰ παντὸς* reponere mavult *διάψαλμα.* – *שָׁמִיר, *adamas.* Ezech. III, 9. Legerunt תָמִיר. Vide supra s. *διαπαντός.* – Vide quoque alibi *Ζωὴ* et *'Ημέρα.*

ΠΑ'ΣΣΑΛΟΣ, attice *ΠΑ'ΤΤΑΛΟΣ, clavus ligneus, paxillus.* *יָד, *manus.* Deut. XXIII, 13. Confer *Golium* p. 2755. – יָתֵד, *paxillus.* Exod. XXVII, 19. XXXV, 17. XXXVIII, 20. et alibi. – מָחֲצָה, *transfixit. Symm.* Iud. V, 26. Legit fortasse מַחְצֵה. – עַמּוּד, *columna.* Exod. XXXIX, 33. Sirac. XIV, 25. *πήξει πάσσαλον ἐν τοῖς τοίχοις αὐτῆς*, tabernaculum sibi figet iuxta eam, ut prope eam commoretur, et assidue versetur. Ibid. XXVI, 14. et XXVII, 2.

ΠΑ'ΣΣΩ, spargo. זָרַק, idem. Exod. IX, 8. *πασάτω Μωϋσῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, spargat* Moses in coelum. *Hesych. πασσάτω* (lege *πασάτω e Lex. Cyrilli MS. Brem.*), *ῥανάτω.* Ibid. v. 10. – פִּזֵּר Pih. *spargo.* Psalm. CXLVII, 5. Vide et Sir. XLIII, 21. 3 Macc. I, 18. *καὶ σποδῷ καὶ κόνει τὰς κόμας πασάμεναι*, et cinerem et pulverem in comas suas *spargentes.*

ΠΑΣΤΟ'Σ, thalamus. חֻפָּה, *thalamus nuptialis*, vel *umbraculum, quo sponsus et sponsa teguntur.* Psalm. XVIII, 5. Ioel. II, 16. Vide et 1 Macc. I, 28. (*καθημένη ἐν παστῷ, sponsa vel nova nupta.*) et 3 Macc. IV, 6. *Pollux* Lib. III. c. 3. segm. 37. *τὸ δὲ παρὰ τῇ εὐνῇ παραπέτασμα παστός. He-*

sychius derivat a *πάσσειν*, *variare.* Cum enim ex poeta *ἐνέπασσε* in v. *πάσσε* exponit *ἐνεποίκιλλε*, addit: *Ἔνθεν καὶ παστὸς τὸ γαμικὸν ποίκιλμα.* Vid. idem in *ἐνέπασσεν.* Dicitur alias *παστάς. Suidas: παστὰς, ὁ παστὸς, νυμφών.*

ΠΑΣΤΟΦΟ'ΡΙΟΝ vel *ΠΑΣΤΟΦΟΡΕΙ͂ΟΝ*, *pastophorium*, *locus*, *ubi thalamus stat*, it. *cubiculum*, *cella*, *gazophylacium.* Ex sententia *Sturzii* de *dial. Maced:* pag. 110. *παστοφόριον* est *conclave* s. *cellula prope templum exstructa, in qua degerent vel habitarent unus pluresve pastophori*, h. e. *genus sacerdotum*, de quo vid. idem ib. p. 107. *Heinsio παστοφόρια* sunt conclavia, in quibus thesauri, vasa ac supellex caetera asservabantur, tum sacerdotes ac Levitae commorabantur. לִשְׁכָּה, *cella*, *cubiculum.* 1 Par. IX, 26. 33. (ubi etiam *οἱ ἄλλοι* ita interpretati sunt.) XXIII, 28. XXVIII, 12. Ierem. XXXV, 4. Ezech. XL, 18. *Olympiodorus παστοφόριον* Ierem. l. c. interpretatur *γαζοφυλάκιον*, et *Schol. παστοφόρια* Ezech. l. c. *γαζοφυλάκια.* Sic et *Gloss. MS.* in lib. I. *Paralip. παστοφόριον* (MS. vitiose *παστοφορεῖν*), *γαζοφυλάκιον.* Vide *Ghisler. Caten. in Ierem.* p. 750. *Al.* Esdr. VIII, 28. - סֹכֵן, *praefectus aulae* s. *thesauris.* Ies. XXII, 15. Legerunt סֻכָּן, *habitaculum*, coll. arab. سُكْن. - שַׁלֶּכֶת, nomen portae Hierosolymitanae. 1 Par. XXVI, 16. Vide et 3 Esdr. VIII, 61. IX, 1. 1 Macc. IV, 38. ubi *Syrus* reddit *ornatus*, et v. 57. *instrumenta ornatus.* Secundum *Baduellum παστοφόρια* erant *tabernacula, in quibus habitabat praepositus templi.* Apud *Hesychium παστοφόριον* exponitur *τὸ τὸν παστὸν φέρον, ἢ οἰκονομία, ἢ συναγωγὴ, ἢ ναὸς εὐανθής. Lex. Cyrilli MS. Brem. παστοφόριον, ταμεῖον, ἔνθα ὁ νυμφών.* Adde *Ioseph. A. I.* XI. p. 562. *B. I.* IV. p. 307, 4. ubi vide notas. *Suidas: παστοφορεῖον, τὸ φέρον τὸν παστόν.*

ΠΑΣΤΟ'Ω, *thalamum pono.* חָפַף, *operio. Aqu.* Deut. XXXIII, 12. *παστώσει.*

ΠΑ'ΣΧΑ, *pascha.* פֶּסַח, *transitus*, *festivitas paschalis*, *agnus paschalis.* Exod. XII, 21. *θύσατε τὸ πάσχα*, mactate *agnum paschalem.* Vide et Deut. XVI, 2. 5. 6. et conf. Luc. XXII, 7. 1 Cor. V, 7. Exod. XII, 48. *ποιήσῃ τὸ πάσχα κυρίῳ*, celebret *pascha* Domino. Vide et Num. IX, 2. 4. 6. et conf. Hebr. XI, 28. 2 Reg. XXIII, 22. *οὐκ ἐγενήθη τὸ πάσχα τοῦτο*, non celebratum fuerat *pascha* tale. Vide et v. 23. et conf. Matth. XXVI, 2. ac quae notavi supra in v. *γίνομαι.* Plura de hac voce vide apud auctores citatos *Wolfio* ad Matth. XXVI, 2. p. 365.

ΠΑ'ΣΧΩ, *patior.* חָמַל, *clementia utor.* Ezech. XVI, 5. *τοῦ παθεῖν τι ἐπί σοι*: ubi loco *παθεῖν* reponere mallem *ποιεῖν*, ut *ποιεῖν τι ἐπί τινι* sit *aliquid beneficii tribuere alicui.* - נֶחְלָה Niph. *aegritudine afficior.* Amos. VI, 6. - רָאָה, *video*,

it. *experior.* Esth. IX, 26. Vide et Sap. XII, 27. ubi post πάσχοντες supplendum erit κακά. XVIII, 19. XIX, 13. Sir. XXXVIII, 16. 2 Macc. VII, 32.

ΠΑΤΑ'ΣΣΩ, *percutio, occido.* אָנַף, *irascor.* 2 Par. VI, 36. πατάξεις αὐτούς. *Effectum irae* pro *indignatione ipsa* posuerunt. - *דָּקַק, *contero.* Mich. IV, 13. sec. ed. *Compl.* πατάξεις, quae est sine dubio versio alius interpretis. - *דְּקַק chald. idem. Dan. II, 45. sec. cod. *Chis.* - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Gen. VIII, 21. XIV, 15. XIX, 11. et alibi saepius. 2 Par. XXVIII, 17. ἐπάταξαν ἐν Ἰούδᾳ, percusserunt Iudam. Conf. et quae notavi in v. ἀποκτείνω. Psalm. III, 7. ἐπάταξας. *Zonaras Lex.* 822. ἐπάταξας ἀντὶ τοῦ πατάξεις, scilicet ex hebraica consuetudine. Ies. XLIX, 10. πατάξει αὐτοὺς ὁ καύσων, *feriet* illos aestus. Vide et Ion. IV, 8. 9. *Theod.* et LXX Mich. V, 1. *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. IV, 15. ubi in notione *interficiendi* reperitur. - הֵמִית Hiph. a מוּת, *occido.* 2 Par. XXXIII, 24. Ierem. XLI, 4. Conf. *Wolfium* ad Act. VII, 24. - הֵצִיר וְלֹא חִזֵּק, *ango et non corroboro.* 2 Par. XXVIII, 20. ubi ἐπάταξεν est i. q. ἔθλιψεν, *vexavit*, ut legitur in cod. *Vat.* - *חָבַט, *excutio*, et *decutio baculo.* *Aqu. Symm. Theod.* sec. *Procopium* p. 346. Ies. XXVII, 12. (Conf. *Opuscula Critica* p. 344.) πατάξει, ubi nunc in *Hexaplis* legitur ῥαβδίσει. - חָלַף, *exscindo.* Iud. V, 26. - *חָבַשׁ, *sterno.* 2 Sam. XVII, 23. sec. *Ald.* ἐπάταξε τὸν ὄνον αὐτοῦ. Lectio haec, si sana est, nec fortasse orta ex ἐπέσαξε, quod reliqui libri habent, nihil aliud quam *festinationem discessus* indicare potest, et tunc auctor huius versionis pro חָבַשׁ fortasse legit חָבַט. - *כּוֹנֵן Pih. a כּוּן, *paro me.* *Symm.* Ps. LVIII, 5. πατάξωσι: ubi pro וְיִכּוֹנְנוּ, *et parabunt se*, legit וַיַּכּוּנִי, a rad. נָכָה, *percutio.* - מְחָא chald. Dan. II, 34. 35. - מְחַץ. Deut. XXXIII, 11. sec. *Compl.* ubi alii habent κάταξον. Iud. V, 26. Deut. XXXII, 39. πατάξω. Vnde *Gloss. MS. in Cant. Script.* πατάξω, πλήξω (MS. vitiose κατάξω, πλήσσω), κρούσω. - מַכָּה, *plaga.* Ies. XXVII, 7. - *מְלָא chald. *impleo.* Dan. II, 35. sec. *Complut.* ἐπάταξε πᾶσαν τὴν γῆν. Non possum assentiri *Segaario*, qui in notis ad h. l. p. 13. statuit, quia praecesserat πατάξας, scribentis calamo effluxisse ἐπάταξε pro ἐπλήρωσε, quod habet *Theodotion*, et sine dubio hic esse restituendum. Potius formula *implere universam terram*, quae in textu chald. legitur, h. l. notat *imperium s. tyrannidem exercere in universam terram*, quam notionem LXX, sensum tantum secuti suo πατάσσειν exprimere voluerunt. Conf. v. 45. - נָגַף, *percutio.* Exod. XII, 23. XXI, 22. XXII, 34. et alibi. - נִלְחַם Niph. *pugno.* Num. XXII, 11. - שׂוּם, *pono.* Ezech. XI, 7. ubi שׂוּם, quoad sensum, *interficere* notat. Quod vero attinet ad alterum locum 1 Sam. XV, 2., πατάσσειν in reliquiis *Theodotionis* respondet formulae hebr. שׂוּם בַּדֶּרֶךְ, sequ. לְ, quae con-

venit cum vernacula: *einem etwas in den Weg legen*, h. e. *adoriri aliquem*, *hostiliter tractare.* Restat locus Iud. XVIII, 21. sec. *Ald.* ubi tamen pro ἐπάταξαν fortasse legendum est ἔταξαν, ut habet cod. *Oxon.*, aut ἐπέταξαν. – *שָׁחַר*, *findo.* 1 Sam. V, 9. ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν. Legerunt וַיִּשָּׁחֵר, ita ut ad Deum referatur. Alii contra statuunt, esse haec verba inepto loco posita, et pertinere potius ad וַיַּךְ אוֹתָם וגו׳ v. 6. Vide *Schultensium Opp. min.* p. 167. 1 Macc. I, 1. πατάσσειν *interficere* notat. Conf. ibi vers. *Syr.* 1 Macc. XIII, 44. πατάσσειν per ܣܚܦ, *diruere*, transtulit *Syrus.* Ego vero reddere mallem per *expugnare*, coll. 1 Macc. I, 20. ubi πατάξαι Αἴγυπτον notat *expugnatam Aegyptum sibi subiicere.*

ΠΑΤΕ'Ω, calco, conculco. בּוֹס, verbale, *calcans.* Zach. X, 5. – דּוּשׁ, *trituro.* Ies. XXV, 10. – דָּרַךְ, *calco.* Deut. XI, 24. Iud. IX, 27. Nehem. XIII, 15. et alibi. – דָּרַךְ דֹּרֵךְ, *calcat calcator.* Ies. XVI, 10. – הָלַךְ, *eo, ambulo.* Ies. XLII, 5. – יָרַד, *descendo.* Ioel. III, 13. – רָמַס. Ies. I, 12. XXVI, 6. – שָׁאַף, *anhelo.* Amos. II, 7. τῶν πατούντων ἐπὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς. Ita cod. *Barber. Reg.* et *Laud.* sed secundum cod. *Vatic.* et *Alex.* τὰ πατοῦντα. Vera lectio esse videtur τὸν πατοῦντα, ut legitur in vers. *Arabica*, et fortasse quoque in *Syriaca.* Caeterum habuerunt א in voce שָׁאַף pro matre lectionis, ut sit i. q. שׁוּף. Eadem permutatio ab iis quoque facta est ib. VIII, 4. ubi per ἐκτρίβειν reddiderunt. – שִׁלַּח רֶגֶל, *mitto pedem.* Ies. XXXII, 20.

ΠΑΤΗ͂ΣΑΙ ΠΟΙΕ'Ω, calcare facio. הִדְרִיךְ Hiph. idem. Ies. XLII, 16.

ΠΑ'ΤΗΜΑ, conculcatio, etiam *quod calcatur* vel *calcatum est*, q. d. *calcamentum* et *conculcamentum.* Metaphorice de *homine*, *qui proteritur et opprimitur.* דֹּרֵךְ partic. *calcans.* *Al.* Ies. LXIII, 2. ὡς ἀπὸ πατήματος ληνοῦ. Non male. – מִרְמָס, *locus*, *qui pedibus conculcatur.* Ezech. XXXIV, 19. πρόβατά μου τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν, oves meae, *quae* a pedibus vestris *conculcantur.* – שְׁדֵפָה, *adustio*, *uredo.* 2 Reg. XIX, 26. N. L.

**ΠΑΤΗΤΗ'Σ, calcator, calcans.* Vox haec, quae in *Bielio Thesauro* desideratur, ex mea sententia reddenda est LXX Intt. Ies. LXIII, 2. pro hebr. דֹּרֵךְ, *calcans*, ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, sicut ei, qui torcular calcavit: ubi πατητοῦ non a πατητός, sed a πατητής mihi quidem derivandum videtur. Alias post ληνοῦ supplenda esset vox ἐλθόντος, seu ἐλθόντων.

ΠΑΤΗΤΟ'Σ, calcatus. דֹּרֵךְ part. *calcans.* Ies. LXIII, 2. Vide supra s. πατητής.

ΠΑΤΗ'Ρ, *pater*, it. *auctor*, *doctor*. אָב in plur. אָבוֹת, *patres*, it. *maiores*. Gen. IV, 19. οὗτος ἦν πατὴρ οἰκούντων ἐν σκηναῖς, hic erat pater h. e. *auctor* eorum, qui in tentoriis habitabant. Ios. XVII, 1. πατρὶ Γαλαὰδ, patri h. e. *principi* Galaad. Vide et 1 Par. II, 21. 23. Iud. VI, 11. et *Fesselii adversaria sacra* lib. IV. c. 6. pag. 367 sequ. 2 Reg. II, 12. ἐβόα, πάτερ, clamabat, pater, h. e. *doctor*. Vide et 2 Reg. VI, 21. XIII, 14. et conf. *Fesselii advers. sacra* lib. IV. c. 6. p. 365. Psalm. XXXVIII, 17. πάντες οἱ πατέρες μου, omnes *maiores* mei. *Hesychius*: πατέρες, πλούσιοι, ἢ πρόγονοι. Eodem sensu vox aliquoties in N. T. et apud *Euripidem Orest.* v. 512. legitur. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Sic et τοκῆες, qui alias Graecis sunt πατέρες, γονεῖς, exponente *Hesychio*, *Homero* etiam sunt *maiores* *Odyss.* η', v. 54. ad quem locum *Eustathius*: "Ὅμηρος τὸ τῶν αὐτῶν τοκήων ἀντὶ τῶν προγόνων τέθεικεν. – אֵם, *mater*. Gen. XXVII, 9. ubi loco πατρὸς ex aliis libris reponendum videtur μητρός. – *כְּאֵב, *dolor*. Ies. XVII, 11. Legerunt כְּאָב. – עֶבֶד, *servus*. 1 Reg. XI, 13. Rationem ibi habuerunt eorum, quae ibid. v. 12. leguntur. – *עַם, *populus*. Gen. XXV, 8. προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας sec. cod. *Cotton.* et *Oxon.* Ita sine dubio transtulerunt ex aliis scripturae sacrae locis, ubi haec formula occurrit. *Schol.* ib. πρὸς τοὺς περάτας. Vide infra s. v. περάτης. – רִאשׁוֹן, *prior*. Deut. XIX, 14. οἱ πατέρες σου, *maiores tui*. Bene quoad sensum. – רוּחַ, *spiritus*. Num. XVI, 22. θεὲ τῶν πατέρων. Ita transtulerunt ex aliis SS. locis, v. c. Gen. XLVI, 3. *Holmesio* ad h. l. librarii πνατων et πρων confudisse videntur, ut revera factum est 2 Macc. III, 24. Conf. quoque varietatem lectionis Hebr. XII, 9. 1 Macc. II, 54. φινεὲς ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον, ubi πατὴρ *is* dicitur, *cuius exemplum sequimur.*

ΤΑ' ΤΟΥ' ΠΑΤΡΟ'Σ, sc. χρήματα, *opes*, *facultates*, *quae sunt patris*, *facultates paternae*. אֲשֶׁר לְאָב, *quae patris*, sc. *sunt*. Gen. XXXI, 1. – בֵּית אָב, *domus patris*. Gen. XL, 51. Sic *Aelianus V. H.* lib. XIII. c. 11. dixit τὰ πατρῷα, scil. χρήματα, *patrimonium*. V. *L. Bos. Ellips. Gr.* p. 229. – Vide alibi s. v. ἀδελφός.

ΠΑΤΡΑ'ΔΕΛΦΟΣ, *patruus*, *patris frater*. *אֲחוֹחִי, *'Achochita*, nomen proprium, quod sec. etymologiam notat *patrui sui*. 1 Paral. XI, 11. sec. ed. *Compl.* τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ: quae tamen verba mihi potius ad antecedens דוֹדוֹ referenda esse videntur. – דּוֹד, *patruus*. 1 Sam. X, 15. sec. *Compl. Aqu.* et LXX 1 Par. XXVII, 32. *Aqu.* Cant. I, 13. – דוֹדוֹ, *Dodo*, nomen proprium viri. Iud. X, 1. 2 Reg. XXIII, 9. 24. *Hesych.* πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρός. *Pindar. Isthm.* η', 142.

ΠΑ'ΤΡΑΡΧΑ ΕΙ'ΔΩΛΑ, *idola praecipua.* מֶלֶךְ וֵאלֹהָ, *rex et Deus. Symm.* Ies. VIII, 21. *Doederleinius* in notis ad vers. lat. Ies. p. 39. haecce notavit: *Theodoretus* scribit: οἱ Γ' (*Α. Σ.* et *Θ.*) ἡρμήνευσαν καὶ ἐν θεοῖς αὐτοῦ, alia autem exempla habere πάταχρα, quod vocabulum Syrae originis est, ܦܛܟܪܐ, 1 Cor. V, 10. 11. in vers. Syr. vocem εἴδωλον exprimens, et ipso hoc loco in vers. *Chald.* reperitur פַּתְכָרֵיה. Hanc igitur laudat *Theodoretus.* Num fortasse *Symmachus* scripsit πάτραρχον s. πατράρχους, καὶ εἴδωλα?

ΠΑ'ΤΡΑΡΧΟΣ, *patriae princeps vel dux*, *Deus.* אֱלֹהָ. *Al.* Ies. XXXVII, 38. ἐν τῷ αὐτὸν προσκυνεῖν ἐν τῷ οἴκῳ Νασαρὰχ τὸν πάτραρχον αὐτοῦ, cum adoraret ille in templo Nasarach *deum* suum. *Gloss. MS. in Ies.* vitiose: τὸν πατριάρχην αὐτὸν, τὸν θεὸν αὐτόν. Rectius *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τὸν πάτραρχον αὐτοῦ, τὸν θεὸν αὐτοῦ. *Gloss. MS. in lib. III. Reg.* τὸν πάτραρχον (in cod. *Fabric.* vitiose legitur: τὸν βάτραχον) αὐτῶν φησὶν Ἡσαΐας, τουτέστιν τὸν θεὸν αὐτῶν. Haec verba procul dubio primum scripta fuerunt in margine ad verba IV. Reg. XIX, 37. ἐν οἴκῳ Νεσαρὰχ τοῦ θεοῦ αὐτοῦ, atque adeo perperam glossis in lib. 3. Reg. inserta sunt. Certe apud LXX lib. cit. nullus locus occurrit, ad quem respicere possint. Caeterum tam in *Cod. Fabric.* quam *Barocc.* post θεὸν αὐτῶν male additur ἐλάμ. Ab hac enim voce nova glossa incipit, eamque verba sequentia προπύλην, πρόδρομην, vel, ut in cod. *Fabric.* legitur, προπυλὴν, προδώμην interpretantur.

ΠΑΤΡΙΑ', *tribus*, *genus*, *familia.* אָב, *pater.* Exod. XII, 3. Num. I, 2. 16. et alibi saepius. – אָבוֹת plur. *patres*, *maiores. Inc.* Num. XXXIV, 24. *Symm.* Deut. XVIII, 8. πατριαί. Conf. Luc. II, 4. et quae ex *Herodoto* ad h. l. notat *Raphelius* p. 221. – בֵּית אָב, *domus patris.* Exod. VI, 25. Num. I, 18. – *מִשְׁמַעַת, *auscultatio.* 1 Par. XI, 25. κατέστησεν αὐτὸν Δαβὶδ ἐπὶ τὴν πατριὰν αὐτοῦ. Legerunt vel עַל־מִשְׁפַּחְתּוֹ (cf. Exod. VI, 15. 1 Sam. IX, 21.), vel scripserunt ἐπὶ τὰ ὠτάρια αὐτοῦ. Certe *Hieronymus*, aut quisquis est latinus interpres, ita legisse videtur. Vertit enim: *ad auriculam suam.* – מִשְׁפָּחָה. Exod. VI, 15. Deut. XXIX, 18. Lev. XXV, 10. ubi cod. *Vat.* aliique libri pro πατρίδα habent πατριάν. 1 Par. V, 7. cod. *Alex.* τῇ πατριᾷ, sed cod. *Vat.* et *Aldinus* liber legunt τῇ πατρίδι. Vide infra s. πατρίς. – *מַשְׁקֶה, *irriguum pascuum.* Ezech. XLV, 15. ἐκ πασῶν τῶν πατριῶν τοῦ Ἰσραήλ. Sine dubio πατριῶν pro ποτηρίων irrepsit, et sciolus infersit πασῶν. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πατριαὶ, χῶραι, φυλαὶ, τοπαρχίαι.

ΠΑΤΡΙΑ'ΡΧΗΣ, *familiae princeps*, *familiae caput.* רָאשֵׁי אָבוֹת, *caput patrum.* 1 Par. IX, 9. XXIV, 31. 2 Par.

XXVI, 12. In duobus ultimis locis alii libri habent *ἄρχοντες τῶν πατριῶν*. - שַׂר, *princeps*. 1 Par. XXVII, 22. - שַׂר מֵאוֹת, *centurio*. 2 Paral. XXIII, 20.

ΠΑΤΡΙΚΟ'Σ, *paternus*. אָב, *pater*. Gen. L, 8. Levit. XXII, 13. Ios. VI, 25. et alibi. - אָבוֹת plur. *patres*. *Inc.* Num. II, 34. et XXXVI, 7. - אֵם, *mater*. Ruth. I, 8. Vide et Sir. XLII, 14. *ἐν τοῖς πατρικοῖς*, sc. *οἰκήμασι*, in aedibus paternis. Sic Luc. II, 49. *ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς*, observante *Grotio* ad Sir. l. c. Conf. et *L. Bos Ellips. gr.* pag. 139. et auctores citatos *Wolfio* ad *Luc.* l. c. pag. 595. Adde *Ottii Spicil. ex Iosepho ad N. T.* p. 125.

ΠΑ'ΤΡΙΟΣ, *patrius*, *a patre vel patribus traditus*. *אֱלֹהָ. LXX Ies. VIII, 21. *καὶ τὰ πάτρια* sec. cod. *Vat.* ubi *τὰ πάτρια* aut sunt *sacra*, *ritus sacri*, *quibus numen colitur*, aut, quod magis placet, post *τὰ πάτρια* supplendum est *εἴδωλα*. Vide supra s. v. *πάτραρχα*, et ad h. l. *Montf.* 2 Macc. VII, 2. 24. 3 Macc. VI, 32. Prol. Sir. 4 Macc. V, 33. VI, 24. ubi vid. *Combefisius*.

ΠΑΤΡΙ'Σ, sc. *γῆ*, *patria*, it. *familia*. מוֹלֶדֶת, *cognatio*. Esth. II, 10. VIII, 6. Ierem. XXII, 10. Ezech. XXIII, 15. Postremo loco *γῆς πατρίδος* legitur, unde patet, quod *γῆ* in *πατρὶς* subintellegendum sit. Sic et *Homero* admodum familiare est, ut dicat *πατρίδος αἴης* et *πατρίδα γαῖαν*. Vnde *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *πατρίδα γαῖαν*, *πατρῴαν γῆν*, *πατρῷον ἔδαφος*. Et *Hesychius*: *πατρίδος αἴης πατρῴας γῆς*. Confer *Schoettgenii* nott. ad *L. Bos Ellips. graec.* p. 37. - אֶרֶץ מוֹלֶדֶת, *terra cognationis* seu *nativitatis*. Ier. XLVI, 16. - מִשְׁפָּחָה. Lev. XXV, 10. 1 Par. V, 7. Vide supra s. *πατριὰ*, ac *Fischerum de Vitiis Lex. N. T.* p. 595.

ΠΑΤΡΩ͂ΙΟΣ, *paternus*, *patrius*. אָב, *pater*. Prov. XXVII, 10. - עֶלְיוֹן, *supremus*. Ier. XX, 2. ubi tamen loco *πατρῴου* vel *ὑπερῴου* vel *ἀνωτέρου* legendum est, ut alii libri habent. Vide et 2 Macc. IV, 15. V, 10. VI, 1. XII, 39. ac conf. *Lexic. N. T.* s. h. v.

ΠΑΥ͂ΛΑ, *cessatio*, *quies*, *requies*, *remissio*. 2 Macc. IV, 6. *καὶ τὸν Σίμωνα παῦλαν οὐ ληψόμενον τῆς ἀνοίας*, nec Simonem a stultitia *cessaturum esse*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *παῦλαν*, *ἀνάπαυσιν*, *ἔνδοσιν*. *Hesych.* *παῦλα*, *ἄνεσις*, *ἀνάπαυσις*.

ΠΑΥ͂ΣΙΣ, idem. מַדְמֵן, *Madmen*, nomen urbis Moabitarum. Ierem. XLVIII, 2. *παῦσιν παύσεται*. Fortasse putarunt, esse nomen ex rad. דָּמָה vel דמם.

ΠΑΥ'Ω, *ΠΑΥ'ΟΜΑΙ*, *quiescere*, *cessare facio*, *compesco*, *cohibeo*, *sedo*, it. *quiesco*, *cubo*, *cesso*, *tranquillus sum*, *solatium admitto*, *desisto*, *recedo*, *desino*. *אֻכָל, *Vchal*, nomen propr. Prov. XXX, 1. *καὶ παύομαι*. Legerunt iudice *Iaegero* וָאֵכֶל. - אֹסֶף, *collectio*. Ies. XXXII, 10. *πέ-*

παύται ὁ σπόρος, *cessavit semen*. Sine dubio cum *Symmacho* (qui per ἐκωλύθη transtulit) habuerunt pro verbo eique tribuerunt notionem *auferendi* ac *absumendi*, quam habet אָסַף. Cf. quoque rad. סוּף. – דּוֹם. *Symm.* Ios. X, 12. παῦσον, et Iob. XXX, 27. ἐπαύσατο. – דִּכָּא Pih. *contero*. Ier. XLIV, 10. οὐκ ἐπαύσαντο. Non aliter legerunt, sed sensum liberius expresserunt. Post οὐκ ἐπαύσαντο enim e praecedente commate supplenda sunt verba: ποιεῖν κακά, quod bene convenit verbis hebr. *non contriti sunt*, sc. *peccatorum sensu*, h. e. poenitentiam non egerunt. – הִדֹּם, contracte ex הִתְדַּמֵּם, a דָּמַם, *exscindor*. Ierem. XLVIII, 2. παῦσιν παύσεται. Vide supra s. παῦσις. – *הֵנִיחַ Hiph. a נוּחַ. *Symm.* Cohel. X, 4. Ibidem pro eadem voce etiam *Aquila* habet παύσεις, ubi tamen incertum manet, utrum haec vox a παύω, an a παῦσις deducenda sit. Quod si statuitur, παύσεις esse futurum verbi παύω, vel παύσει reponendum erit, uti in sequ. μεγάλας, vel loco יַנִּיחַ in suo cod. invenit הֵנִיחַ. Ex posteriori sententia antecedens ἴαμα quoque in ἰάματι mutandum esset. Quod si autem a παῦσις derivare aliquis mallet, παῦσις loco παύσεις reponere non dubitarem. – *הִנָּחֵם infin. Niph. a נָחַם, *poenitere*, *consolari*. Ierem. XXXI, 15. Deduxerunt a נוּחַ, non a נָחַם. – הֶרֶפֶּה Hiph. *desisto*. Psalm. XXXVI, 8. παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, *cessare* ab ira. – חָדַל, idem. Exod. IX, 29. παυσάσθω τοῦ γενέσθαι φωνὰς θεοῦ, *cessent* fieri voces Dei, s. *desinant* tonitrua Dei. Ies. I, 16. παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, *desistite* a sceleribus vestris. Conf. 1 Petr. IV, 1. ubi πέπαυται ἁμαρτίας elliptice dicitur pro πέπαυται ἀπὸ ἁμαρτίας, *destitit* a peccato. Ies. II, 22. παύσασθε ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ., *desinite* in homine inflato spem vestram ponere. Adde *Inc.* Ierem. XL, 4. παῦσαι, *remane*: ubi *Theod.* sec. cod. *Norimb.* ἀπόμεινον habet. *Theod.* Prov. XXIII, 4. ἀπὸ τῆς συνέσεώς σου παῦσαι, pro sapientia tua, vel: si sapis, *fuge* istam vanitatem, nempe adspirandi ad magnitudinem divitis. *Aqu. Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XLI, 47. ἐπαύσαντο. *Aqu.* 1 Sam. XXIII, 13. *Aqu. Symm.* Iob. III, 17. – חָנַן, *gratiam facio*. Ies. XXVI, 10. πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής, *sedatus* enim *est* impius. *Hesych.* πέπαυται, πεπράϋνται. Ita *Bielius*. Sed mihi LXX יֻחַן non derivasse videntur a חָנַן, *gratiam consequi*, quod etiam ab hoc loco alienum esset, sed a חָנָה, quod notat *incurvari*, *humiliari*, et omnino adhibetur de *re*, *quae ad finem properat*, v. c. Iud. XIX, 9. ubi חֲנוֹת הַיּוֹם est: *quando dies vesperascit*, *et ad finem inclinat*, quod etiam seriei orationis h. l. convenientius est. *Michaelis Supplem.* p. 740. confert arab. حين, *exitium*, احان, *perdidit*. – חָשַׁב, *excogito*. Iob. VI, 26. οὐδὲ ὁ ἔλεγχος ὑμῶν τὰ ῥήματά μου παύσει, neque redargutio

vestra verba mea *cessare faciet.* Fortasse legerunt יַשְׁבִּית, *cessare faciet.* - יָשַׁב, *sedeo.* Ies. LVIII, 12. τὰς τρίβους σου ἀνὰ μέσον παύσεις, semitas tuas, quae in medio sunt, *cessare facies.* Ita *Bielius.* Sed παύσεις ibi non voci לָשֶׁבֶת, *ad habitandum,* respondere videtur, sed potius praecedenti מְשׁוֹבֵב, *reverti faciens,* et pro παύσεις fortasse legendum est ποιήσεις, aut simile quid. - כָּלָה: כָּלָה, Kal et Pih. *absolvo, absolvor.* Gen. XVIII, 33. ὡς ἐπαύσατο λαλῶν, cum *desiisset* loqui. Vide et Num. XVI, 31. Deut. XX, 9. Ierem. XLIII, 1. et conf. Luc. V, 4. Gen. XXIV, 22. ἡνίκα ἐπαύσαντο πᾶσαι αἱ κάμηλοι πίνουσαι, cum *desinerent* cameli bibere Vide et Gen. XXVII, 30. Ios. VIII, 24. et conf. *Alberti* ad Act. V, 42. p. 242. ac *Wolfium* ad eundem locum p. 1084. Num. XVII, 10. παυσάσθω ὁ γογγυσμὸς αὐτῶν ἀπ' ἐμοῦ, *cesset* murmuratio vestra contra me. - מוּשׁ, *recedo.* Ierem. XXXI, 36. ἐὰν παύσωνται οἱ νόμοι οὗτοι ἀπὸ προσώπου μου, si *recedent* hae leges a facie mea, h. e. *a me mutabuntur.* - נָגַע, *tango.* Iob. VI, 7. οὐ δύναται γάρ μου παύσασθαι ἡ ψυχή, non enim potest *quiescere* vel *tranquilla esse* anima mea. Si lectio sana est, legisse videntur לָנוּחַ, aut potius לִרְגּוֹעַ. Sed pro παύσασθαι ibi legere mallem ψαύσασθαι. - נָדַם Niph. a דָּמַם, *exscindor.* Ierem. XXV, 37. - נוֹאָשׁ Niph. a יָאַשׁ, *despero.* Ies. LVII, 10. - נוּחַ. *Reliqui* 1 Sam. XXV, 9. ἐπαύσαντο. *Vulg. siluerunt.* - נִחַם Niph. *consolor me.* Ies. I, 24. οὐ παύσεταί γέ (al. rectius γάρ) μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, non enim *quiescet* animus meus in adversariis, h. e. pergam poenas infligere adversariis meis. Adde Ierem. XXVI, 3. 13. 19. ἐπαύσατο κύριος ἀπὸ τῶν κακῶν, ὧν ἐλάλησεν, *cessavit* (s. *abstinuit*) Deus a malis, quae locutus erat. *Al.* Ierem. XXXI, 15. Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη οὐκ ἤθελε παύσασθαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, Rahel plorans nolebat *solatium admittere* de filiis suis. Ita *Bielius* transtulit. Sed haec translatio tunc demum locum habere poterit, si post παύσασθαι suppleatur κλαίειν, aut simile verbum. - נָצַר, *custodio.* Psalm. XXXIII, 19. παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, *cohibe* linguam tuam a malo. - עָצַר, *cohibeo.* 1 Par. XXI, 22. οὐ παύσεται ἡ πληγὴ ἐκ τοῦ λαοῦ, non *cessabit* plaga a populo. - עָרַב, *obtenebror.* Ies. XXIV, 11. πέπαυται πᾶσα εὐφροσύνη. Ita quoque *Syrus. Vulg. deserta est* omnis laetitia. Non legerunt עָבְרָה. Sed עָרַב in l. *Samar.* est *expellere,* in l. *Arab. abire,* et in l. *Syr. occidere.* - רַב, *multum.* Exod. IX, 29. Ita *Bielius* ac *Trommius,* sed perperam: nam παυσάσθω ibi hebr. חָדַל respondet. - רָבַץ, *cubo.* Ies. XXXI, 21. παύσονται ἐκεῖ θηρία, *cubabunt* ibi ferae. Vide et Gen. XLIX, 15. - שָׁבַת: הִשְׁבִּית, Kal et Hiph. Ex. XXXI, 16. Prov. XVIII, 18. Ies. XXIV, 8. *Aqu. Symm.* et *Quinta Ed.* Psalm. VIII, 3. τοῦ παῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν, ut *compescas* inimicum et ultorem. - שׁוּב, *revertor.* Exod. XXXII,

31. παῦσαι τῆς ὀργῆς (pro ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Vide supra Psalm. XXXVI, 8.) τοῦ θυμοῦ σου, *cessa* ab ira excandescentiae tuae. Vide et Ios. VII, 26. et Iob. XIV, 11. - תַּמַּם, *absolvor.* 2 Sam. XV, 24. ἕως ἐπαύσατο πᾶς ὁ λαὸς παρελθεῖν, usque dum *desineret* omnis populus transire. Iob. XXXI, 40. ἐπαύσατο Ἰὼβ ῥήμασιν, *desinebat* Iobus loqui. Sirac. XVIII, 6. ὅταν παύσηται, *cum post longum laborem quiescendum sibi putaverit.* Sir. XXXI, 19.

ΟΥ ΠΑΥΟΜΑΙ, *non cesso.* תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין, *pono fines sermonibus.* Iob. XVIII, 2. μέχρι τίνος οὐ παύσῃ; scil. λαλεῖν.

ΠΑΧΝΗ, *pruina, ros glaciatus.* אוֹר, *lux.* Iob. XXXVIII, 24. πόθεν δὲ ἐκπορεύεται πάχνη. Sine dubio pro אוֹר legit כְּפוֹר, quod *pruinam* notat, coll. v. 29. - חֲנָמַל, *grando maior.* Psalm. LXXVII, 52. - כְּפֹר. Iob. XXXVIII, 29. - קִיטוֹר, *fumus, fumarium.* Psalm. CXVIII, 83. ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ. Videtur legendum esse κάπνῃ, aut LXX legerunt בְּקוֹר a קָרַר, quod in omnibus Orientis linguis de *frigore* dicitur. Sap. V, 14. ὡς πάχνη ὑπὸ λαίλαπος διωχθεῖσα λεπτή, sicut pruina tenuis a turbine agitata. Offendit insolentia huius imaginis *Kreyssigium,* qui *Symbol.* P. VI. p. 14., praeeunte *Syro,* pro πάχνη reponere mavult ἄχνη, *gluma.* Vide quoque *Bretschneideri Spicil.* s. h. v. p. 205. *Kleukerus* πάχνην de *spuma maris* interpretatur. Equidem existimem, πάχνην, quod de *aquae concretione per gelu* in universum dicitur, h. l. de *nive* explicandum esse. Confirmat hanc interpretationem meam *Hesychius,* qui habet: πάχνη, ἡ ψυχρότης, ἀπὸ τοῦ πήσσειν, ἢ παχεῖα δρόσος, ἢ τὸ πηγνύμενον ὕδωρ ἀπὸ ψύχους. *Suidas:* πάχνη· ἐπειδὰν ἐκ γῆς ἢ ἐκ θαλάττης ὑφ' ἡλίου ὑγρασία ἀνεχθεῖσα μὴ κατεργασθῇ, καταψυχθῇ δὲ, πάχνη καλεῖται. Haec desumta esse ex *Diogene Laertio* in *Zen. Citt.* segm. 53. observat *Küsterus* nott. ad *Suidam. Pruina* quoque pro *nive* adhibetur, v. c. apud *Virgil. Georg.* II, 275. et III, 368. ubi vid. *Servius.*

ΠΑΧΟΣ, *crassities, crassitudo, densitas,* it. *pinguedo.* מַעֲבֶה, *densitas.* 1 Reg. VII, 46. ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς. - עָב ab עָבָה, *trabs densa.* 1 Reg. VII, 6. Ezech. XLI, 26. sec. *schol.* ed. *Rom.* τὰ πάχη, *densae* seu *crassae trabes.* - *עָב, *nubes,* ab עוּב. *Aqu.* Ies. XIX, 1. - עֳבִי. 1 Reg. VII, 25. 2 Par. IV, 5. Ierem. LII, 18. - *עֳבִי, *densitas.* 2 Paral. IV, 17. ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς. *Vulg.* bene: *in terra argillosa.* Iob. XV, 26. - עֶצֶם, *os, ossis.* Num. XXIV, 8. Videtur πάχη h. l. *ossa crassa* significare, quia sequitur ἐκμυελεῖ. - פֹּלֵחַ part. *dissecans.* Psalm. CXL, 8. ὡσεὶ πάχος γῆς. Videntur legisse פֶּלַח, *segmentum,* aut פֶּלֶךְ. Πάχος γῆς autem h. l. est non *crassitudo terrae,* sed *gleba crassa terrae,* aut *terra densa et constricta. Theodoritus* ad h. l. τὸ συνεχὲς τῆς γῆς, ὃ τῷ ἀρότρῳ

τεμνόμενον εἰς βώλους διαιρεῖται. Conf. 1 Reg. VII, 46. Adde 2 Macc. IV, 41.

ΠΑΧΥΝΩ, *pinguefacio*, it. *incrasso*, et παχύνομαι, *stupidus fio*, *splendidus fio*. דָּשֵׁן, verbum. Ies. XXXIV, 6. - הִסְתַּבֵּל Hithp. a סָבַל, *onustum me reddo*, nimirum *pinguedine*. Cohel. XII, 5. - הַשְׁמֵן Hiph. Ies. VI, 10. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, *stupidus factus est* intellectus populi huius. Legerunt הָשְׁמַן in Hophal. Profanis eiusmodi homines vocantur παχύνοοι, et παχεῖς τὴν διάνοιαν. Vide *Elsnerum* et *Alberti* ad Matth. XIII, 16. p. 67. et 96. - *חַשְׁרָה, *colligatio*. 2 Sam. XXII, 12. ἐπάχυνεν, *condensavit*. Habuerunt pro verbo. Arab. خشر notat *crassescere*, et *coagulari*. Sermo autem ibi est de *nubibus densis et atris*. - עָבָה. Deut. XXXII, 15. ἐπαχύνθη, *pinguis factus est*, h. e. *in summa omnium rerum abundantia*. - *עָשָׂה, *facio*. *Symm.* Iob. XV, 27. ἐπάχυνε. Ita reddidit, quia πιμελὴν sequitur. Versio tamen haec nimis hebraismum sapit, quam ut *Symmacho* tribui possit. Vide tamen infra s. v. πιμελή. - שָׁמַן עָשַׁת, *pinguis et nitidus sum*. Ierem. XXV, 28. ἐπαχύνθησαν, *locupletes facti sunt*. Sic παχεῖς Graecis alias dicuntur *divites*, *opulenti*. *Aristoph. Vesp.* v. 287. καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει. *Scholiastes* ad v. 285. Παχὺς δὲ πλούσιος. ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου λεπτοὺς τοὺς πένητας φησίν. Eodem sensu Comicus vocem παχὺς usurpat in *Vesp.* v. 1136. et in *Pac.* v. 638. παχεῖς et πλουσίους coniungit. *Suidas*: παχεῖς. οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως. Conf. *Pollucem* lib. III. segm. 109. et lib. VI. segm. 197. et quae ex *Herodoto* notat *Raphelius* ad Ps. XXII, 30. p. 34.

ΠΑΧΥΣ, *crassus*, it. *pinguis*. בָּרִיא, *saginatus*. Ezech. XXXIV, 3. *Aqu.* Gen. XLI, 2. παχεῖαι σαρξὶν, quae verba in cod. *Mosqu.* *Symmacho* tribuuntur. - מְסֻבָּל part. Pyh. *onustus*, nempe *pinguedine*. Psalm. CXLIII, 16. Confer supra παχύνω sub הִסְתַּבֵּל. - שָׁמֵן, *pinguedo*. Ies. XXVIII, 1. τοῦ ὄρους τοῦ παχέος. *Mons crassus* commode *mons pinguis* dici potest. Eadem vox, si de *unguentis* adhibetur, eorum *praestantiam* in universum indicare videtur. Hanc in rem locus est Iudith. X, 3. ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ, et inunxit se unguento *praestantissimo*, *maxime odorato*. *Vulgatus*: *myro optimo*. *Syrus*: *unguento electo*. Eodem modo *Plinius H. N.* XIII, 1. *unguentorum hoc crassissimum est*, h. e. *maxime fragrans*, *odoratum*. 2 Macc. I, 20. ὕδωρ παχὺ, *aqua turbida*. Ita *Syrus*.

ΠΑΧΥΣ ΠΗΛΟΣ, *densum lutum*. עַבְטִיט, idem. *Al.* Hab. II, 6.

ΠΑΧΥΤΕΡΟΣ, comparat. *crassior*, *pinguior*. עָבָה, *crassus sum*. *Syrus*, *Symm. et LXX* 1 Reg. XII, 10. 2 Par. X, 10. In utroque loco cum מ, nota comparativi, construitur.

**ΠΑΧΩ'Ν*, nomen *mensis Aegyptiaci, qui nostro Aprili respondet.* 3 Macc. VI, 38. ἀπὸ πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ παχὼν, ubi *Syrus* per ܝܪܚܐ, *mensis*, simpliciter transtulit, sine dubio, quia verum eius nomen in lingua Syriaca ignoravit. *Stephanus in Additam. ad Thes. l. Gr.* fol. 1617. ita scribit: *Παχὼν, Aegyptiaci mensis nomen, respondentis Maio Romanorum, ut annotatum est in Lexico meo vet. In Epigrammate vero pro Iulio ponitur nonus numero, incipiendo a Septembri: estque ibi in eum hic versus:* Λήϊα δ' ἀυανθέντα παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει. Adde *Ioh. Alb. Fabricii Menologium* (Hamb. 1713.) p. 22. 24. 26.

ΠΕΔΑ'Ω vel *ΠΕΔΕ'Ω*, *vincio, ligo, compedibus seu pedicis constringo.* אָסִיר, *vinctus.* Ps. LXVII, 7. LXVIII, 38. LXXVIII, 11. et alibi. – אָסַר. Iob. XXXVI, 8. Psalm. CXLV, 6. – הֵבִיא Hiph. a בּוֹא. Psalm. LXXXIX, 12. ubi tamen alii pro πεπεδημένους habent πεπαιδευμένους, quod glossema sapit. Lectionem receptam confirmat locus Sirac. VI, 25. Confer infra s. v. πέδη ac πεδητής. – כְּפַת: כַּפִּית Chald. Peh. et Pah. *vincio, ligo.* Dan. III, 20. 24. 25. Metaphorice adhibetur in *Orat. Menass.* ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν, qui *certis cancellis et finibus contines* mare: ubi cum κλείειν et σφραγίζεσθαι permutatur.

ΠΕ'ΔΗ, compes, pedica, pedum vinculum. זִקִּים plur. *catenae.* Psalm. CXLIX, 8. – כֶּבֶל, *compes, qua pes vincitur.* Psalm. CIV, 18. – *מוֹקֵשׁ, *laqueus. Inc.* 2 Sam. XXII, 6. πέδαι θανάτου, *vincula mortis.* – מוֹסֵרִים, *vincula. Aqu. Theod.* Ies. XXVIII, 22. πέδαι. – נְחֻשְׁתַּיִם, dual. ex נְחֹשֶׁת, *aereae compedes.* 2 Sam. III, 34. 2 Reg. XXIV, 27. Ierem. XXXIX, 7. et alibi. Sirac. VI, 25. εἰσενέγκαι τοὺς πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς, scil. σοφίας, ubi leges et praecepta religionis et sapientiae eleganter comparantur cum compedibus et vinculis, quatenus habent vim obstringendi, ac sensus est: omnem vitam tuam dirige ad sapientiae praecepta: et ib. v. 30. ἔσονταί σοι αἱ πέδαι αὐτῆς εἰς σκέπην ἰσχύος, h. e. *observatio praeceptorum eius* tibi summam praestabit tutelam. Vide supra ad κλοιὸς dicta. *Suidas*: πέδαι, δεσμὰ, παρὰ τὸ ποῦς καὶ τὸ δέω, τὸ δεσμεύω, ἢ παρὰ τὸ πιέζειν τοὺς πόδας. *Glossae: Compedes,* πέδαι. Conf. *Salmasium* de *modo usurarum* p. 812.

ΠΕ'ΔΑΙ ΧΑΛΚΑΙ', compedes aeneae. נְחֻשְׁתַּיִם dual. idem. Iud. XVI, 22. 2 Par. XXXVI, 6.

ΠΕΔΗ'ΤΗΣ, compedibus adstrictus, vinctus. נְעוּרִים plur. *pueritia. Inc.* Psalm. CXXVI, 5. υἱοὶ τῶν πεδητῶν. Videtur auctor huius versionis legisse נְצִירִים aut הַנְּצִירִים, a נָצַר, *servare, custodire.* Sed quia tunc sensus exoritur admodum incommodus, legere mallem παιδευτῶν aut πεπαιδευμένων

(Vide supra ad πεδάω sub Psalm. LXXXIX, 14.), ut eundem sensum exprimere voluerit, quem auctor *Ed. Sextae*, qui habet: ἀκόντος νοῦ. Vide supra s. ἀκονίς. *Montfauconius* haec verba ne quidem latine vertere ausus est. Fortasse etiam πεδητῶν deducendum est a πεδητής, h. e. *qui compedibus adstringit*, et metaphorice: *qui alios praecepta et leges religionis et sapientiae docet.* Vide supra s. v. πέδη et πεδάω. Sap. XVII, 2. δέσμιοι σκότους καὶ μακρᾶς πεδῆται νυκτὸς, tenebris vincti, et longae noctis *compedibus constricti. Suidas*: πεδῆται, πεπεδημένοι, συνδεδεμένοι, καὶ πεδήτης, ὁ δεσμευθείς.

ΠΕΔΙΑ'Σ, ἀδος, *locus planus* seu *campestris*, *planities.* עֲרָבָה. *Symm.* Num. XXII, 1. XXVI, 3. 32. 38. 2 Sam. XV, 28. Amos. VI, 14. *Herodot.* II. p. 127, 15. Restituenda etiam est haec vox *Heraclito* de *Allegor. Homer.* in edit. *Gal. Opusc. Myth.* p. 462., ubi editum πηγάς.

ΠΕΔΙΝΟ'Σ et *ΠΕΔΕΙΝΟ'Σ*, *campestris.* בִּקְעָה, *vallis.* Deut. XI, 11. – מִישׁוֹר, *planities.* Deut. IV, 43. 2 Par. XXVI, 10. Ierem. XXI, 13. – נִשְׁפֶּה part. Niph. *excelsus*, a rad. שָׁפָה, arab. شفي, *eminere.* Ies. XIII, 2. Legisse videntur נִשְׁפַּח a שָׁפַח, *dilatavit, extendit*, aut potius respexerunt ad *Syr.* ܫܦܐ, *aequare et complanare.* Vide *Bootii anim. sacr.* lib. I. p. 61. – *עֲמָקִים, *valles. LXX sec. Hex.* s. potius *Inc. Int.* Ier. XLIX, 4. ubi duae versiones coaluerunt. – עֲרָבָה. *Symm.* Ies. XXXV, 1. πεδινή, sc. χώρα, *regio campestis*, ubi alii πεδιάς. *Symm.* Deut. III, 17. Ios. XI, 2. 1 Sam. XXIII, 24. – שְׁפֵלָה, *planities.* Ios. IX, 1. X, 40. Iud. I, 9. et alibi saepius. *Aqu. Abd.* 19. – *שִׁפְלָה, *depressio. Aqu.* et LXX Ies. XXXII, 19. – *תַּחְתִּית, *pars inferior. Inc.* Iud. I, 15. ubi vid. *Scharfenbergius.* Vide quoque 1 Macc. III, 40. ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ.

ΠΕΔΙ'ΟΝ, *campus*, *planities.* *אַיָּלוֹת plur. foem. *cervae. Symm.* Psalm. XXVIII, 9. πεδία. Videtur mihi haec versio *Symmachi* non suo loco hic posita esse, ac potius pertinere ad v. 8. ubi in textu hebr. legitur: קוֹל יְהוָה יָחִיל מִדְבָּר. Certe et alibi quoque πεδίον hebr. מִדְבָּר respondet. Vide tamen sequentem articulum. – *אַיָּל, *cervus. Ed. Sexta* Ps. XLI, 2. πεδίον. Auctor huius versionis legisse videtur vocem hebraicam ea ratione punctatam (nempe אַיִל), qua *campum* significat, aut aliam imaginem substituisse. *Vulg.* sicut *areola* propagata. Vide supra s. αὐλών. – אֵלוֹן. *Aqu.* Iud. IX, 6. – אָפִיק, *alveus.* Ezech. XXXI, 12. XXXV, 8. אָפִיק in notione *vallis* legitur quoque Ezech. VI, 3. et XXXI, 12. – *אַרְבַּע, *Arba*, nomen proprium. Gen. XXXV, 27. εἰς πόλιν τοῦ πεδίου. Forte legerunt עֲרָבָה, vel עֲרָפָה, quod *locum campestrem*,

planitiem notat. – בִּקְעָה, *vallis, planities.* Gen. XI, 2. εὗρον πεδίον ἐν γῇ Σεννααρ, invenerunt *planitiem* in terra Sennaar. Ita *Herodotus* lib. I. cap. 178. init. Βαβυλὼν κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, Babylon sita est in *planitie* ingenti. Vide *Raphelii annotatt. Herodot. in SS.* p. 3. Deut. VIII, 7. Ios. XI, 8. et alibi saepius. Adde Dan. III, 1. sec. cod. *Chis. Aqu. Symm. Theod.* Ies. XL, 4. – *יְהוָה. Psalm. CIII, 16. τὰ ξύλα τοῦ πεδίου. *Vulg. ligna campi.* Fortasse legendum est τοῦ κυρίου, ut omnes reliqui interpretes graeci habent. *Aqu.* et *Theodot.* utramque lectionem coniungunt τοῦ πεδίου, κυρίου. Sed quis non videt, πεδίου esse corruptam lectionem LXX Intt.? Conf. *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 837. sequ. Non tamen repugnarem, si quis mallet, πεδίου esse h. l. a LXX interpretationis causa additum. Nam *arbores Iovae* sunt h. l. *arbores sylvestres, quae sponte nascuntur*, et opponuntur *arboribus ab hominibus plantatis.* – *מְבֻקָּעָה part. foem. Pyh. *disrupta.* Ezech. XXVI, 10. ἐκ πεδίου. Hic sine dubio legerunt מִבִּקְעָה. Nam בִּקְעָה est πεδίον, *campus planus, vallis.* – מִדְבָּר, *desertum.* Ioel. II, 3. III, 19. – מִישׁוֹר, *planities.* Ios. XX, 8. – מַעְגָּל, *orbita.* Psalm. LXIV, 12. τὰ πεδία σου. Ita quoque *Vulg. et Arabs.* Libere transtulerunt. *Syrus* legisse videtur τὰ βοΐδιά σου, *vituli tui.* Habet enim ܥܓܠܝܟ. Lectio minime contemnenda, cum עֵגֶל apud Hebraeos *vitulum* notet. – נָוֶה, in plur. נְאוֹת, *pascuum.* Ioel. II, 22. – עֵמֶק, *vallis.* Gen. XIV, 17. Ierem. XLIX, 4. Adde Iob. XXXIX, 10. ubi pro ἐν πεδίῳ *Ald.* et *Compl.* ἐν ποδὶ habent, quod est merum glossema. *Vulg. terram ungula fodit.* Scilicet πεδίον notat quoque *partem superiorem pedis, cui subiacent digiti,* quae nunc *metatarsus* dicitur. *Pollux Onom.* II, 197. – *קְרָאת, *occursus.* Iob. XXXIX, 21. ἐκπορεύεται δὲ εἰς πεδίον. Nisi statuere velis, πεδίον h. l. esse *campum* sensu latino, h. e. *locum pugnae*, recipienda fortasse erit lectio εἰς πόλεμον, quam *Augustinus* ob oculos habuisse videtur, cum transtulit *in praelium.* – רֶשֶׁף, *pruna ignita.* Hab. III, 4. εἰς πεδία. Videntur legisse שְׁפִי aut שְׁפָיִם, nam שְׁפִי est ex usu l. *Syr.* et *Arab. planities.* Conf. *Michaelis Supplem.* p. 2343. *Arabs* legit καὶ παιδεία s. παιδία ἐξελεύσεται κ. π. α., et disciplina prodibit in vestigiis eius. Aeque vitiose etiam secundum *Theodoritum* legitur in aliquibus libris εἰς παιδείαν, ut quoque ed. *Venet.* et *Argent.* habent. Fuerunt etiam, qui coniicerent, LXX πετεινὰ scripsisse. *Wahlius* in *Comment.* ad h. l. coniicit adeo εἰςπέτεινα s. ἐκπέτεινα, *volucres.* – שָׂדֶה, *ager.* Gen. IV, 8. XXIV, 65. XXIX, 2. et alibi saepius. Adde *Inc.* 2 Sam. X, 8. – שְׁדֵמָה, *arvum.* Ies. XVI, 8. Hab. III, 16. – שְׁפֵלָה, *planities.* Deut. I, 7. Ios. XI, 2. XII, 8. – שָׁרוֹן, *Saron*, nomen regionis campestris. Cant. II, 1. ἄνθος τοῦ πε-

δίον. Videntur nonnullis legisse הַשָּׁרוֹן pro הַשָּׂדָה. Sed שָׁרוֹן notat omnino *regionem campestrem producendis floribus et pascendis gregibus aptam*, unde etiam *Symm.* Ies. XXXV, 2. per πεδίον interpretatus est, per metonymiam speciei pro genere. Sic *Carmel* significat et montem sic dictum, et *quamvis regionem frugiferam*. Chaldaeis מַשְׁרָא notat *planitiem, campum*. Conf. quoque *Masium* ad Ios. XIX, 6. Sirac. XXIV, 16. 1 Maccab. IV, 6. 2 Maccab. XIV, 33. ubi pro ἰσόποδον mendose legitur εἰς πεδίον, coll. IX, 14. *Suidas:* πεδίον, ἡ γῆ.

**ΠΕΖΗ͂ι*, *pedestri, terrestri itinere, pedibus.* בְּרֶגֶל, *in pede.* 2 Sam. XV, 17. πεζῇ sec. cod. *Vat.* ubi reliqui libri πεζοὶ habent. *Etymol. M.* 604, 47. πεζῇ πορεύομαι. Confer *Herodot.* VII. c. 40. ac *Lex. N. T.* s. h. v. Vide quoque sub πεζός.

ΠΕΖΙΚΟ'Σ, *pedestris.* 1 Macc. XV, 38. XVI, 5.

**ΠΕΖΟΜΑΧΙ'Α*, *pugna pedestris* seu *terrestris.* 4 Maccab. XVII, 24. *Polyb.* V, 69, 7. ubi opponitur ναυμαχίᾳ.

ΠΕΖΟ'Σ, *pedes, peditis, qui pedibus iter facit*, adiective: *pedestris.* בְּרֶגֶל, *in pede.* Iud. V, 15. 2 Sam. XV, 17. sec. cod. *Alex. Compl. et Ald.* πεζοὶ, ubi in cod. *Vat.* legitur πεζῇ. Ib. v. 18. πεζοὶ sec. *Complut. Ald. Vulg. pedites*, ubi cod. *Vat.* habet τοῖς ποσὶν αὐτῶν, quae videntur esse verba *Aquilae*, ita ut pro αὐτῶν reponendum αὐτοῦ censeam. Ib. v. 16. πεζοὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ sec. *Compl.* ubi duplex est interpretatio, et verba τοῖς ποσὶν αὐτοῦ *Aquilae* vindicanda sunt. Eadem permutatio πεζῇ et πεζοὶ locum quoque habet apud *Xenoph. Anab.* VII, 1, 1. Adde *Herodot.* V, 98. VI, 16. — רַגְלִי. Exod. XII, 37. Num. XI, 21. *Οἱ λοιποὶ* 1 Sam. XV, 4. *Syrus Int.* Ierem. XII, 5. Baruch. V, 6. Iudith. VII, 2. ubi *Vulgatus* pro πεζοὶ in suo codice invenisse videtur αἰχμάλωτοι. Equidem legere mallem ψιλοί. Sir. XVI, 11. 1 Macc. XI, 4. *Eustathius* ad Il. δ'. p. 471. *Rom.* πεζὸς ποσὶν ἁπλῶς βαίνων, h. e. ὁ διὰ τῶν ἰδίων ποδῶν τὴν ὁδὸν ποιούμενος. Vide *Phavorin.* s. πεζὸς, et *Etymol. M.* s. πέδη. Adde *Pindar. Pyth.* X, 46. et *Aeschyl. Perss.* v. 721.

ΠΕΙΘΑΡΧΕ'Ω, *obedio, pareo*, proprie, *principi vel magistratui pareo.* *שְׁמַע, *audio, obedio. Alex.* Dan. VII, 27. 3 Esdr. VIII, 96. ὅσοι πειθαρχοῦσι τῷ νόμῳ κυρίου, quotquot *obediunt* legi domini: ubi in textu hebr. Esdr. X, 3. legitur הַחֲרֵדִים, *contrementium*, vel *paventium*, h. e. *summa diligentia versantium.* Sirac. XXXIII, 13. κἂν μὴ πειθαρχῇ, etsi non *pareat*. Substantivum πειθάρχησις legitur apud *Zonaram Lex.* 910. εὐνομία, νόμου πειθάρχησις.

ΠΕΙ'ΘΩ, *persuadeo, placidum, tranquillum reddo*, et πείθομαι, *confido, credo, fidem habeo, persuadeor, convin-*

cor, *fiduciam habeo*, *securus sum*, *morem gero*, *obedio*, *pareo*. *אָבָה, *volo*. *Symm.* Psalm. LXXX, 12. *ἰσραὴλ οὐκ ἐπείσθη μοι*, Israel non *obtemperavit* mihi. Bene quoad sensum. In textu hebr. legitur: *me non vult*, h. e. *negligit me*, *nec mihi obtemperat*. – *בָּטָה, *effutio*. *Theod.* Prov. XII, 18. Non legit בָּטַח, ut nonnulli opinati sunt, sed בָּטָא per Aleph in fine est *pronuntiare*, *effutire*. Quia ergo hic irregulariter scribitur בוטה per He, idcirco *Theodotion* sumsit per commutationem literarum gutturalium ה et ח pro בּוֹטֵחַ. – בָּטַח. Iud. XVIII, 10. *ἥξετε πρὸς λαὸν πεποιθότα*, venietis ad populum *securum*. Vide et v. 27. 2 Reg. XVIII, 20. *τίς ἡ πεποίθησις αὕτη, ἣν πεποίθησας;* quaenam haec fiducia, qua *confidis*? seu: cui *confidis*? *Hesych.* *πέποιθας, θαῤῥεῖς*. 2 Reg. XVIII, 21. *πέποιθας σεαυτῷ ἐπὶ τὴν ῥάβδον*, *confisus es* virgae. Iob. VI, 20. *οἱ ἐπὶ πόλεσι καὶ χρήμασι πεποιθότες*, urbitur et opibus *confisi*. Iob. XL, 18. *πέποιθεν, ὅτι προσκρούσῃ ὁ Ἰορδάνης εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ*, *persuasum sibi habet*, quod Iordanes se allidat ori suo. Psalm. CXXIV, 1. *οἱ πεποιθότες ἐπὶ κύριον*, *confisi* Domino. Vide et Prov. XXVIII, 25. Prov. XIV, 16. *ἑαυτῷ πεποιθὼς*, sibi ipse *confisus*. – בֶּטַח, *fiducia*. 1 Sam. XII, 11. *κατῳκεῖτε πεποιθότες*, habitastis *securi*. Vide et Deut. XXXIII, 28. Prov. X, 10. *Inc.* Prov. I, 33. יִשְׁכָּן בֶּטַח *ἀναπαύσεται ἐν εἰρήνῃ πεποιθώς*. Duplex versio hic locum habet. Posterior est fortasse *Theodotionis*, coll. Iud. XVIII, 10. – לָבֶטַח, *cum fiducia*. Deut. XXXIII, 12. Levit. XXV, 18. 19. et alibi. – בִּטְחָה, *fiducia*. Ies. XXX, 15. – בַּטֻּחוֹת plur. *securitates*. Iob. XII, 6. *μηδεὶς πεποιθέτω, πονηρὸς ὤν*, nemo *securus sit*, qui malus est. – *גָּרַס, *frango*. *Theod. Quinta* et *Sexta Editio* Psalm. CXVIII, 20. *ἐπεποίθησεν*, *fiduciam habuit*. Sed quia in textu hebr. legitur *fracta est*, sc. *anima desiderio*, dubio caret, reponendum esse *ἐπεπόθησεν*, ut h. l. apud LXX et *Aquilam* legitur. – הֶאֱמִין Hiph. *credo*. Prov. XXVI, 25. *μὴ πεισθῇς αὐτῷ*, ne *credas* illi. Conf. Act. V, 36. 37. Sic et *Maximus Tyrius Diss.* XXIV. p. 256. *καὶ Ὁμήρῳ πείθομαι, καὶ πιστεύω Πλάτωνι*. – הֵנִיחַ Hiph. *quiescere facio*, a נוּחַ. Ies. XXX, 32. – *הֵסִית Hiph. a סוּת, *seduco*, *instigo*. 1 Sam. XXVI, 19. sec. *Compl.* *ἔπεισε*, ubi sensu malo adhibetur, ac cum *ἐπισείειν* permutatur. – הִתְרְחַץ chald. Ithpeh. *me committo et permitto*, ac ex adiuncto: *confido*. Dan. III, 29. – חָסָה, *confido*, *confugio in tutelam*. Iud. IX, 15. *πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου*, *confidite* protectione mea. 2 Sam. XXII, 31. Psalm. II, 13. et alibi. – חָסוּת, *refugium*. Ies. XXX, 5. – יֵאָת, *consentio*. *Symm.* Gen. XXXIV, 22. *πεισθήσονται*, *morem gerent*. – מִבְטָח, *fiducia*. Iob. XXXI, 24. Ierem. XLVIII, 13. Prov. XXI, 22. – מִהֵר Pih. *festino*. 1 Reg. XX, 33. Sed pro *ἐπείσαντο* reponendum ibi est *ἐσπεύσαντο*. Alii libri habent *ἐσπείσαντο*. – מַחְסֶה,

fiducia. Ies. XXVIII, 17. οἱ πεποιθότες μάτην ψεύδει, frustra *confisi* mendacio. Conf. Ep. ad Philem. v. 21. – נִשְׁעַן Niph. *nitor*. 2 Par. XIV, 11. XVI, 7. 8. Ies. XXXI, 1. – *עַלִּיצֻת, *hilaritas*, *gaudium*. *Inc*. Hab. III, 14. πεποιθότας. A nonnullis haec vox refertur ad יִסְעֲרוּ, *turbinabunt*, ut legerit יִסְבְּרוּ, a rad. סבר, *speravit*, *confisus est*. – *עָמַד, *sto*. Dan. XI, 17. καὶ οὐ πείσεται sec. cod. *Chis*. Sed sine dubio reponendum est οὐ στήσεται. – *צְחִיחָה, *siccum*. *Theod*. Psalm. LXVII, 7. πεποιθότες. Sc. putavit, *in sicco habitare* esse h. l. metaphorice *secure vivere*, cum e contrario *siccitas* h. l. sit symbolum *miseriae* et *inopiae*. Certe eos aliam lectionem secutos esse statuere nollem. – קִבֵּל, Pihel, *accipio*, *recipio*. Esth. IV, 14. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ille autem *non persuaderi se sinebat*. – קִוָּה Pih. *exspecto*. Ies. XXXIII, 2. – שָׁמַע, *audio*, *obedio*. *Inc*. Gen. III, 27. ἐπείσθησαν, *obediebant*. Sic *Aelianus V. H.* III, 26. ὡς οὐκ ἐπείσθη, cum non *obediret*. Vide et Lib. IX. c. 23. ac *Lex. N. T.* s. h. v. – שִׁסַּע Pih. *discindo*. 1 Sam. XXIV, 8. ἔπεισεν Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις, *placidos* s. *tranquillos* reddebat David viros suos verbis, seu: verbis persuasoriis eos *a proposito abstrahebat*. Sunt, qui putent, eos legisse יְשַׁמַּע, ut *Targum*. Sed recte observat *Ioh. Buxtorfius* in *vindic. verit. hebr.* P. II. c. 10., שִׁסַּע significare etiam *discerpere*, et tralatitio sensu sumi posse, ut sumsit *Vulgatus*, qui habet: *et fregit viros verbis*. Conf. quoque Matth. XXVIII, 14. 1 Ioh. III, 19. Iudith. X, 10. πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν, abiens quaeso *persuade* mulieri Hebraeae. Vide et 2 Macc. VII, 26. Sap. III, 9. οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῇ, qui *confidunt* in eo. Sap. XIII, 7. πείθονται τῇ ὄψει, *persuadentur* vel *convincuntur* aspectu. 2 Maccab. IX, 27. πέπεισμαι, *confido*. Conf. Rom. VIII, 38. *Hesych*. πέπεισμαι, ἤλπισα, θαῤῥῶ. 2 Macc. IV, 45. Menelaus multa promisit Ptolemaeo πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα, ut *placatum redderet* regem iratum, coll. Act. XII, 20. 2 Maccab. X, 20. ἐπείσθησαν ἀργυρίῳ, pecunia *sunt corrupti*, coll. Matth. XXVIII, 14. *Iosephus A. I.* XIV, 11. p. 717. *Haverc*. πείσας ἀργυρίῳ τὸν οἰνοχόον. Sirac. IV, 15. κατασκηνώσει πεποιθώς, habitabit *placide*, h. e. *perenni felicitate fruetur*.

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *confidens fio*, *confido*, *securus sum*. נִשְׁעַן Niph. *nitor*. Ies. XXX, 12.

ΠΕΠΟΙΘΩ'Σ ΕἸΜΙ', *confisus sum*, *confido*. בָּטַח, idem. Iob. XI, 18. Prov. III, 5. Ies. XII, 2. – בָּטַח בִּטָּחוֹן, *confido fiducia*. Ies. XXXVI, 5. – בֶּטַח, *fiducia*. Ies. XXXII, 17. – הָיָה בֶּטַח, *sum securus*. Iud. VIII, 11. ἡ δὲ παρεμβολὴ ἦν πεποιθυῖα, milites in castris *erant securi*. – הִתְעַנֵּג Hithp. *oblecto me*. Ies. LVIII, 14. – חָסָה. 2 Sam. XXII, 3. – מִבְטָח,

exspectatio. Ies. XX, 5. 6. - מַעֲרִיץ, *terror.* Ies. VIII, 13. κἂν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖν. Speciem reverentiae erga Deum pro reverentia in universum posuerunt. - נִשְׁעַן Niph. *nitor,* metaph. *confido, spero.* Ies. X, 20. *Symm.* Prov. III, 5. ubi sensu malo adhibetur. - שָׁעָה, *respicio.* Ies. XVII, 7. 8. XXXI, 1. Sc. qui in aliquem respicit et inclinat, eo ostendit, se in eum confidere. Adde Ies. XXXII, 3. - שָׁקַט, *quiesco.* Ierem. XLVIII, 11. - תָּלָה, *suspendo.* Ies. XXII, 14. 2 Macc. XV, 7.

*ΟΥ' ΠΕΙ'ΘΟΜΑΙ, *nolo.* מֵאֵן, *renuo.* *Symm.* Psalm. LXXVI, 3.

ΠΕΠΟΙΘΕ'ΝΑΙ ΠΟΙΕ'Ω, confidere facio. הִבְטִיחַ Hiph. Ierem. XXVIII, 15. XXIX, 26. - הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito.* 2 Par. XXXII, 15.

ΠΕΙΝΑ'Ω, esurio, famelicus sum. דָּאַב, *moestus sum.* Ierem. XXXI, 12. 25. In posteriore loco videntur legisse יָעֵבָה, quemadmodum in priore רָעֵב loco דָּאַב. Fortasse tamen דָּאַב de *fame delassante* intellexerunt. Vide *Michaelis Suppl.* p. 383. - יָעֵף, *fessus sum.* Ies. XL, 28. 30. 31. Ita reddiderunt inepte, quasi יָעֵף in omnibus his locis sit *prae fame deficere.* - יָעֵף, verbale, *fessus.* Ies. XLI, 29. - יָרַד, *descendo.* Prov. XVIII, 8. ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι. Sed sunt haec verba ab h. l. prorsus aliena, ac pertinent ad cap. XIX, 15. - נָהַם, *rugio*, speciatim de *leone prae fame rugiente.* Prov. XXVIII, 15. λέων πεινῶν. - עָיֵף, *fessus.* Deut. XXV, 18. Iud. VIII, 5. Ies. V, 27. XXVIII, 12. In omnibus his locis עָיֵף acceperunt de *languente* s. *viribus deficiente prae fame.* Vide supra s. יָעֵף. - רָדַף, *persequor.* Iud. VIII, 4. ὀλιγοψυχοῦντες καὶ πεινῶντες. Ita *Alex. Oxon. Ald. Compl.* Sed veram lectionem habet cod. *Vat.* πεινῶντες καὶ διώκοντες, ut πεινῶντες ad עֲיֵפִים referatur. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* Secundum *Tychsenium* loco רדפים legerunt רעבים. - רָעֵב, verbum. Gen. XLI, 56. Psalm. XXXIII, 10. XLIX, 13. et alibi saepius. - רָעֵב, verbale, *esuriens.* 1 Sam. II, 5. 2 Sam. XVII, 29. Iob. XXII, 7. et alibi. Sirac. XVI, 27. οὔτε ἐπείνασαν, non *prae fame deficiunt*, aut: *ea impediuntur in labore suo* et executione iussus divini. Sermo ibi est de corporibus coelestibus, quae veteres Platonici putarunt esse animata.

ΠΕΙ'ΡΑ, tentatio, experimentum, periculum, experientia. מַסָּה, nomen loci in deserto, sic vocati ob tentationem Israelitarum. Deut. XXXIII, 8. Sap. XVIII, 20. ἥψατο δὲ καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, tetigit vero etiam iustos *periculum* mortis, aut, ut rectius *Suicerus* s. h. v. transtulit: *iusti quoque mortem experti sunt.* Sap. XVIII, 25. ἦν γὰρ μόνη ἡ πεῖρα τῆς ὀργῆς ἱκανὴ, erat enim solum *experimentum* irae sufficiens. 2 Macc. VIII, 9. ἐν ταῖς πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν

ἔχοντα, in bellicis rebus *experientiam* habentem. *Suidas*: πεῖρα, ἀπόπειρα, δοκιμή.

ΠΕΙ͂ΡΑΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, experimentum capio, tento, periculum facio. נִסָּה Niph. *tento.* Deut. XXVIII, 56. ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, cuius pes *periculum* non *fecit* ingrediendi in terram. Conf. Hebr. XI, 29. et ad h. l. *Raphelium* p. 679. sequ. *Suiceri Thes.* T. II. p. 656. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΠΕΙΡΑ'ΖΩ, tento, exploro, periculum facio, experior, et Πειράζομαι, *experientiam, usum habeo.* *בָּחַן, idem. *Aquila* Mal. III, 10. πειράσατε. *Vulg. probate.* – הִתְמַכֵּר Hithp. *vendo me.* 1 Reg. XXI, 20. ubi tamen alii rectius πέπρασαι pro πεπείρασαι habent, quemadmodum 2 Reg. XVII, 17. pro ἐπειράθησαν reponendum est ex aliis libris ἐπράθησαν. – חָנֵף, *hypocrita.* Psalm. XXXIV, 19. ἐπείρασάν με. Legisse videtur בְּחַנוּנִי loco בְּחַנְפֵי. Vid. *Starcke Carm. David.* Vol. I. p. 275. – *יָדַע, *cognosco,* it. *usu experior.* *Symm.* Cohel. VIII, 5. – נִחֵשׁ Pih. *auguror.* *Samar.* et *Inc.* Gen. XLIV, 15. vel potius 5. πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, *solet augurari ex hoc poculo.* Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* – נִסָּה Pih. Gen. XXII, 1. Exod. XV, 25. XVI, 4. et alibi saepius. 1 Sam. XVII, 39. οὐ μὴ δύναμαι πορευθῆναι ἐν τούτοις, ὅτι οὐ πεπείραμαι, non possum incedere in his, *quia usum non habeo* (sic *Vulgatus* recte expressit), h. e. quia non *assuetus sum.* Dan. I, 11. πείρασον δὴ παῖδάς σου ἡμέρας δέκα, *periculum* quaeso *fac* cum servis tuis dies decem: ubi alii δοκίμασον habent. Vide et v. 14. Adde *Symm.* Cohel. VII, 24. ubi πειράζεσθαί τινος est *periculum alicuius rei facere.* LXX ibi habent: πάντα ταῦτα ἐπείρασα. – צָרַף, *exploro.* Psalm. XVI, 4. ἐπείρασάς με, *explorasti* me, ubi tamen alii libri fortasse rectius ἐπύρωσας habent. Praeterea legitur Dan. XII, 9. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu hebr. respondet. Sap. II, 17. Sirac. XIII, 15. XXXVIII, 30. Sap. XII, 26. ἀξίαν θεοῦ κρίσιν πειράσουσιν, iustum Dei iudicium *experientur,* aut potius: *experti sunt,* ut *Vulgatus* reddit. Sap. II, 25. πειράζουσι δὲ αὐτὸν (sc. διάβολον) οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄντες. Bene *Vulgatus*: *imitantur* autem illum, qui sunt ex parte illius.

ΠΕΙΡΑ'ΟΜΑΙ, Ω͂ΜΑΙ, tento, nitor, annitor, conor, studeo, contendo, operam do, volo. הִתְלַהְלֵהַּ Hithp. a לָהָה, *insanio.* Prov. XXVI, 18. ὥσπερ πειρώμενοι προβάλλουσι λόγους, tanquam *tentantes* (potius: *tentati,* sc. *a daemone* seu *spiritu malo,* de quo πειράζειν in N. T. saepius adhibetur.) emittunt sermones. Ita LXX sec. *Ald. et Symmachus.* 1 Macc. XII, 10. ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι, sc. πρέσβεις, *voluimus* mittere legatos. 2 Macc. X, 12. ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς διεξάγειν, *conabatur* s. *quaerebat* pacifice agere cum illis.

Conf. Act. IX, 26. et *Aelian. V. H.* III, 35. et lib. IX. c. 11. 2 Macc. XI, 19. πειράσομαι παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν γενέσθαι, bonorum vobis auctor esse *studebo*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πειράσομαι, σπουδάσω. Sic Act. XXVI, 21. ἐπειρῶντο (με) διαχειρίσασθαι. Vnde apud *Hesychium* ἐπειρῶντο exponitur ἐσπούδαζον, ἐβούλοντο. Conf. et 2 Macc. II, 24.

ΠΕΙΡΑΣΜΟ'Σ, *tentatio*, *exploratio*, i. q. πεῖρα. מַסָּה, idem. Exod. XVII, 7. Deut. IV, 34. VI, 16. et alibi. – נַחַשׁ, *augurium*. *Samarit.* et *Inc.* Gen. XLIV, 15. Sed, ut recte observavit ad h. l. *Scharfenbergius*, pertinent haec verba ad v. 5. – עִנְיָן, *occupatio*, et quidem *molesta*. Cohel. V, 2. Sed e comparatione cap. I, 13. apparere videtur, loco πειρασμοῦ reponendum esse περισπασμοῦ, ut iam coniecit *Semlerus*. Confer quoque ib. II, 26. et IV, 8. *Vetus Itala: sollicitudo.* Vide et Sirac. XXVII, 5. 7.

ΠΕΙΡΑΤΕΥ'Ω, *piraticam exerceo*, *naves in mari capio*, *piratam ago*, *praedor*, *depopulor*. גָּדַד, *depopulor*. Gen. XLIX, 19. πειρατεύσει αὐτὸν, *depopulabitur* illum. *Strabo Geogr.* XIV. p. 980. A.

ΠΕΙΡΑΤΗ'ΡΙΟΝ, sc. πλῆθος vel σύστημα, *praedonum agmen*, *latronum turma*. גְּדוּד, *turma*. Gen. XLIX, 19. *Ambrosius* c. 8. perperam vertit *tentationem*, quae πειρητήριον dicitur. Πειρατήριον est potius *globus piratarum*, σύστημα λῃστῶν, ut *Hippolytus* in *Catena Patrum* ad h. l. exposuit. Sic legitur apud *Auctorem testamenti Isaschar* §. 5. in fine. Iob. XIX, 12. ubi pro τὰ πειρατήρια *Theodot.* μονόζωνοι, *Symm.* λόχοι habet. Psalm. XVII, 32. ἀπὸ πειρατηρίου, ubi per *praedones*, *latrones* hostes Davidis intellegendi sunt. Praeterea reperitur pro eadem voce hebr. in plurali apud duos *Inc. Intt.* 2 Reg. V, 2. post μονόζωνοι, et est additamentum ex versione alius interpretis. *Vulgatus* habet *latrunculi*. – גָּד. *Symm.* Gen. XXX, 1. de *turma* s. *agmine filiorum*. – צָבָא, *militia*. Iob. VII, 1. ubi *Vulgatus*, qui h. l. aperte secutus est LXX Intt., per *militiam* transtulit. Comparatur autem h. l. vita humana cum militia, quia est *statio* s. *conditio admodum molesta*, coll. Num. IV, 3. V. quoque s. v. στρατεία et *A. Dounaei Praelect. ad Lysiam* p. 53. Adde Iob. X, 17. ubi *agmen malorum* notare videtur. Vide s. v. πειρατής. *Schol.* ad 1 Sam. XXX, 15. πειρατήριον interpretatur τὸ λῃστρικὸν σύστημα. Apud *Hesychium* πειρατήριον exponitur τόπος λῃστῶν. *Cappello* Gen. XLIX, 19. vertitur *tentatio*, quem propterea notat *L. Bos. Prolegg. in LXX Intt.* Vide quoque *Fischeri Clavem Verss. GG.* p. 71. sequ.

ΠΕΙΡΑΤΗ'Σ, *pirata*, *praedo*, *maritimus latro*. גְּדוּד, *turma*. Iob. XXV, 3. Hos. VI, 9. ubi *Targ.* אנשׁ למשרין, *vir exercituum*. Vid. *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 194.

ΠΕΚΟΥ'ΛΙΟΝ, *peculium*. Vox latina iam usu apud Graecos recepta tempore *Symmachi*, qui hac voce in numero plurali usus est Cohel. II, 8. pro hebr. סְגֻלָּה. *Lex. vet. Peculium*, *κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τοῦτ' ἔστιν υἱοῦ ἢ δούλου*. In *Glossario Βασιλικῶν* a *Labbeo* edito explicatur verbis: *ὡσανεὶ μικρὸν οὐσίδιον*.

ΠΕ'ΛΑΓΟΣ, *pelagus*, *mare profundum*. 2 Maccab. V, 21. 4 Maccab. VII, 1. *τὸ τῶν παθῶν πέλαγος*. *Hesych.* *πέλαγος, μέγεθος, πλῆθος, βυθὸς, πλάτος θαλάσσης*. Plura de hac voce vide apud *Suicerum* Thes. T. II. p. 661. *Alberti* ad Matth. XVIII, 6. p. 114. sequ. et in *Museo Brem.* Vol. I. P. I. p. 106.

ΠΕΛΑΡΓΟ'Σ, *ciconia*, ex *πέλαν*, i. e. *μέλαν*, et *ἀργὸν*, i. e. *λευκὸν*, quoniam ciconia nigras et albas pennas habet. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 319. חֲסִידָה, idem. *Al.* Iob. XXXIX, 13.

ΠΕ'ΛΑΣ, *prope*. Hinc *ὁ πέλας*, sc. *ὢν*, *qui prope est*, *propinquus*, it. *alius*. זָר, *alienus*, *extraneus*. Prov. XXVII, 2. *ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα*, laudet te *alius*, et non proprium tuum os. Sic *Thucydides* lib. I. *νομίζειν τὰς διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι*, putare, sententias *aliorum* similes esse nostris. Et *Polybius* lib. IX. *ἡ τῶν πέλας ἀπειρία*, *aliorum* imperitia. Conf. *Vorstium Philol. S.* P. I. c. 3. p. 63.

ΠΕΛΕΚΑ'Ν, *pelicanus*, secundum *Aristotelem* nomen avis, quae *Plinio* dicitur *platea*, German. *Löffelgans*. *Aristophani* est *picus Martius*, cui id nomen a *πελεκάω*, h. e. *seco*, *dolo*. חֲסִידָה, *ciconia*. Deut. XIV, 18. – קָאָה et קָאַת. Levit. XI, 18. Psalm. CI, 7. *Gloss. in Octat.* *πελεκάνος* (Legendum fortasse ex Deut. XIV, 18. vel Lev. XI, 18. *πελεκᾶνα*), *ὄρνεον δενδροκόλαπτον*. *Hesych.* *πελεκὰν, ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυποῦν τὰ δένδρα*. Attice dicitur *πελεκᾶς, πελεκάντος*. Vide *Suidam* in *Πελεκάντι*, cui est *εἶδος ὀρνέου τρυπῶν τὰ δένδρα, ἀφ' οὗ καὶ δενδροκολάπτης* dicitur. Plura autem de hac ave dabunt *Bochartus Hieroz.* P. II. lib. II. cap. 24. pag. 292. et *Allatius* not. ad *Eustathii Hexaem.* pag. 115. sequ. Adde *Martinii Lex. Philol.* s. h. v. et *Vossii Etymol.*

ΠΕΛΕΚΑ'ΝΟΙ, *pelecani*. קִפֹּד, *ericius*. *Aqu.* Soph. II, 14.

ΠΕΛΕΚΗΤΟ'Σ, *edolatus*, *complanatus*. גָּזִית, *caesus*. 1 Reg. V, 17. *Al.* 1 Reg. VI, 35. VII, 11. Reperitur quoque pro אַלְמֻגִּים in vers. *Alex. Hex.* 1 Reg. XI, 11. *πελεκητὰ*, pro quo in *cod. Coislin.* 2. legitur *ἀπελέκητα*. *Boysenius* confert ar. جلم, *secuit*, *percussit*.

ΠΕΛΕΚΙ'ΖΩ, *securi dolo*, *caedo*. פָּסַל, *sculpo*. 1 Reg. V, 18. Alias Graecis *πελεκίζειν* notat *securi ferire*, vel

occidere, et πελεκεῖν *securi dolare* vel *caedere*. *Suidas:* πελεκῶ, πελεκήσω ξύλα, πελεκίζω δὲ τὸ μετὰ τῆς σπάθης κόπτω.

ΠΕ'ΛΕΚΥΣ, *securis*, *bipennis*. גַּרְזֶן, *securis*. 1 Reg. VI, 7. *Aqu.* sec. cod. X. *Holm.* Deut. XIX, 5. - כְּלִי, *instrumentum*. Ierem. XXII, 7. - כַּשִּׁיל, *securis*. Psalm. LXXIII, 7. Ierem. XXIII, 29. sec. *Alex.* et *Compl.* Ep. Ier. v. 12.

**ΠΕΛΕ'Ω.* רָקַע, *expando*. *Symm.* sec. unum *cod. Reg.* e *Chrysostomo* πελήσαντι. Sed est scriptura haec sine dubio vitiosa, ac reponendum πιλήσαντι.

ΠΕΛΙΔΝΟ'Σ, *nigrorem plumbeum habens*, *sanguine suffusus*, *lividus*, *nigricans*. חַכְלִילוּת, *rubedo*. Prov. XXIII, 29. τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; cuius oculi sunt lividi? aut cum Satyrico (*Iuvenal. Satyr.* XVI, 11.): cui erit nigra in facie tumidis livoribus offa? *Suidas:* πελιδνὸν, μέλαν. λέγεται δὲ καὶ πελιτνὸν (sic enim scribendum pro πελιδνὸν, ut ex *Photio* et *Eustathio* ad Il. ί. p. 755. ostendit *Alberti Miscell. Crit.* in *Suidam* p. 284.) παρὰ Θουκυδίδῃ. Rursus *Suidas:* πελιδνὸν, τὸ μεταξὺ ὠχρότητος καὶ μελανίας, οἱονεὶ μολιβδόχρουν. παρὰ Θουκυδίδῃ. Desumta haec esse ex *Scholiasta Thucydidis* ad lib. II. c. 49. observat *Küsterus*. Apud *Hesychium* πελιδνὸς inter alia exponitur ὕφαιμος (sic enim procul dubio legendum pro ὕφαιμον), *subtus sanguinem habens*, quae explicatio bene convenit *Prov.* l. c.

ΠΕΛΙΟ'ΟΜΑΙ, *lividus reddor*, *livore sugillor*, *nigresco*. נִכְמַר Niph. *denigror*. Thren. V, 10. τὸ δέρμα ἡμῶν ὡς κλίβανος ἐπελιώθη, cutis nostra, ut furnus, nigrescit. Est a πελιὸς, *niger*, *fuscus*, *lividus*. *Nobilius* putavit, ἐπελιώθη esse i. q. ἐπηλιώθη vel ἐφηλιώθη, quasi dicas *ad solem denigrata*. *Suidas:* πελιοὶ, μέλανες, ὠχροί.

ΠΕ'ΛΜΑ, *planta pedis*. Esth. III, 13. πέλματα τῶν ποδῶν, *plantas pedum*. *Hesych.* πέλμα, τὸ κάτω τοῦ ποδός.

ΠΕΛΤΑΣΤΗ'Σ, *qui peltam ad pugnam gestat*, *peltatus*, seu *cetratus*, *scutatus*, a πελτάζω, *peltasticae scientiae operam do*. נֹשֵׂא מָגֵן, *ferens scutum*. 2 Par. XIV, 8. ἐν γῇ Βενιαμὶν πελτασταὶ καὶ τοξόται, in terra Beniamin *scutati* et sagittarii. - נֹשֵׁק מָגֵן, *armatus scuto*. 2 Par. XVII, 17. μετ' αὐτοῦ τοξόται καὶ πελτασταὶ, cum illo sagittarii et *scutati*. *Suidas:* πελτασταὶ, τοξόται, ἢ οἱ τὰ ξυστὰ κατέχοντες. Sic enim *Küsterus* e *Photii Lexico* bene legendum censet pro πελτασταὶ, τοξόται. τοξόται οἱ τοὺς ξυστοὺς κατέχοντες. Non immerito autem haec interpretatio vocis πελτασταὶ dubia et suspecta videtur *Küstero*. Nam quod πελτασταὶ et τοξόται diversi sint, e locis modo ante adductis facile patet.

ΠΕ'ΛΤΗ, *pelta*, *scutum brevius*, *lorum non habens*, *quo sagittarii et levioris armaturae milites uti solebant*. מָגֵן,

scutum. Ezech. XXVII, 10. XXXVIII, 5. XXXIX, 9. *Suidas*: *πέλται, λόγχαι. καὶ ἀσπίδια τετράγωνα.* *Hesych.* *πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα, ἢ ὅπλου σκέπασμα, ἀκόντιον.* Conf. *Brissonium de regno Persarum* lib. III. §. 14. sequ.

ΠΕ'ΛΥΞ, *securis*, *bipennis*, pro *πέλεκυς*. גַּרְזֶן, idem. *Aqu.* Deut. XIX, 5. XX, 19. – כְּלִי מַפָּץ, *instrumentum dissipationis*. Ezech. IX, 2. – פַּטִּישׁ, *malleus*. Ierem. XXIII, 29.

ΠΕ'ΜΜΑ, *coctum*, *quidquid coquitur*: specialiter sic dicitur *genus quoddam placentae*. אֵיפָה, *Epha*. Ezech. XLVI, 6. 8. 12. Derivarunt hanc vocem ab אָפָה, *coquo*. – אֲשִׁישָׁה. Hos. III, 1. *φιλοῦσι πέμματα μετὰ σταφίδος*, amant placentas cum uva passa aut *uvis passis subactas*, non *cociiones cum vinaciis*, ut vertit *Hieron.* qui tamen in ipso Commentario rectius ita scripsit: *Pro pemmatibus*, *quae LXX transtulerunt*, *et comeduntur cum uvis passis sive vinaciis*, *placentas Latine possumus dicere vel crustulas*, *quae idolis offeruntur*, *et graece appellantur πόπανα*. *Gloss. MSS. in Proph.* et *Gloss. Brem.* *πέμματα, πλακούντια.* *Suidas*: *πέμματα, πλακούντια. Ἀῤῥιανός· Οἱ δὲ ξένια ἔφερον, θύννους ἐν κριβάνοις ὠπτημένους, καὶ πέμματα ὀλίγα, καὶ βαλάνους φοινίκων.* Locum *Arriani* in libro *de rebus Indic.* p. 562. occurrere annotat *Küsterus*. *Hesychius*: *πέμμα, εἶδος πλακοῦντος, καὶ πᾶν πεπτόμενον*, Apud eundem *πέμματα* exponuntur *ποικίλα ἐδέσματα*. Hucusque *Bielius*. Sed ingenue fateor, mihi verba *πέμματα μετὰ σταφίδος* (vel, ut Cod. *Alex.* et alii legunt, *σταφίδων*) suspecta esse. Fortasse scripserunt: *φιλοῦσι στέμματα μετὰ σταφίδων*, *amant coronas cum uvis passis*, h. e. *maturioribus*, *a sole iam arefactis*, *ne succum dimitterent*, *id quod gestantibus coronam molestum fuisset*. Alibi etiam *στέμματα* et *πέμματα* a librariis esse commutata, testatur *Iungermannus* in *Iul. Pollucis Onomast.* lib. I. cap. 1. sect. 28.

ΠΕΜΠΤΑΙ'ΖΟ'ΝΤΕΣ dicti sunt in ordinato exercitu *quintati*, *in quinque distributi*. חֲמֻשִׁים, quod *Kimchi* interpretatur: *accincti quintam costam militariter*. Nam nomen חֹמֶשׁ pro *quinta costa* est. 2 Sam. II, 23. *Theod.* Exod. XIII, 18. *πεμπταΐζοντες*, *quintani existentes*: ubi conf. *Hexapla*. LXX *πέμπτῃ δὲ γενεᾷ*. *Fullerus* in *Miscell. Sacris* lib. V. c. 2. iudicat, reponendum esse *πεμπτάζοντες*, *per quinos numerantes se*, quod magis respondere putat voci hebraicae. Sed tunc *πεμπταζόμενοι* potius quam *πεμπτάζοντες* dicendum fuisset.

ΠΕ'ΜΠΤΟΣ, *quintus*. חֹמֶשׁ et חֲמִשָּׁה. Ios. XIV, 10. 2 Reg. VIII, 16. Nehem. VI, 15. et alibi passim. – חֲמִישִׁי. Gen. I, 23. XXX, 17. Lev. XIX, 25. et alibi. – שִׁשִּׁי, *sextus*. Ezech. VIII, 1.

ΤΟ' ΠΕ'ΜΠΤΟΝ, *quinto*, *quinta vice*. פַּעַם חֲמִישִׁית, *quinta vice*. Nehem. VI, 5.

ΠΕ'ΜΠΤΗ ΓΕΝΕΑ', *quinta generatio.* חֲמֻשִׁים plur. *quini.* Exod. XIII, 18.

**ΠΕ'ΜΠΤΟΝ ΜΕ'ΡΟΣ*, *quinta pars.* חֲמִישִׁית. Genes. XLVII, 24.

ΠΕ'ΜΠΩ, *mitto.* *אָפָה, *coquo.* Gen. XIX, 3. *ἀζύμους ἔπεμψεν αὐτοῖς.* Ita *Trommius.* Sed omnes libri editi et hucusque collati codd. rectius habent *ἔπεψεν.* - כָּתַב, *scribo.* Esth. VIII, 5. *πεμφθήτω*, sc. *γράμματα*, mittantur literae. Conf. v. 10. - שָׁלַח. Gen. XXVII, 42. *πέμψασα* (sc. *τινὰ*) *ἐκάλεσεν ἰακὼβ*, mittens aliquem vocabat Iacobum. - שְׁלַח chald. Esdr. IV, 14. *ἐπέμψαμεν* (sc. *ἄγγελον*) *καὶ ἐγνωρίσαμεν τῷ βασιλεῖ*, *misimus nuntium*, et notum fecimus regi. Conf. quae notavi supra s. *ἀποστέλλω.* Esdr. V, 17. *περὶ τούτου πεμψάτω* (sc. *γράμματα*) *πρὸς ἡμᾶς*, de hoc mittat literas ad nos. - Deus dicitur interdum *mittere aliquid*, si *evenire* illud iubet in rerum serie, certo quodam consilio. Sap. XII, 25. *τὴν κρίσιν εἰς ἐμπαιγμὸν ἔπεμψας.* Sic *ἀποστέλλειν* Psalm. CX, 8. et *ἐξαποστέλλειν* Ps. LXII, 2. 2 Macc. XI, 32. *πέπομφα.* *Zonaras Lex.* 1540. *πέπομφα, ἔπεμψα.*

ΠΕΡΙΕΡΓΕΙΑ, vel potius περιεργία, *curiositas*, *curiosa contemplatio*. Sirac. XLI, 28. ἀπὸ περιεργείας παιδίσκης αὐτοῦ, a *curiosa contemplatione* ancillae eius. *Bielius* assentitur *Grotio*, qui legendum censet περιεργίας. Ita alias vox scribi solet. *Achilles Tat.* Lib. I. p. 23. ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα πολλῆς γεμιζόμενα περιεργίας, oculi et aures multa curiositate impletae. *Lucian. Dial. Apoll. et Vulc.* T. I. Opp. p. 199. ὑπὸ περιεργίας ἄχρι τοῦ ᾅδου κατίοι, prae *curiositate* ad inferos usque descenderet. Vide et *Aelian. V. H.* XII, 1. p. 710. ed. *Gronov.* ac *Eustath. in Od.* ά. p. 32, 22.

ΠΕΡΙΕΡΧΟΜΑΙ, *circumeo*, *pervagor*, it. *callide circumvenio*. *אָבִיב, *Abib*, nomen propr. Ezech. III, 15. περιῆλθον. Legerunt fortasse סָבִיב aut אַסּוֹב. - *אֲשֶׁר לוֹ נֹשֶׁא, *cui ei* (erat) *creditor*. 1 Sam. XXII, 2. *Aqu.* καὶ πᾶς περιερχόμενος. Quia sequitur πᾶς ἐπαιτῶν, verba haec ita verti posse atque adeo debere mihi olim videbantur: *omnis circuiens mendicandi causa*. Sed locum accuratius consideranti mihi nunc haec explicatio minus probabilis videtur. Summi potest et quilibet facile hoc mihi concedet, *Aquilae* nomen falso huic versioni praefixum esse. Duas porro hic coaluisse versiones, etiam nemo facile inficias ibit. Auctor versionis περιερχόμενος legit נֹשֵׁא cum שׁ, quod aeque ac περιέρχεσθαι in coniug. Hiph. *decipere*, *circumvenire* notat. Verta πᾶς ἐπαιτῶν aut sunt mera interpretatio verborum antecedentium male intellectorum, aut eorum auctor in mente habuit formulam נָשָׂא קוֹל, quae de *iis* adhibetur, *qui aliorum auxilium implorant*. - הִקִּיף Hiph. a נָקַף, *circumprehendo, in orbem redeo*, *circumeo*. Al. Ps. XLVII, 11. - *יָרַד, *descendo*. *Symm.* sec. marg. cod. 85. *Holm.* Iud. XI, 37. - סָבַב. Ios. VI, 15. περιῆλθοσαν τὴν πόλιν, *circumibant* urbem. Vide et Ios. XV, 10. XVIII, 14. 2 Sam. XIV, 20. ἕνεκεν τοῦ περιελθεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ ῥήματος τούτου, ut *circumveniret* facies vel forma huius sermonis. Similiter verbum Graecis alias usurpatur. *Suidas*: περιέρχομαι, ἐνεδρεύω, ἐξαπατῶ, σοφίζομαι, ὑπέρχομαι. Ἀριστοφάνης· Σκέψασθε δέ μ', εἰ σοφῶς αὐτοὺς περιέρχομαι, τοὺς οἰομένους φρονεῖν καί μ' ἐξαπατύλλειν. Verba haec, observante *Küstero*, leguntur in *Equit.* p. 353. - עָבַר, *transeo*. Ios. VI, 7. - עָטַף, *obruor*. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. LVII, 16. περιελεύσεται. *Hieronymus* interpretatur: *cuncta circumdat*. Ex *Doederleinii* (in notis ad vers. lat. p. 235.) sententia περιελεύσεται in περιειλήσεται mutandum est ex Iob. XXXVIII, 9. et Psalm. CXLII, 4. - שׁוּט, *discurro*. Iob. I, 7. περιελθὼν τὴν γῆν, *pervagatus* terram. *Al.* 2 Sam. XXIV, 8. περιῆλθον.

ΠΕΡΙΕΧΩ, *circumdo*, *complector*, *obsideo*, *cingo*, *obtego*, *contineo*. אָזַר, *cingo*. Iob. XXX, 18. - אָפַף, *comprehendo*, *circumdo*. 2 Sam. XXII, 5. Ps. XVII, 5. CXIV, 3. - *בְּהַל chald. *perturbo*. Dan. VII, 28. sec. *Chis.* σφόδρα ἐκστάσει περιειχόμην. - הֶאֱרִיךְ

Hiph. *prolongo.* 2 Par. V, 8. - הִקִּיף Hiph. a נָקַף. 2 Par. IV, 3. Ps. XVI, 11. XXI, 17. - כִּתֵּר Pih. *cingo.* Ps. XXI, 12. - מָגוֹר, *formido.* Ierem. XLVI, 5. *περιεχόμενοι κυκλόθεν.* Suspicor, post *περιεχόμενοι* aliquid omissum esse, v. c. *φόβῳ* aut simile quid. Fortasse tamen מָגוֹר de obiecto *formidinis*, nempe *hostibus undique cingentibus* explicarunt. - נָצַר, *custodio.* Ps. XXXI, 9. *ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με.* Legerunt צָרַנִי a radice צוּר, *premere*, *arctare*, ita ut subaudiendum sit אֲשֶׁר, vel pro צַר legerunt צָרָה. - נָצוּר part. Niph. a צוּר, *obsessus.* Ezech. VI, 12. *ὁ περιεχόμενος*, *obsessus.* Ita quoque *Theodotion.* - צִפָּה Pih. *obtego.* 1 Reg. VI, 15. 20. 21. *ὅλον τὸν οἶκον περιέσχε χρυσίῳ*, totam domum *obduxit* auro. Vide et v. 15. 29. 34. - שָׁאט, *sperno.* Ezech. XVI, 56. Libere verterunt. 3 Esdr. VIII, 7. *πολλὴν ἐπιστήμην περιεῖχεν*, magnam *adhibuit* curam. *Vulg. in his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat.* Conf. Esdr. VII, 10. Fortasse tamen ibi legendum est *παρεῖχεν.* 2 Macc. XI, 16. *ἐπιστολαὶ περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον*, *epistolae*, *quarum hoc erat argumentum.* Conf. Act. XXIII, 25. 2 Macc. XI, 22. *ἡ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ περιεῖχεν οὕτως*, epistola autem regis *huius erat argumenti.*

**ΠΕΡΙΖΗΛΟ'Ω*, *admodum aemulor*, *invideo.* Esth. III, 7. sec. *Vet. Arund.* *περιζηλώσας καὶ κινηθεὶς ἐν παντὶ θυμῷ.* (Vereor tamen, ne pro *περιζηλώσας* scribendum sit *παραζηλώσας. K.*)

ΠΕΡΙ'ΖΩΜΑ, *omne*, *quo circumcingimus aliquid*, *cingulum*, *cinctura*, *indumentum*, *amiculum.* אֵזוֹר, *cingulum.* Ierem. XIII, 1. (*Aqu. Symm. Theod.*) 2. 11. *Symm.* Ies. XI, 5. - חֲגוֹר, idem. Prov. XXXI, 24. - חֲגוֹרָה. Gen. III, 7. - מִטְפַּחַת, *peplum.* Ruth. III, 15. *φέρε τὸ περίζωμα τὸ ἐπάνω σου*, affer *amiculum*, quod super te. *Hesych.* *περίζωμα*, *περιβόλαιον.*

ΠΕΡΙΖΩΝΝΥ'Ω et *ΠΕΡΙΖΩ'ΝΝΥΜΙ*, *circumcingo*, *cingo*, *accingo.* אָזַר, idem. 1 Sam. II, 3. *οἱ ἀσθενοῦντες περιεζώσαντο δύναμιν*, infirmi *accincti sunt* robore. 2 Reg. I, 8. *ζώνην δερματίνην περιεζωσμένος*, *circumcinctus* zona pellicea. Ps. XVII, 35. *ὁ περιζωννύων με δύναμιν*, qui me robore *circumcinxit.* Vide et v. 43. et Ps. XXIX, 14. et conf. Sir. XLV, 9. - אָסַר, *ligo.* *Symm.* Iob. XII, 18. *περιζωννύων.* - הוֹדָה Hiph. a יָדָה, *confiteor*, *glorifico.* *Symm.* Ps. LXXV, 11. *περιζωσθέν.* Ita *Bielius*, sed male inspecto opere hexaplari, in quo *περιζωσθὲν* potius hebr. חָגַר repondet. - חָגַר, *accingo.* Exod. XII, 11. *αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι*, *lumbi vestri accincti* LXX sec. *Hex.* Iud. XVIII, 16. *Inc.* Ps XLIV, 4. Vide et Dan. X, 5. et conf. Luc. XII, 35. Ez. XLIV, 18. *οὐ περιζώσονται βίᾳ*, non *accingentur* violentia. - כִּרְבֵּל Pih. *amicio* 1 Paral. XV, 27. *περιεζωσμένος ἐν στολῇ βυσσίνῃ*, *cinctus* stola byssina. - מַחֲגֹרֶת. *cinctura.* Ies. III, 23. 1 Macc. III, 58. *περιζώσασθε*, *accingite vos.*

ΠΕΡΙΗΛΥΤΕΥ'ΟΜΑΙ, circumeo, discurro. הִתְשׁוֹטֵט Hithp. a שׁוּט, *cursito. Al.* Ierem. XLIX, 3. περιηλυτεύεσθε.

ΠΕΡΙ'ΘΕΜΑ, quod circumponitur, tectorium, torques. לִוְיָה, *plexus, corolla,* q. d. *sertum plexile* secundum *Schultensium. Inc.* Prov. I, 9. - צִפּוּי, *obtectio.* Num. XVI, 38. 40. - עֲנָק, *torques. Al.* Iud. VIII, 21. περιθεμάτων, et Prov. I, 9. περίθεμα.

**ΠΕΡΙ'ΘΕΣΙΣ, circumpositio, circumdatio*, etiam i. q. παράθεσις, quod inter alia *repositionem, depositionem* notat, cum quo ipso vocabulo permutatur in libris vett. 1 Macc. VI, 53. κατέφαγον τὸ ὑπόλειμμα τῆς περιθέσεως sec. ed. *Compl.* In reliquis libris legitur παραθέσεως. Notat autem ὑπόλειμμα τῆς περιθέσεως *residua frumentorum in horreis repositorum,* quod fieri solebat apud Iudaeos anno sexto ante annum septimum sabbaticum. *Vulgatus: consumserunt reliquias eorum, quae reposita fecerant:* ubi quamnam lectionem expresserit, non satis constat. Idem valet de *Syro.*

ΠΕΡΙΙ'ΣΤΗΜΙ, circumsto. נִצַּב Niph. a יָצַב. 2 Sam. XIII, 31. - סָבַב. *Al.* Ios. VI, 3. περίστησον. Adde 1 Sam. IV, 16. ubi nihil pro hac voce legitur in textu hebr. 2 Macc. XIV, 9. τοῦ περιϊσταμένου γένους ἡμῶν προνοήθητι, curam habe gentis nostrae *undiquaque afflictae. Syrus: moestae et afflictae.* Sc. περιΐστημι notat etiam *obsidione cingere*, et deinde ex effectu *vexare, malis afficere. Ep. Ierem.* v. 37. idola ἄνθρωπον τυφλὸν εἰς ὅρασιν οὐ μὴ περιστήσωσιν: ubi περιΐστημι est i. q. ἀποκαθίστημι, *restituo in pristinum statum. Vulg. restituent. Syrus: non possunt ei reddere visum.* Cod. *Alex.* habet ita: παραστήσωσιν, quod *Bretschneidero* videtur esse interpretamentum. *Dionys. Hal.* VII, 49. p. 1421. ed. *Reisk.* εἰς δημοκρατίαν περιστῆναι τὰ πράγματα, *convertere* imperii formam in popularem dominatum.

ΠΕΡΙΚΑΘΑΙ'ΡΩ, circumquaque purgo, perpurgo, lustro. הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* Deut. XVIII, 10. ὁ περικαθαίρων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *lustrans* filium suum. Sermo ibi est de lustratione et immolatione liberorum, qui in idoli Moloch honorem comburebantur, in qua formula *transire facere per ignem* uti solebant. *Gloss. in Octat.* περικαθαίρων, ἀναλύων τὴν γοητείαν. *Suidas* et *Hesychius:* περικαθαίρων, ἀναλύων τὸν πεφαρμακευμένον, ἢ τὸν γεγοητευμένον. - מוּל, *circumcido.* Ios. V, 4. Sc. circumcisio pro *purgamento* ac specie lustrationis a Iudaeis habebatur. Vide s. περικαθαρίζω. 4 Macc. I, 29.

ΠΕΡΙΚΑΘΑΡΙ'ΖΩ, circumquaque purgo, perpurgo, lustro. כִּפֵּר Pih. *expio.* Ies. VI, 7. τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ, peccata tua *expiabit.* Legerunt חֻכַּפֵּר pro כֻּפַּר. - מוּל, *circumcido.* Deut. XXX, 6. Vide s. v. περικαθαίρω. - עָרֵל, idem. Levit. XIX, 23. ubi περικαθαρίζειν, ut hebr. עָרֵל, notat in

universum *auferre*, *amputare*, *removere*. Sermo enim ibi est de arboribus, non vero de hominibus. Vide *Lexicon N. T.* s. v. *καθαίρω*.

ΠΕΡΙΚΑ'ΘΑΡΜΑ, *purgamentum*. כֹּפֶר, *expiatio*, aut *id quod expiandi vim habet*. Prov. XXI, 18. *περικάθαρμα δικαίου ἄνομος*, *purgamentum* iusti iniquus, seu: pro redemtione pii datur impius. Plura de hac voce vide apud auctores citatos *Wolfio* ad 1 Cor. IV, 13. p. 358. ac *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΕΡΙΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *sedeo circum*, *circumsideo*, *obsideo*. צוּר. Deut. XX, 19. *ἐὰν δὲ μὴ περικαθήσῃ περὶ πόλιν*, si autem non *obsideat* urbem. 2 Reg. VI, 25. *περιεκάθηντο ἐπ' αὐτὴν*, *obsidebant* illam. Vide et 1 Reg. XV, 27. et adde Iud. IX, 31. – *שָׁמַר, *observo*, etiam *obsideo*, quia obsessio alicuius loci cum eius observatione coniuncta est. 1 Sam. XI, 16. sec. *Compl.* 1 Macc. XI, 21. *περικάθηται τὴν ἄκραν*, *obsidet* arcem. 1 Macc. V, 3. *ὅτι περιεκάθηντο τὸν ἰσραήλ*: ubi *Syrus* transtulit: *quod habitabant cum Israelitis*.

ΠΕΡΙΚΑΘΙ'ΖΩ, idem. חָנָה, *castra metor*. Ios. X, 5. 31. 34. 37. ubi cod. *Oxon.* *παρετάξαντο* habet. Iud. IX, 50. – נִלְחַם Niph. *pugno*. Ios. X, 36. 38. – צוּר. Deut. XX, 12. 2 Sam. XI, 1. *Inc.* 2 Sam. XX, 15. – קָשַׁר, *conspiro*. 1 Reg. XV, 27. Vide et 1 Macc. VI, 19. 20. ubi cum *ἐπὶ* construitur, XI, 61.

**ΠΕΡΙΚΑΙ'Ω*, *amburo*, *deuro*, *peruro*. 4 Macc. XVI, 3. *ὡς ἡ τῆς φιλοτεκνίας περιέκαιεν ἐκείνην φύσις*. *Lat. Int. ut naturae vis, qua maternum illud pectus erga liberos propendebat*. Vide *Callim. Hymn. in Delum* v. 201.

ΠΕΡΙΚΑΛΥ'ΠΤΩ, *circumtego*. *הִתְחַפֵּשׂ Hithp. a חָפַשׂ, *muto me*, *dissimulo me*. 1 Sam. XXVIII, 8. *περιεκαλύψατο* sec. cod. *Alex.* h. e. *mutavit vestem*: ubi cod. *Vat.* habet: *συνεκαλύψατο*. – כִּסָּה Pih. *tego*. 1 Reg. VII, 41. – סָבַב. *Inc.* Num. XXXII, 38. *περικεκαλυμμένας*, *circumtectas*. Lectionem hanc, quam etiam *Grabius* repudiavit, vitiosam esse, statuit *Scharfenbergius*, ortam, ut videtur, e vera *περικεκυκλωμένας*. – סָכַךְ, idem. 1 Reg. VIII, 7. – שִׁבֵּץ Pih. *tessellatum opus facio*. Exod. XXVIII, 20.

ΠΕΡΙΚΑΜΠΗ'Σ, *circumflexus*, *deflexus*. עֲקֻבָּה foem. ex עָקוֹב, q. d. *calcaneata*, deinde *fraudulenta*, *fallax*, *lubrica*. *Aqu.* Hos. VI, 8. ubi *περικαμπὴς* nonnullis est lat. *circumveniens*, *insidians*. Sed, si lectio sana, vertere mallem *circumdata cruore*. Videndum, annon legerit עֲקֻלָּה. Caeterum vocabulum hoc non habent Lexica.

ΠΕΡΙ'ΚΑΡΠΑ, *tortae*. כִּכְּרוֹת, *placentae*, *tractae panis*. *Aqu.* 1 Sam. X, 3. *περίκαρπα*. Sed ingenue fateor, mihi hanc lectionem admodum suspectam esse, cui tamen medelam afferre nequeo.

ΠΕΡΙΚΑΤΆΛΗΠΤΟΣ, undique comprehensus aut *circumseptus.* 2 Macc. XIV, 41.

**ΠΕΡΙ'ΚΕΙΜΑΙ*, *circumiaceo*, *circumponor*, *indutus*, *septus*, *amictus sum.* De *ornatu* legitur apud *Symm.* Ies. LXI, 10. pro hebr. עָדָה, *orno.* Reperitur quoque pro קָצַץ, *amputo*, apud *Inc.* Ierem. XXV, 23. ubi *Montf.* περικείμενον reddidit per *circumpositum.* Sed lectio est sine dubio vitiosa, et scribendum περικειρόμενον.

ΠΕΡΙΚΕΙ'ΡΩ, *circumtondeo.* קָצַץ, *amputo, trunco.* Ierem. IX, 25. XXV, 23.

ΠΕΡΙΚΕΝΤΕ'Ω, *circumpungo*, *circumstimulo*, *configo.* רָדַף, *persequor. Inc.* Prov. XIX, 7. περικεντεῖ. Non male quoad sensum. Nam *persequi verbis* et *pungere* s. *perfodere verbis* sensu minime differunt. LXX ibi ἐρεθίζειν posuerunt.

ΠΕΡΙΚΕΦΑΛΑΙ'Α, *galea.* כּוֹבַע, idem. Ies. LIX, 17. περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίου, circumposuit galeam salutis, h. e. galeam, quae vel salutem efficit, vel galeatum tutum et immunem praestat ab ictibus, qui in caput diriguntur, passim lethalibus. Conf. Eph. VI, 17. et *Vitringam* ad Ies. l. c. p. 793. Vox etiam occurrit Ierem. XLVI, 4. Ez. XXVII, 10. XXXVIII, 5. – קוֹבַע. 1 Sam. XVII, 38. *Inc.* Ez. XXIII, 24. XXXVIII, 5. *Lex. Cyrilli Ms. Brem.* περικεφαλαία, κάσις, κράνος.

ΠΕΡΙΚΛΆΩ, *circumcirca frango*, *circumfringo*, *decerpo.* קָטַף, *decerpo.* Iob. XXX, 4. sec. *Compl.* περικλῶντες ἅλιμα, *decerpentes* halima. *Aqu.* Iob. VIII, 12. περικλασθήσεται. *Vulg. carpatur manu.* Potius: *succidetur*, *demetetur.* LXX θερισθῇ. Sap. IV, 5. περικλασθήσονται κλῶνες ἀτέλεστοι, *decerpentur* (aut potius: *circumquaque diffringentur*) rami inconsummati. Sic *Aelianus V. H.* IX, 18. τίλλουσιν αὐτὰς καὶ περικλῶσιν, vellicant illas (quercus) et *decerpunt.* 4 Macc. VII, 5. περιέκλασεν τοὺς κλύδωνας. Eodem modo nos *die Wellen brechen* dicere solemus. In notione *confringendi* legitur 4 Macc. X, 6.

ΠΕΡΙΚΛΥ'ΖΩ, *circumcirca lavo*, *abluo.* Iob. VI, 2. κατέβη περικλύσασθαι, descendit, ut *ablueretur.* Legitur etiam Iudith. X, 3. ubi lectionem *Ald.* περιελούσατο secutus est *Bielius.*

ΠΕΡΙΚΛΩ'ΘΩ, *circumtorqueo.* מִשְׁבְּצוֹת, *ocellaturae. Inc.* Exod. XXVIII, 11. περικεκλωσμένους, circumtortos. Sed plane non video, quomodo *lapides*, *gemmae* circumtorqueri possint, nec respondet graeca haec vox hebraicae. Quid si legatur περικεκυκλωμένους? ut ab alio incerto interprete recte expressum est.

ΠΕΡΙΚΝΗΜΙ'Σ, *tegumentum tibias ambiens*, *ocrea*, *tibialia.* פַּטְּשִׁין Chald. plur. *femoralia.* Dan. III, 21. καὶ περικνημῖσι καὶ τιάραις, et *ocreis* et tiaris. Sic enim inverso or-

dine post *Drusium* legendum censet *Bielius* pro *καὶ τιάραις καὶ περικνημῖσι*. Sed potest eodem iure ex recepto ordine ad vocem Chald. כַּרְבְּלָה referri, quod *tibiale* notat, vel *calceamentum fibulis vel vinculis arcte adstrictum*. Conf. et *Bynaeum* de *calc. hebr*. lib. II. c. 10. §. 5. *Hesych*. περικνημὶς, σκεπαστήριον τῆς κνήμης.

ΠΕΡΙΚΟΜΠΕ'Ω, circumquaque iacto, it. *circumstrepo, circumsono*. Sap. XVII, 4. ἦχοι δὲ ταράσσοντες αὐτοὺς περιεκόμπουν.

ΠΕΡΙΚΟ'ΠΤΩ, circumcido, circumquaque reseco. בָּרַץ Pih. *abscindo*. *Aqu*. Ps. LXXIV, 11. et Zach. XI, 10.

ΠΕΡΙΚΟΣΜΕ'Ω, circumcirca orno, circum orno. חָטַב, *incido, excido*. Ps. CXLIII, 14. θυγατέρες περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ, filiae *exornatae* ad similitudinem templi. Chald. חֲטַב notat *figuris exornavit*. Eandem significationem quoque habet arab. خطب. Caeterum h. l. in versione LXX Intt. duae versiones coaluerunt.

**ΠΕΡΙΚΡΑΤΕ'Ω, obtineo, dominor, impero*. 4 Macc. I, 9. ubi est i. q. ἐπικρατέω v. 3. et κρατέω v. 6. Vide s. v. περικρατής.

**ΠΕΡΙΚΡΑΤΗ'Σ, compos*. Susann. v. 39. sec. cod. *Alex*. Alii libri habent ἐγκρατής. Vox περικρατεῖν legitur apud *Iosephum A. I*. Lib. XI. p. 551.

ΠΕΡΙΚΥΚΛΟ'Ω, circumcingo. הִקִּיף Hiph. a נָקַף. 2 Reg. VI, 14. *Aqu*. Lev. XIX, 27. περικυκλώσεις. – *חָנָה סָבִיב, *castra metor circa*. Iob. XIX, 12. *Vulg. obsederunt in gyro*. – סָבַב. Gen. XIX, 4. Exod. XXXIX, 11. Num. XXXII, 38. ubi vid. *Scharfenbergius*. 2 Par. XIII, 13. sec. *Compl. Symm*. Ps. XVII, 11. Idem Gen. XXXVII, 7. sec. cod. *Mosqu*. – סָעַר, *fulcio*. Prov. XX, 28. περικυκλώσουσιν, cingent thronum eius, nempe ut eum fulciant. – קָטַף, *decerpo*. Iob. XXX, 4. ubi tamen pro περικυκλοῦντες *Vossius* de *LXX Intt*. p. 63. et *Bochartus* in *Hieroz*. P. I. lib. III. c. 16. p. 876. bene legunt ex aliis libris, v. c. *Complut*., περικλῶντες. Nam eos legisse הקיפים pro הקטפים minus est verosimile. – רִפֵּד Pih. *substerno*. *Symm*. Cant. II, 5. περικυκλώσατε. Non male quoad sensum. – *שׁוֹבֵב Pih. *redire facio*. *Ed. Quinta* Ps. LIX, 3. ubi pro περιεκύκλωσαν ἡμᾶς scribendum videtur περιεκύκλωσας ἡμᾶς, ut ad Deum referatur, hoc sensu: *iterum nos cinxisti tutela ac benevolentia tua*. *Deus* enim in SS. dicitur *ad homines redire, quando iram ponit, eorumque iterum miseretur*.

ΠΕΡΙΚΥ'ΚΛΩι, circum, in circuitu, circumcirca. סָבִיב sing. Exod. XXVIII, 30. – סְבִיבִים plur. masc. Psalm. LXXXVIII, 8. – סְבִיבוֹת plur. foem. Deut. VI, 14. Ios. XIX, 8. Iud. II, 12. et alibi. Dan. IX, 16. sec. cod. *Chis. Theod*. Ezech. XXXII, 23. – מִסָּבִיב, *a circum*. Ezech. XXXVI, 3. 4. 7. XXXVII, 21. – מֵסַב, *circuitus*. 2 Reg. XXIII, 5. – מִקְרָא,

convocatio. Ies. IV, 5. πάντα τὰ περικύκλῳ αὐτῆς. *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 495. videntur legisse מִגְרָשֶׁיהָ. Nam מִגְרָשִׁים sunt *suburbia, quae sunt circa urbem,* s. *suburbana praedia in circuitu eius.* 3 Esdr. I, 53. hebr. בּ, *ad, iuxta, prope,* coll. 2 Paral. XXXVI, 17.

*ΠΕΡΙΚΥΛΙ'Ω, *circumvolvo, circumvoluto.* רִפֵּד Pih. *substerno. Symm.* Cant. II, 5. περικυλίσατέ με, ut pro περικυκλώσατε unus *Regius* ex *Origene* habet, quae lectio iudice *Montfauconio* (qui vertit: *circumsternite me*) melius quadrat ad Hebraicum.

*ΠΕΡΙΛΑΚΙ'ΖΩ, *undique decerpo.* 4 Macc. X, 8. Desideratur haec vox in Lexicis. *Suidas:* περιλακιζομένη, ἀντὶ τοῦ διασχιζομένη, καὶ διακοπτομένη.

ΠΕΡΙΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *circumprehendo, complector, circumdo, cingo, amplector, amplexor.* הִקִּיף Hiph. a נָקַף. Ps. XLVII, 11. περιλάβετε αὐτήν. Ita et *Eusebius.* Sed nonnullis legendum videtur περιβάλλετε. Vide ad h. l. *Agellium.* - חָבַק, *implico, complector.* Gen. XXIX, 13. XXXIII, 4. Cohel. IV, 5. Cant. II, 6. Adde *Aqu.* Prov. VI, 10. ubi vox graeca notat *complicare, conserere.* - לָפַת, *flecto, circumflecto.* Iud. XVI, 30. ubi vox hebr. *amplecti* notat. - עָבַר, *transeo.* Ies. XXXI, 9. Libere transtulerunt, sensu parum mutato. Sir. XXX, 20. ubi legitur ὥσπερ εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον καὶ στενάζει, περιλαμβάνειν notat *amplecti* sensu venereo. *Syrus* h. l. usus est voce ܕܡܟ, quae notat *dormire, rem habere, concumbere cum muliere.* Ita quoque *Arabs.*

ΠΕΡΙΛΕΙ'ΠΟΜΑΙ, *reliquus sum,* a περιλείπω, *reliquum facio, relinquo.* מֵיתָרִים, *nervi. Symm.* Ps. XX, 13. περιλειπόμενοι: ubi vel legit מוֹתָרִים, vel derivavit ab הוֹתַר, *reliquum esse.* Idem valet de LXX Intt., qui h. l. voce περίλοιπος usi sunt. - נִשְׁאַר Niph. *Aqu.* Lev. XXVI, 39. περιλειπόμενοι. *Symm.* περιλειφθέντες. Vide quoque 2 Macc. I, 31. VIII, 14.

ΠΕΡΙ'ΛΗΜΜΑ, *amplexus.* חֲבֹק infin. *amplecti,* qui saepe nominascit. Cohel. III, 5. ubi *Schol.* περιλήψεως habet.

*ΠΕΡΙΛΗΠΤΕΥ'ΟΜΑΙ. Περιληπτεύεσθε ex alio Interprete sine dubio addit *Cod. Norimb.* Ierem. XLIX, 3. (ubi τῷ חֲגֹר, *accingere se,* respondere videtur) ante καὶ κόπτεσθε, pro quo κόψεσθε legendum est.

*ΠΕΡΙ'ΛΗΨΙΣ, *comprehensio, complexus,* etiam *amplexus.* חֲבֹק infin. *amplecti.* Cohel. III, 5. sec. cod. *Vat.* Vide supra s. v. περίλημμα. *Zonaras Lex.* c. 1533. περίληψις, ἡ περισσοτέρα νόησις, ἐκ τοῦ λήβω, τὸ λαμβάνω.

ΠΕΡΙ'ΛΟΙΠΟΣ, *reliquus.* מֵיתָרִים plur. *funiculi.* Ps. XX, 13. Vide supra s. v. περιλείπομαι.

ΠΕΡΙΛΟΥ'Ω, *circumcirca lavo*, seu *abluo*, *diligenter lavo*. Iudith. X, 3.

ΠΕΡΙ'ΛΥΠΟΣ, *undiquaque tristis*, *valde tristis*. קְצַף שַׂגִּיא chald. *iratus est multum*. Dan. II, 12. sec. cod. *Chis.* ubi περίλυπος *valde iratum* notat, quemadmodum λυπεῖσθαι in eadem notione hebr. קָצַף, *ira effervescere*, respondet, 1 Sam. XXIX, 4. et λυπηρὸν ἐστὶ hebr. חָרָה, Gen. XXXIV, 7. Adde 3 Esdr. VIII, 72. σύννους καὶ περίλυπος, hebr. מְשׁוֹמֵם, Esdr. IX, 4.

ΠΕΡΙ'ΛΥΠΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *magno dolore afficior*, etiam *admodum irascor*. חָרָה לְךָ, *exarsit ira in te*. Gen. IV, 6. ἱνατί περίλυπος ἐγένου; quid *irasceris?*

ΠΕΡΙ'ΛΥΠΟΣ ΕἸ'ΜΙ', *undiquaque seu valde tristis sum*. הִשְׁתּוֹחֵחַ Hithp. a שָׁחַח, *incurvo me*. Ps. XLI, 6. 15. et XLII, 5. ἱνατί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; cur adeo tristis es anima mea? Conf. Matth. XXVI, 38. et ad h. l. *Elsnerum* p. 120. et *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΕΡΙΛΥ'Ω, *solvo*, *dissolvo*. הִתְנַעֵר Hithp. *excutio me*. *Aqu.* Ies. LII, 2. περίλυσαι: ubi *excutere* notat, ut transtulit *Vulgatus*. LXX ἐκτινάσσειν habent. Postulat hoc quoque series orationis. Vide supra s. ἀπολύω et διαλύω. - *שָׁחַר, *scindo*, *dissolvo*. *Aqu.* 1 Sam. V, 9. περιελύθησαν: ubi περιλύεσθαι est *computrescere*, ut *Vulgatus* mihi recte expressisse videtur. *Scharfenbergius* ibi coniicit legendum παρελύθησαν, quod de *membris debilitatis* frequenter usurpatur. Paulo post v. 12. περιλύεσθαι eodem sensu *Symmacho* tribuitur, ubi in textu hebr. legitur הֻכּוּ, *percussi sunt*. Videntur tamen mihi h. l. *Aquilae* et *Symmachi* nomina permutata esse, ita ut versio, quae *Aquilae* tribuitur, *Symmacho* reddatur, et vice versa, ut partim e v. 9. luculenter apparet, partim ex ipsa indole versionis *Aquilae* affictae. Vide ad h. l. *Montfauconium*.

ΠΕΡΙΜΕ'ΝΩ, *exspecto*. יִחֵל Pih. idem. *Aqu.* 1 Sam. XIII, 8. Idem Ps. LXVIII, 4. περιέμεινεν, *exspectavit*. Adde *Aqu.* Ps. CXVIII, 49. secundum *Heracleotam* in *Catena PP. GG.* T. III. p. 416. - קִוָּה Pih. Gen. XLIX, 18. Vide et Sap. VIII, 13. ac conf. Act. I, 4.

ΠΕΡΙ'ΜΕΤΡΟΝ, *ambiens locum aliquem*, *circumferentia*, *ambitus*. אַרְגֹּב, *Argob*, nomen propr. regionis. *Symm.* Deut. III, 4. secundum *Eusebium Onomast.* v. ἀργόβ et ἐργάβ. *Tychsenius* suspicatur, eum legisse ἀρεχὸβ, הרחוב. Sed sine dubio erravit *Eusebius*, et περίμετρον, quod proprie *ambitum* (vide *Herodot.* II, 15. 149. I, 185.), h. l. autem *regionem* notat, pertinet ad antecedens חֶבֶל, *funis*, it. *regio demensa*, coll. Soph. II, 5. ubi apud *Symmachum* περίμετρον παράλιον est *regio maritima*. Praeterea legitur quoque in margine cod. 130. *Holm.* Deut. III, 14. ubi quoque *Symmacho* vindicandum

erit, ut iam notavit *Holmesius.* - חבל. *Symm.* Soph. II, 5. Vide supra s. ארגז. - חוט, *funiculus.* 1 Reg. VII, 15. *Hesych.* περίμετρον, ὑπέρμετρον, μέγα. τινὲς δὲ εὔκυκλον. ubi vide *Intt.* - *מִדָּה, *mensura, dimensio. Symm.* Psalm. CXXXII, 2. τῶν περιμέτρων αὐτοῦ, dimensionum eius. Sed τὰ περίμετρα sunt h. l. *indumenta, vestimenta, quae se extendunt circa corpus.* Certe reliqui Intt. ibi voce ἔνδυμα usi sunt. Vide quoque Sirac. L, 5. de quo loco conf. *Doederlein. Bibl. Theol.* IV. p. 55. ac infra s. v. τρίμετρος.

ΠΕΡΙΝΟΕ'Ω, *dilegenter in animo verso vel considero, mente complector et concipio, excogito, exquisitius excogito.* שֶׂכֶל, *intellectus. Aqu. Symm. Theod.* Prov. III, 4. περινόησαι, *dilegenter cogita, stude, operam da.* Legerunt שֵׂכֶל cum LXX, qui h. l. voce προνοοῦ usi sunt. *Hesych.* περινοεῖ, περισσῶς νοεῖ. Adde *Aristoph. Ran.* v. 989.

ΠΕΡΙ'ΝΟΙΑ, *cogitatio.* מַעֲלָלִי, *studia, facta. Symm.* Ps. LXXVI, 12. Sermo ibi est de operibus divinis. *Drusius* habet προνοίας.

*ΠΕΡΙΞΕ'Ω, *circumcirca rado et polio,* i. q. περιξύω, cum qua voce permutatur in codd. Sap. XIII, 11. ubi ed. *Compl.* περιέξεσεν, reliqui libri περιέξυσεν habent.

ΠΕΡΙΞΥΡΑ'Ω, *circumrado.* הִקִּיף Hiph. a נָקַף, *circumcido. Aqu.* Lev. XIX, 27. περιξυρήσετε κύκλῳ. Adde *Herodot.* III. p. 162, 16.

ΠΕΡΙΞΥ'Ω, *circumcirca rado et polio.* Sap. XIII, 11. Vide supra s. v. περιξέω.

ΠΕΡΙΟΔΕΥ'Ω, *circumeo, in orbem obeo.* הִתְהַלֵּךְ Hithp. *ambulo.* Zach. I, 10. 11. VI, 7. - סָבַב. *Aqu.* Cohel. VII, 26. *Symm.* Cant. III, 5. περιοδεύοντες. - שׁוּט, *discurro.* 2 Sam. XXIV, 8.

ΠΕΡΙ'ΟΔΟΣ, *circuitus.* פַּעַם, *vice.* Ios. VI, 16. *Symm.* Ios. VI, 3.

ΠΕΡΙΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, *circumcirca aedifico, in orbem struo, aedificiis circumvallo, s. circumcludo.* בָּנָה, *aedifico.* Ierem. LII, 2. Adde 2 Reg. XXV, 1. sec. ed. *Compl.* - גָּדַר, *sepio.* Iob. XIX, 8. κύκλῳ περιῳκοδόμημαι, *circumseptus sum.* In textu hebr. legitur *semitam meam sepsit* seu *circumsepsit,* sensu eodem. - חָסַם, *obturo.* Ezech. XXXIX, 11. περιοικοδομήσουσι τὸ περιστόμιον, os seu nares sibi *obturabunt.* - שָׁפַךְ, *effundo.* Ezech. XXVI, 8. ubi περιοικοδομήσει est glossema ex alia interpretatione. Est autem interpretamentum illius, quod sequitur: καὶ ποιήσει ἐπί σε φάραγγα.

ΠΕΡΙ'ΟΙΚΟΣ, *accola, qui circumhabitat.* שָׁכֵן, verbale, *habitans.* Deut. I, 7. Conf. Luc. I, 58.

*ΤΑ' ΠΕΡΙ'ΟΙΚΑ, *adiacentia,* speciatim *loca suburbana,* seu *vici circumiacentes.* בְּנוֹת, *filiae.* Iud. XI, 26. τοῖς περιοίκοις αὐτῆς sec. cod. *Oxon.* Scil. בְּנוֹת interdum

notat *regionem circumiacentem*, aut potius *pagos ac villas*, quae sunt quasi maiorum urbium et metropolium filiae.

'Η ΠΕΡΙ'ΟΙΚΟΣ, supple *χώρα*, *circumiacens regio.* כִּכָּר, *planities.* Gen. XIX, 25. 29. sec. cod. *Alex.* et *Iustin. Martyr. Dial. c. Tryph. Iud.* p. 152. et 154. - סָבִיב, *circum.* Ierem. XLIX, 5.

ΤΟ' ΠΕΡΙ'ΟΙΚΟΝ, sc. *πέδον*, *circumiacens solum.* כִּכָּר, *planities.* 1 Reg. VII, 46. Adde Iud. I, 27. sec. *Vat.* et *Hex.*

ΠΕΡΙΟΝΥΧΙ'ΖΩ, *circumcido ungues.* עָשָׂה צִפָּרְנַיִם, *facio ungues.* Deut. XXI, 12. Ita quoque *Vulgatus* et *Syrus* formulam hebr. de *resecandis unguibus* intellexerunt, quae tamen, quia de signis luctus sermo est, de unguibus nutriendis potius cum *Onkeloso* et *Arabe* explicanda est. Conf. *Gatakeri Advers. Miscell.* lib. II. c. 14. p. 345.

ΠΕΡΙΟΡΑ'Ω, *circumspicio.* מָגוֹר, *formido.* *Aqu.* Ier. XX, 3. *περιορῶντα.* Ita transtulit *Bielius* latinam vocem *circumspicientem*, quam *Hieronymus Aquilae* secundum primam editionem tribuit. Si recte se habet haec eius coniectura nec fortasse *περιαλῶντα* scribendum est, *περιορᾶν* notabit *oberrare*, *huc et illuc vagari*, ut מָגוֹר in notione *peregrinationis* acceperit, quod ideo non improbabile est, quia idem *Hieronymus Aquilae* secundum editionem secundam tribuit *peregrinum*, ac LXX et *Theodotion μέτοικον* posuerunt.

ΠΕΡΙΟΡΙΣΜΟ'Σ, *definitio s. circumscriptio*, *quae fit limitibus*, *limites agrorum.* גְּבוּלָה, *terminus.* Ezech. XLIII, 13.

ΠΕΡΙΟΥΣΙ'Α, *copia*, *divitiae*, *opes*, *facultates.* יֶתֶר, *reliquum*, *abundantia.* *Aqu.* Psalm. XVI, 14. *ἀφήσουσιν αὐτὰ περιουσίαν τοῖς βρέφεσιν αὐτῶν.* *Fischerus* in *Clav. Verss. GG.* p. 73. coniicit, legendum esse *ἀφήσουσιν τὴν περιουσίαν αὐτῶν τοῖς βρ. αὐτῶν*, quia *αὐτὰ* non habet, quo sustineatur, hoc sensu: *et relinquunt opes suas liberis s. nepotibus suis.* Provocat simul ad *Zosimum* II, 14. ubi *homines inprimis divites et opulenti* dicuntur *περιουσίας εὖ ἔχοντες.* - *רְכוּשׁ, *acquisitum*, *facultates acquisitae.* *Aqu.* Gen. XIV, 21. sec. cod. *Mosqu.* Conf. *Repertorium Bibl. et Orient. literat.* T. IV. p. 267. *Aelian. V. H.* IV, 9.

ΠΕΡΙΟΥΣΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *acquiro.* רָכַשׁ, idem. *Incertus* (qui videtur *Aquila* esse) Gen. XXXI, 18. *περιουσιάσατο.* Conf. *Eustath.* ad Il. *α'.* p. 25, 20.

ΠΕΡΙΟΥΣΙΑΣΜΟ'Σ, *peculium*, *peculiaris possessio*, *facultates.* סְגֻלָּה, *peculium.* Psalm. CXXXIV, 4. Cohel. II, 8. In priori loco *περιουσιασμὸς* est *res aliqua excellens et inter caetera, quae possidentur*, *eximia*, *ἐξαίρετον*, *πεκού-*

λιον, ut reliqui Intt. habent. *Suidas:* περιουσιασμὸς, πλῆθος, ὕπαρξις φυσική. (Psalm. CXXXIV, 4.) Καὶ Ἰσραὴλ εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ, εἰς κτῆμα, καὶ εἰς κτῆσιν. οὐσίαν γὰρ τὴν ὕπαρξιν. *Zonaras Lex.* 1529. περιουσιασμὸς, περιουσία, πλοῦτος. Confer et, quae notata sunt supra ex *Suida* in v. οὐσία, et adde *Eustathium* ad Il. α΄. p. 74, 46.

ΠΕΡΙΟΥ'ΣΙΟΣ, *acquisitus, peculiaris.* סְגֻלָּה, *peculium.* Exod. XIX, 5. Deut. VII, 6. XIV, 2. XXVI, 18. λαὸν περιούσιον, populum *peculiarem.* Adde *Aqu.* Mal. III, 17. *Gloss. in Octat.* περιούσιον, ἐξαίρετον. *Hesych.* περιούσιον, πολὺ, περισσὸν, περιποιητόν. *Suidas:* περιούσιος λαὸς, ὁ ἔγκτητος. Vide et notata ex *Suida* supra ad v. οὐσία, et *Wolfium* ad Tit. II, 14. p. 565.

ΠΕΡΙΟΧΗ', *munitio, propugnaculum, arx, obsidio, afflictio, angustia.* מִבְצָר. Psalm. CVII, 11. εἰς πόλιν περιοχῆς, in urbem munitionis, h. e. munitam. *Symm.* περιπεφραγμένην. Adde 2 Reg. XIX, 24. – מְצָד. 1 Par. XI, 7. ἐκάθισε Δαβὶδ ἐν τῇ περιοχῇ, habitabat David in *arce.* – מְצָדָה, *arx. Symm.* Ies. XXXIII, 16. – מְצוּדָה a מְצָד. 1 Sam. XXII, 4. 2 Sam. V, 9. 1 Par. XI, 5. – *מְצוּדָה, *rete,* a צִיד, *venor.* Ezech. XII, 13. XVII, 20. *Ed Quinta* Psalm. LXV, 11. – מָצוֹר. Ps. XXX, 28. ἐν πόλει περιοχῆς, in urbe *munita. Hesych.* περιοχῆς, τετειχισμένης. Vide et Psalm. LIX, 10. Ierem. XIX, 9. τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἔδονται ἐν τῇ περιοχῇ, carnes proximi sui edent in *angustia.* Ezech. IV, 2. δώσεις ἐπ᾽ αὐτὴν περιοχὴν, ordinabis adversus illam *obsidionem.* Vide et Zach. XII, 2. Nahum. III, 14. Adde *Inc.* Mich. VII, 12. – נִצְּרָה imper. a נָצַר, *custodi.* Psalm. CXL, 3. θοῦ, κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου, pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium *munitum* circa labia mea. Lapsi sunt in eruenda origine vocis נִצְּרָה, *custodia,* quam non a נָצַר, *custodire,* sed a צוּר vel צָרַר, *cingere, circumdare,* deduxerunt. Nam eos מָצוֹר legisse, improbabile videtur. – צִיר, *legatus.* Abd. v. 1. περιοχὴν εἰς τὰ ἔθνη ἀπέστειλε. Vulgo statuunt, LXX מָצוֹר aut potius צוּר legisse. Ita *L. Bos.* in *Prolegg.* p. 4. Vide quoque *Intt. Hesychii* s. περιοχὴ et περιοχῆς. Sed haec significatio h. l. quadrare non potest, nam qui posset *munitio* mitti inter gentes? Recte itaque iudicat *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. p. 66., περιοχὴν h. l. notare *id quod in mandatis datum est legato,* quemadmodum περιοχὴ Act. VIII, 32. significat *summam alicuius scripti.* Non male itaque *Bielius* verba graeca transtulit: *legatos ad gentes emisit. Gloss. MS. in Proph.* περιοχὴν, ἀγγέλους. In vers. *Syr. Hex.* περιοχὴ *angustia* redditur, quasi צִיר sit singularis nominis צִירִים, *tormina. Theod.* Ies. XIII, 8. περιοχαὶ, ubi est in textu hebr. צִירִים, *legati.* Derivavit a צוּר, *contorquere,* quod deinde ad dolores summos ac gravissimos,

quales sunt parturientium, transfertur. *Vulgatus: torsiones et dolores. Hesych.* *περιοχὴ, περιπέτεια, καὶ ὑπόθεσις, καὶ φυλακὴ, καὶ ἡ περὶ πάντων* (legendum videtur *πόλεων*) *πολιορκία. Suidas: περιοχὴ, περιπέτεια καὶ ὑπόθεσις, θλίψις, συνοχή. καὶ ὁ Θαβίδ· ἐν πόλει περιοχῆς, τουτέστι περιβόλῳ. Küsterus Suidas* hic in mente habuisse videtur locum 2 Sam. XXIII, 14. *Δαβὶδ ἦν τότε ἐν τῇ περιοχῇ. Bielius* autem existimat, eum manifeste respexisse ad verba Ps. XXX, 28. supra adducta, unde etiam post *Δαβὶδ* interpunctionem ponendam esse arbitratur. Sic et *Phavorinus* distinctionem post nomen illud posuit.

**ΠΕΡΙΠΑΘΩ͂Σ, cum magna animi commotione.* 4 Macc. VIII, 1. *magno irae iactatus aestu. Photius Lex. περιπαθῶς, συμπαθῶς, λυπηρῶς.* Vide quoque *Hesychium.*

ΠΕΡΙΠΑΤΕ'Ω, ambulo, deambulo, obambulo, abeo, proficiscor, vivo, me gero. דָּרַךְ, *calco.* Iob. IX, 8. *περιπατῶν, ὡς ἐπὶ ἐδάφους, ἐπὶ θαλάσσης, ambulans,* tanquam in pavimento, in mari. Confer Matth. XIV, 25. – הָלַךְ: הִלֵּךְ: הִתְהַלֵּךְ, Kal, Pih. et Hithp. Gen. III, 8. *ἤκουσα τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ,* audiebam vocem Domini Dei *obambulantis* in paradiso. Iud. XXI, 24. *περιεπάτησαν ἐκεῖθεν, proficiscebantur* inde. 2 Reg. XX, 3. *μνήσθητι μου δὴ, ὅσα περιεπάτησα ἐνώπιόν σου,* recordare quaeso, quomodo *ambulaverim* vel *vixerim* seu *me gesserim* coram te. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Iob. XX, 25. Prov. VIII, 20. Cohel. IX, 9. – *הֲלַךְ: אַהְלֵךְ chald. Pah. et Aph. Dan. III, 26. IV, 26. – יְלַךְ, *eo.* 1 Sam. XVII, 39. Sirac. X, 27. (30.) *περιπατῶν, otiose obambulans,* (Sic *ire* apud *Horat. Serm.* I, 9, 1.) ut suum splendorem et fastum ostentet. *Bretschneidero περιπατεῖν* h. l. videtur esse *mendicare.*

ΠΕΡΙΠΑ'ΤΗΜΑ, circumambulatio. הָלַךְ, *ambulo. Symm.* Psalm. LXXII, 9. *καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν περιπατήματι ἐν τῇ γῇ.* Videtur legisse מַהֲלָךְ aut הֲלִיכָה, si nempe impressa lectio sana est, quae tamen mihi ideo suspecta est, quia prorsus aliena est ab ingenio *Symmachi. Hieronymus Symmachum* secutus habet: *et lingua eorum ambulavit in terra,* ut adeo legisse videatur *περιεπάτησε.* Alioquin reponendum esset: *καὶ τῆς γλώσσης αὐτῶν περιπατήματα ἐν τῇ γῇ.*

ΠΕΡΙ'ΠΑΤΟΣ, ambulatio, deambulatio, locus, in quo deambulamus, ambulacrum. דֶּרֶךְ, *via.* Ezech. XLII, 11. 12. – מַהֲלָךְ. Ezech. XLII, 4. *οἱ περίπατοι οἱ ὑπερῷοι, ambulacra superiora.* – *מֵישָׁרִים, *via recta et plana.* Prov. XXIII, 32. *ὁμιλεῖτε ἐν περιπάτοις.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* – שֵׂיבָה, *canities.* Iob. XLI, 24. Num fortasse legerunt שְׁבִיל, *semita, via?* Sed nunc mallem statuere, eos legisse שִׁיבָה a שׁוּב, *redire,*

converti. 2 Macc. II, 30. pro περίπατον, quod habent *Alex.* et *Compl.*, περὶ πάντων legendum videtur.

*ΠΕΡΙ'ΠΑΤΟΣ ΣΥ'ΣΚΙΟΣ, *ambulacrum umbrosum,* seu *umbrosa deambulatio.* מְצִלּוֹת, *tintinnabula. Symmachus* Zach. XIV, 20. Deduxit a צָלַל, aut a voce צֵל, *umbra, obumbratio.*

ΠΕΡΙΠΕ'ΔΙΝΟΣ, *circumcirca campestris, campis circumdatus.* שִׂדִּים, *Siddim,* nomen propr. vallis. Vocabulum, ut videtur, ab *Aquila* effictum, ideoque Lexicis fere ignotum. *Aqu.* Gen. XIV, 3. τῶν περιπεδίνων, sc. χωρίων. *Vallarsio* ad *Hieronymum* ad h. l. p. 527. suspecta est haec lectio, unde reponendum censet τῶν πρινιδίων vel τῶν πρίνων, *ilicum,* quibus arboribus fere consita sint nemora. Sed recte monuit *Scharfenbergius* ad h. l., nec שִׂדִּים significare *ilices,* nec ab *Aquila* ita unquam explicari. Potius *Aquila* vocem hebr. cum *Chaldaeo* ortam putavit a שָׂדֶה, *ager, campus.* Caeterum *Drusius* τῶν περιπεδίνων transtulit: *eorum, qui loca campestria* s. *campos et planitiem incolunt.* Vide quoque ad h. l. *Montfauconium.*

*ΠΕΡΙΠΕ'ΜΠΩ, *mitto circum, dimitto.* 3 Macc. I, 26. ubi loco παραπέμψας, quod reliqui libri habent, editio *Aldina* περιπέμψας exhibet.

ΠΕΡΙΠΗ'ΓΝΥΜΙ, *circum concresco.* חָתַם, *claudo, occludo, obstruo. Symm.* Lev. XV, 3. περιπήγνυται. *Orph. de lap. Corall.* v. 57. p. 226.

ΠΕΡΙΠΗΛΙ'ΖΩ, *circumlinio, obduco.* צִפָּה Pih. *obtego. Aqu. Theod.* 1 Reg. VI, 20. περιεπήλισεν, *obduxit.* Sed in cod. *Alex.* LXX Intt. legitur περιεπίλησεν. Vtramque tamen vocem ignorant Lexica.

ΠΕΡΙΠΙ'ΠΤΩ, *incido, cado, offendo.* *בּוֹא. 2 Sam. V, 23. ubi notionem *occurrendi* habet. — נָפַל, *cado.* Ios. VII, 10. ἱνατί τοῦτο σὺ περιπέπτωκας ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου; quare tu ita *cecidisti* in faciem tuam? Prov. XI, 5. ἀσέβεια δὲ περιπίπτει ἀδικίᾳ, impietas autem *incidit* in iniustitiam. Verba haec, nil monito lectore, *Grabius* mutavit in ἀσεβείᾳ — ἀδικία: ubi, observante *Iaegero,* ἀσεβείᾳ περιπίπτει est *ad impietatem offendit, ut ex offensione cadat.* — נִקְרָה Niph. *evenio.* Ruth. II, 3. περιέπεσε περιπτώματι τῇ μερίδι τοῦ ἀγροῦ Βοόζ, forte *incidebat* in partem agri Boas. 2 Sam. I, 6. περιπτώματι περιέπεσον ἐν τῷ ὄρει, forte *incidebam* in montem. 2 Macc. IX, 21. περιπεσὼν ἀσθενείᾳ, *incidens* in morbum. Sic *Aelianus V. H.* II, 36. περιπεσὼν νόσῳ. 2 Macc. X, 4. περιπεσεῖν τοιούτοις κακοῖς, *incidere* in tanta mala. Vide et 2 Macc. VI, 13. IV, 7. et conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΕΡΙΠΛΕ'ΚΩ et ΠΕΡΙΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, *circumplico, implico, involvo, converto, circumvolvo, circumplector, complector.* הִצְמִיד Hiph. *copulo.* Psalm. XLIX, 20. ἡ γλῶσσά σου

περιέπλεκε δολιότητας, lingua tua *involvit* fraudes. *Περιπλέκειν δολιότητας* est h. l. latinum *dolos nectere*. Arab. صمد notat *ligare*. Vide et 2 Sam. XX, 8. – חָבַק, *implico, complector*. *Symm.* Cant. II, 6. *περιπλεκέσθω*, et Cohel. IV, 5. *περιπλέκεται*. – חָזַק, *invaleo*. 2 Sam. XVIII, 9. *περιεπλάκη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐν τῇ δρυΐ*, *implicatum est* caput eius quercui. חָזַק inter alia notat *ligavit*, *constrinxit fortius*. – כָּפַן, *applico*. Ezech. XVII, 7. *ἡ ἄμπελος αὕτη περιπεπλεγμένη πρὸς αὐτὸν*, vitis haec conversa ad illum. Videntur כָּפַן accepisse ea significatione, qua pollet apud *Arabas*, quibus significat *involvere pannis*. *Michaelis Suppl.* p. 1331. coniicit, hanc versionem pertinere ad lectionem variam כנפה, quam nonnulli codd. *Kennicott.* et *de Rossii* habent. *Ar.* كنف est *circumdare*. – נִפְתָּל *part. Niph. distortum*. *Aqu. Theod.* Prov. VIII, 8. *περιπεπλεγμένον*, *circumplicatum*. – סָבָא, *ingurgito me*. Nahum. I, 10. *ὡς σμίλαξ περιπλεκομένη*, *smilax circumvoluta*. Videntur סָבָא permutasse cum סָבַב. Vide infra s. v. *σμίλαξ*. – עִוֵּר Pih. *spolio*. Psalm. CXVIII, 61. *σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι*, funes peccatorum *circumplexi sunt* mihi, aut *circumdant* me. Bene quoad sensum. *Aethiopi.* עור in coniug. I. *circuivit*. 3 Macc. V, 49. *κατεφίλουν ἀλλήλους περιπλεκόμενοι*, mutuis *amplexibus* se osculati sunt. 3 Macc. II, 22. *δικαίᾳ περιπεπλεγμένος κρίσει*, iusta *circumventus* poena. Vide ibid. IV, 8. Adde 4 Macc. I, 29. ubi per *ablaqueare* redditur.

ΠΕΡΙΠΟΙΕ'Ω et *ΠΕΡΙΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ*, *comparo, acquiro, assero, conservo, in vita servo, libero*. הוֹתִיר Hiph. a יָתַר, *reliquum facio*. Psalm. LXXVIII, 12. *περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων*, *in vita serva* filios occisorum: ubi *περιποίησαι* est *περίσωσον*, ut graecus quidam exponit, coll. Gen. XII, 12. Exod. I, 16. *περιποιεῖσθαι τῷ ἀποκτεῖναι* opponitur. – הֶחֱיָה: חִיָּה: חָיָה, Kal, Pih. et Hiph. *vivifico, in vita conservo*. Gen. XII, 12. Exod. I, 16. (coll. v. 22. ubi *ζωογονεῖσθε* legitur.) XXII, 18. ubi pro *περιποιήσετε*, quod exhibet Cod. *Vat.*, reliqui libri *περιβιώσετε* habent. 1 Par. XI, 8. *περιεποίησε τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως*, *in vita servabat* reliquam partem civitatis. (*Vulgatus: Ioab autem reliqua urbis exstruxit.* Vtrumque significare potest formula hebr. *vivificare urbem.*) Eodem sensu verbum usurpatur *Herodoto*. Vide *Raphelii annotatt. ex eodem* ad Act. XX, 28. p. 585. et Hebr. X, 39. p. 630. Ezech. XIII, 18. *ψυχὰς περιεποιοῦντο*, animas *in vita servabant*. Vide et Gen. XII, 12. Num. XXII, 33. Ios. VI, 17. 1 Reg. XVIII, 5. – *חִטֵּא Pih. *expio, purgo*. Levit. IX, 15. ubi pro *ἐκαθάρισεν* Cod. *Oxon.* habet *περιεποίησε*, ac *περιποιεῖν* est *tractare*, vernaculum *bearbeiten*,

behandeln. - חָמַל, *parco.* 1 Sam. XV, 9. 15. *Inc.* 2 Sam. XXI, 7. - חָשַׂךְ, *exhibeo.* 1 Sam. XXV, 39. τὸν δοῦλον αὐτοῦ περιεποιήσατο ἐκ χειρὸς κακῶν, quae verba non vertenda sunt cum *Bielio: servum suum liberavit e manu malorum*, sed: *servum suum prohibuit, ne male faceret*, ut postulat textus hebr. ac series orationis. - יָצַר, *formo.* Ies. XLIII, 21. λαόν μου, ὃν περιεποιησάμην, populum meum, quem mihi *acquisivi.* Conf. Act. XX, 28. - יֹתֶרֶת עָשָׂה, *residuum facio.* Ier. XLVIII, 36. - לָבַשׁ, *vestio.* Iob. XXVII, 17. ταῦτα πάντα δίκαιοι περιποιήσονται, haec omnia iusti *asserent*, h. e. *sua facient* s. *induent*, quia ibi sermo est de vestibus. - עָשָׂה, *facio.* Prov. VI, 32. ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται, h. e. *se ipsum perdit. Inc.* Ezech. XXVIII, 4. עָשָׂה interdum quoque *acquirere*, *comparare* notare, satis notum est. - פָּסַח, *transeo.* Ies. XXXI, 5. περιποιήσεται, *vivos servabit.* Sc. vox hebr. notat quoque metaphorice *liberare*, *eripere*, *salvum conservare.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1304. Codex *Pachomianus* tamen ibi habet περιβήσεται, *transgredietur.* - קָרָא, *voco.* Prov. VII, 4. τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ, cognatam *fac* prudentiam: ubi mihi sensum expressisse, non autem קָנָה pro קָרָא legisse videntur. - רָכַשׁ, *acquiro*, *comparo*, Gen. XXXVI, 6. ὅσα περιεποιήσατο ἐν γῇ χαναάν, quaecunque *acquisiverat* sibi in terra Chanaan. 2 Macc. III, 35. τῷ τὸ ζῆν περιποιήσαντι, illi, qui vitam *conservaverat*, seu *concesserat. Hesychius:* περιποιεῖται, προξενοῖ, ζωοποιεῖ. Adde 1 Maccab. VI, 44. et 2 Maccab. XV, 21.

ΠΕΡΙΠΟΙ'ΗΣΙΣ, *acquisitio*, *conservatio*, *possessio.* מִחְיָה, *vitalitas.* 2 Par. XIV, 13. et cadebant Aethiopes, ὥστε μὴ εἶναι ἐν αὐτοῖς περιποίησιν, ita ut non esset in illis *conservatio*, h. e. ut nemo inter illos servaretur, vel in vita maneret. Similia exempla metonymiae actionis pro obiecto eius habet *Glassius Philol. S.* lib. V. Tr. I. c. 4. p. 1496. Περιποίησις autem pro *conservatione* pariter Hebr. X, 39. usurpatur. - סְגֻלָּה, *peculium.* Mal. III, 17. ἔσονταί μοι εἰς περιποίησιν, erunt mibi in *possessionem.* Ita quoque *Reliqui.* Conf. 1 Petr. II, 9. 1 Thess. V, 9. *Suidas:* περιποίησιν, κτῆσιν. Praeterea legitur Hagg. II, 10. ubi nihil ei respondet in textu hebr. et εἰρήνη εἰς περιποίησιν ψυχῆς esse videtur otium animi *proprium.*

**ΠΕΡΙΠΟΙΚΙ'ΛΛΩ*, *circumvariego.* Legitur haec vox, cui nihil respondet in textu hebraico, Psalm. XLIV, 10. secundum *Eusebium H. E.* V, 1. p. 130. C. Vide infra s. v. ποικίλλω.

ΠΕΡΙΠΟ'ΛΙΑ, *suburbana*, *suburbium*, *pagi*, a περίπολιος, *urbem circumiacens*, *circa urbem situs.* מִגְרָשׁ, *suburbium.* 1 Par. VI, 56. 57. 58. Vide et 1 Macc. XI, 4. 61.

ΠΕΡΙΠΟΡΕΥΌΜΑΙ, *circumeo*, *circumambulo*. עָבַר, *transeo*. *Inc.* Ios. XV, 3. *περιπορεύεται*.

ΠΕΡΙΠΌΡΦΥΡΟΝ, sc. *ἔνδυμα*, *vestis in circuitu purpurea*, *clavata*, seu *clavis purpureis ornata*, *ex purpureis fimbriis facta* vel *praetexta*. מַחֲלָצוֹת plur. *mutatoriae vestes*. Ies. III, 20. Adde Esth. IX, 15. sec. *Vet. Arund.*

**ΠΕΡΙΊΠΤΑΜΑΙ*, *undique volito*. 4 Macc. XIV, 17. *περιπτάμενα*. Addenda est haec vox Lexicis.

ΠΕΡΊΠΤΕΡΑ, proprie *alae* aut *pinnae*, secundum nonnullos etiam *scintillae*, *stricturae*. רֶשֶׁף. Cant. VIII, 6. *περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυρὸς*, *scintillae* eius *scintillae* igneae. *Suidas* et *Hesychius*: *περίπτερα*, *οἱ ἀποσπινθηρισμοί*. Ita reddiderunt, quia *Quinta editio σπίνθρακας* habet. Alioqui non occurrit exemplum huius significationis. Forsan LXX intellexerunt *sagittas pennatas*.

ΠΕΡΊΠΤΕΡΟΣ, *circum alatus*, *pinnatus*, *circumquaque habens prominentias*. חֹרֶף, *hyems*. Amos. III, 15. *συντρίψω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον*, confringam domum *circumquaque prominentias* seu *pinnas* habentem, seu potius *undique tectam*, ubi hyeme agebant Orientales et praesertim reges. Vide Ierem. XXXVI (*Vat.* XLIII), 22. *P. Zornius* in *Mus. Brem.* Vol. II. P. 3. N. 2. p. 401. explicat de domibus, quae per fistulas tubis simillimas refrigerium aestatis tempore accipiunt, salubri temperamento huc illuc digestum. *Gloss. MS. in Proph. περίπτερον* (MS. vitiose *πέρπτερον*), *ἑκατέρωσε ἐξέχοντα. σημαίνει δὲ καὶ ταχύ*. *Suidas*: *περίπτερον*, *πανταχόθεν ἐξέχον*. *Hesych. περίπτερον*, *ὑψηλὸν*, *πανταχόθεν ἐξέχον*, *ἢ στέγην ἔχουσαν ἐξοχήν*. *Hieronymus* ad *Amos*. l. c.: *Pro domo hyemali τὸν οἶκον τὸν περίπτερον LXX transtulerunt*, *quod nos interpretati sumus pinnatam*, *eo quod ostiola habeat per fenestras*, *et quasi pinnas*, *ad magnitudinem frigoris depellendam*.

ΠΕΡΊΠΤΩΜΑ, *quod accidit*, *casus fortuitus*, *calamitas*. מִקְרֶה, *eventus*, *casus*. Ruth. II, 3. - נִקְרָא infin. Niph. (א pro ה), *incidendo*. 2 Sam. I, 6. Conf. *περιπίπτω*.

ΠΕΡΙῤῬΑΊΝΩ, *circumaspergo*, *aspergo*. הִזָּה Niph. a נָזָה, *spargo*. Lev. XIV, 7. 51. Num. VIII, 8. XIX, 18. et alibi. *Hesych. περιῤῥαίνεσθαι*, *περιαντίζεσθαι* (*Salmasius* et *Iunius* corrigunt *περιραντίζεσθαι*, malim *περιῤῥαντίζεσθαι* ex *Phavorino*), *ῥαντίζεσθαι*.

ΠΕΡΙῤῬΑΝΤΊΖΩ, idem. זָרַק, *spargo*. Num. XIX, 13. 20. - הזה Hiph. a נָזָה, *spargo*. *Inc.* Num. XIX, 18. 19. - חִטֵּא Pih. *expio*. Ezech. XLIII, 20. *Al.* 2 Par. XXIX, 24. *περιεῤῥάντισαν*.

ΠΕΡΙῤῬΑΝΤΙΣΜΌΣ, *aspersio*. נִדָּה, *aspersio*. *Symm.* Zach. XIII, 1.

*ΠΕΡΙΡ῾ΡΕ´Ω, *undique fluo, circumfluo.* 4 Macc. IX, 20. *Etymol. Gudianum* 145, 6. τὸ δὲ περιῤῥεῖν πανταχόθεν καὶ κύκλῳ περιῤῥεῖν.

ΠΕΡΙΡ῾ΡΗ´ΓΝΥΜΙ, *circumfringo, disrumpo.* 2 Macc. IV, 38. τοὺς χιτῶνας περιῤῥήξας, tunicas *disrumpens.* Sic Act. XVI, 22. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, *disrumpentes* vestimenta eorum. Sic passim etiam apud profanos. Vide loca *Plutarchi* et *Athenaei* observata *Berglero* not. ad *Alciphr. Ep.* p. 130. sequ. Esth. IV, 1. LXX διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ubi *Iosephus* περιῤῥηξάμενος τὴν ἐσθῆτα.

ΠΕΡΙΣΙΑΛΟ´Ω, *circumcirca variego.* מִשְׁבְּצָה, *ocellatio.* Exod. XXXIX, 5. περισεσιαλωμένους χρυσίῳ λίθους, lapides auro inclusos. MS. *Oxon.* περιβεβλημένους habet.

ΠΕΡΙΣΚΕΛΗ´Σ, *crura ambiens* seu *circumdans.* Hinc:

ΠΕΡΙΣΚΕΛΕ´Σ, sc. ἔνδυμα, *vestis crura ambiens, tibialia, feminalia, s. femoralia.* מִכְנָסַיִם dual. Exod. XXVIII, 38. XXXIX, 28. Levit. VI, 10. XVI, 4. *Hesych.* περισκελὲς, σκληρὸν, δυσχερὲς, ἢ μέχρι τῶν ποδῶν. *Gloss. in Octat.* περισκέλη (scrib περισκελῆ), φημινάλια. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* περισκελῆ, φημινάλια. (MS. φιμινάλια.) ποδῶν ἐνδύματα. *Suidas:* περισκελῆ, βρακία, φημινάλια. De periscelidum usu apud vett. vide *Schroederum de vestitu mulierum hebr.* p. 14. sequ. Adde Sirac. XLV, 9. ubi *Baduello* legendum videtur περισκελίδα, non περισκελῆ.

ΠΕΡΙΣΚΕ´ΛΙΟΝ, idem. מִכְנָסַיִם dual. *Al.* Lev. XVI, 4. *Hesych.* περισκέλια, βρακκία, φημινάλια.

*ΠΕΡΙΣΚΕΠΑ´ΖΩ, *protego, defendo.* 1 Reg. VI, 19. sec. *Complut.* κέδρῳ περιεσκέπασε τὸν οἶκον ἔσωθεν, ubi nihil pro eo in textu hebr. legitur, ac περισκεπάζειν *obtegere* notat. *Suidas:* περιΐστασο, ἀντιλάβου, περισκέπασον. Vide quoque *Phavorinum.*

*ΠΕΡΙΣΚΕ´ΠΩ, *probe tego.* Ion. IV, 7. sec. *Compl.* περισκέπειν αὐτὸν ἀπὸ κ. τ. λ. ubi alii libri σκιάζειν habent, et nihil pro hac voce legitur in textu hebraico.

ΠΕΡΙΣΚΟΠΕ´Ω, *circumspicio, speculor.* צָפָה. *Inc.* Psalm. XXXVI, 32. περισκοπεῖ. Sumitur h. l. malo sensu pro *insidiose aliquem observare, insidias struere,* cum proprie notet *speculatorem agere.* Adde *Aristoph. Eccles.* v. 485. *Plato Theaetet.* I, 155. E.

*ΠΕΡΙΣΚΥΘΙ´ΖΩ, *scythico more crines cum cute a capite reseco.* 2 Macc. VII, 4. sec. cod. *Vat.* *Suidas:* περισκυθίσαντες, σπαράξαντες: ubi forte legendum χαράξαντες, iudice *Toupio* ad h. l. Adde *Phalar. Ep.* 147. p. 140, 9. ubi vid. *Lennep.* p. 73. sequ. et *Salmas.* ad *Solin.* p. 581. D. nec non *Iacobsii anim.* in *Anthol. Gr.* Tom. VI. p. 21.

ΠΕΡΙΣΚΥΤΙ´ΖΩ, i. q. περισκυθίζω, *cutem circum detraho, excorio.* 2 Macc. VII, 4. *Suidas:* περισκυτίζοντος, ἐκδερ-

ματίζοντος. Si vera scriptura, derivanda est vox a *σκύτος*, corium, *pellis*. Caeterum confer *Barkeri annotatt. in Etymol. M.* Vol. II. p. 1082. ed. rec. ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* 1541.

ΠΕΡΙΣΠΑΣΜΟ'Σ, *distractio*, *occupatio*, *conversio agminis*. עִנְיָן, *afflictio magna*. Cohel. I, 13. Sic quoque ibi *Aqu. Theod.* ad quem locum *Hieronymus: Verbum* Anian *Aquila*, *LXX*, *Theod. περισπασμὸν similiter transtulerunt, quod in distentionem Latinus interpres expressit, eo quod in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur.* Cohel. II, 23. 26. VIII, 16. ubi *Vulgatus dissensionem.* Melius alii codices habent *distensionem*. – יִתְרוֹן, *emolumentum*, *praestantia*. *Symm.* Cohel. V, 15. Ita *Bielius*. Sed unde haec hauserit ignoro. In *Hexaplis* enim *περισσὸν* legitur. Frequenter etiam hac voce pro *occupatione* utitur *Polybius*. Vide *Raphelii annot. ex eodem* ad Luc. X, 40. p. 206. 2 Macc. X, 36. *ἐν τῷ περισπασμῷ*, in *distractione agminis*, s. *divisione unius cohortis in plures*. Conf. *Aeliani Tact.* c. 25. et *Grotium* ad 2 Macc. l. c. Caeterum huc pertinet etiam locus Cohel. V, 2. ubi pro *πειρασμοῦ* reponendum est *περισπασμοῦ*.

ΠΕΡΙΣΠΑ'Ω, *distraho*, *occupo*, *in diversum traho*, etiam *abstraho*. עָנָה: הֶעֱנָה, Kal et Hiph. Cohel. I, 13. *περισπασμὸν πονηρὸν, τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ*, malas sollicitudines, quibus distraherentur. Vocem *περισπᾷν* hoc sensu saepius usurpavit *M. Antoninus*, ut ad Lib. VII. §. 20. docuit *Gataker*. Cohel. III, 10. V, 19. – שָׁמַט, *deturbo*. 2 Sam. VI, 6. – שִׁסַּע Pih. *Symm.* 1 Sam. XXIV, 8. *περιέσπασεν*, *distraxit*. Mallem *abstraxit*, sc. *a proposito*. Sirac. XLI, 4. *περισπωμένῳ περὶ πάντων*, de omnibus *nimia sollicitudine distracto*. Confer *Wolfium* ad Luc. X, 40. p. 654.

ΠΕΡΙΣΠΟ'ΡΙΑ, sc. *ΔΩ'ΜΑΤΑ*, *suburbia*, q. d. *domus ante portas hinc inde dispersae, praedia suburbana*. בָּנוֹת, *filiae*. *Inc.* et LXX sec. *Alex. Oxon. Ald.* Iud. I, 27. Vide supra s. *περίοικος*. – מִגְרָשׁ, *suburbium*. Ios. XXI, 2. (ubi *Inc. προάστια* habet) 3. XI, 34. 1 Paral. VI, 55. sec. *Vat. Aqu.* Ios. XXI, 15. sec. marg. cod. 108. *Holmes.* Vide s. v. *περιπόλια*.

ΠΕΡΙΣΠΟΥΔΑ'ΖΩ, *perquam studiose ago*. רִצֵּד Pih. *deiicio*, it. *exsilio*. *Symm.* Psalm. LXVII, 16. *περισπουδάζετε*. Sc. arab. رصد dicitur de *oculis aliquem insidiose observantibus*, unde רִצֵּד est *invidere*, *oculis obliquis intueri*. Ergo *περισπουδάζειν* de *contentione ex invidia orta* explicandum h. l. erit. *Aqu.* et *Theod.* habent *ἐρίζειν*. Nonnullis Interpretibus *περισπουδάζειν* h. l. est *magno studio expetere*.

ΠΕΡΙ'ΣΣΕΙΑ, *abundantia*, *emolumentum*, *excellentia*, *praestantia*. יוֹתֵר. Cohel. VI, 8. τίς περίσσεια τῷ σοφῷ ὑπὲρ τὸν ἄφρονα; quamnam habet sapiens prae stulto *praerogativam?* – יִתְרוֹן. Cohel. I, 3. τίς περίσσεια τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ; quamnam homo *utilitatem* consequitur omni labore suo? Cohel. III, 9. τίς περίσσεια τοῦ ποιοῦντος, ἐν οἷς μοχθεῖ; quamnam igitur *utilitatem* habet is, qui laborat ex illo labore suo? Cohel. V, 8. περίσσεια γῆς ἐπὶ παντί ἐστι βασιλεὺς τοῦ ἀγροῦ εἰργασμένου, magna est terrae *felicitas*, cuius rex agriculturae favet. Cohel. VII, 12. ἀγαθὴ σοφία μετὰ κληροδοσίας καὶ περίσσεια τοῖς θεωροῦσι τὸν ἥλιον, bona sapientia cum haereditate et *emolumento* illis, qui aspiciunt solem. Cohel. X, 8. οὐκ ἔστι περίσσεια τῷ ἐπᾴδοντι, nihil *emolumenti* habet incantans. Cohel. VII, 13. περίσσεια γνώσεως, *praestantissima* scientia. Cohel. X, 10. περίσσεια τοῦ ἀνδρὸς σοφία, sapientia *multum prodest ad recte agendum*. Alii libri habent περίσσεια τῷ ἀνδρὶ οὐ σοφία, quorum verborum est hic sensus: *quaerere et ambire superflua non est hominis sapientis*. – מוֹתָר. Prov. XXI, 5. εἰς περίσσειαν, in *abundantiam*.

saepius. - עַם מִלְחָמָה, *populus belli*. Ios. VIII, 1. - תֹּפְשֵׂי מִלְחָמָה, *prehendens bellum*. Num. XXXI, 27. - אֲנָשִׁים צְבָאִים, *homines militares*. Num. XXXI, 42. - אַנְשֵׁי צָבָא, *homines militiae*. Num. XXXI, 53. - *עַם צָבָא, *populus militiae*. Num. XXXI, 32.

*"ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΠΟΛΕΜΙΣΤΗ'Σ, *homo bellator*. אִישׁ מִלְחָמָה. 1 Par. XXVIII, 3. Ies. III, 2. - אַנְשֵׁי מִלְחָמָה. Num. XXXI, 28.

ΛΑΟ'Σ ΠΟΛΕΜΙΣΤΗ'Σ, *populus bellicosus*. עַם מִלְחָמָה. Ios. VIII, 3. 10. X, 7.

ΠΟ'ΛΕΜΟΣ, *bellum, pugna, praelium*. אוֹיֵב, *hostis*. Esth. IX, 16. πολέμων. Ita sec. *Ald.* et *Compl.* In *Vat.* legitur πολεμίων. Nulla hic est differentia, sive *quietem ab hostibus* s. *quietem a bellis* dixeris. - גְּדוּד, *turma*. 2 Par. XXVI, 11. - חַיִל, *robur, virtus bellica*. 2 Par. XXVI, 12. - חֶרֶב, *gladius*. Levit. XXVI, 6. 36. Num. XIV, 3. - מַחֲנֶה, *castra*. 1 Sam. XXVIII, 1. 2 Sam. V, 24. *Inc.* Deut. XXIII, 9. - מִלְחָמָה. Gen. XIV, 2. 8. Exod. XV, 3. συντρίβων πολέμους. Mihi suspecta est ista lectio, et legendum potius videtur πολεμίους, *hostes*. Vide v. 7. Similiter Sir. XLVI, 3. πολέμους et πολεμίους in codd. permutantur. Exod. XXXII, 16. φωνὴ πολέμου ἐν τῇ παρεμβολῇ, *vox praelii in castris*. Vide et Gen. XIV, 8. Num. XXXII, 16. 20. 27. 29. et conf. 1 Cor. XIV, 8. et ad h. l. *Raphelii annotatt. Polyb.* p. 475. sequ. Adde *Symm.* Cohel. IX, 11. τὸ κρατῆσαι πολέμου, *superare bello*. Bene quoad sensum. Psalm. XXVI, 3. ubi pro πόλεμος LXX μάχη scripsisse ex sequenti ἐν ταύτῃ apparere arbitror. - מַשָּׂא, *onus*. Ies. XLVI, 2. Scil. existimarunt, per *onus* h. l. *bellum* intellegendum esse. - נִלְחַם Niph. 1 Sam. XIII, 5. XXVIII, 1. - נֶשֶׁק, *armatura*. Psalm. CXXXIX, 8. - *עִיר, *urbs*, it. *bellum*. Ies. XIV, 21. sec. cod. *Vat.* πολέμων: ubi vel legendum est πόλεων, ut habent reliqui Intt. Graeci, et *Montfauconius* iudicavit, vel, quod praefero, עִיר acceperunt in notione *belli* (ab עוּר, *effervescere*, quod etiam apud Latinos de *bello* usurpatur), in qua praeter h. l. legitur Ier. XV, 8. ubi עִיר וּבֶהָלוֹת sunt *bella formidolosa et gravia*. Vide quoque supra s. πολέμιος. *Cappellus* in *nott. critt. ad h. l.* p. 503. legere mavult πόλεων. - פַּחַד, *metus*, etiam *obiectum metus*. Iob. XXII, 10. - צָבָא, *militia*. Num. XXXI, 36. Deut. XXIV, 5. Ios. XXII, 33. - קְרָב, *conflictus*. Iob. XXXVIII, 23. Psalm. LXVII, 34. Dan. VII, 21. - שֶׁלַח, *missile, ensis*. Iob. XXXIII, 18. Iudith. II, 8. πολέμου πλῆθος, *acies militum copiosa*. Ib. IX, 6. συντρίβων πολέμους. Lege πολεμίους. 1 Macc. II, 66. πόλεμος λαῶν, bellum *contra* gentes. Fortasse ibi λαοῦ legendum erit, ut populus Israeliticus intellegendus sit. Conf. ibi vers. Syriac. Sirac. XLVI, 8. κατέῤῥαξεν ἐπ' ἔθνος πόλεμον. Lege πολέμιον ex *Vulgato*, qui *gentem hostilem* in-

terpretatur. *Deiecit in gentem hostilem*, scil. *λίθους χαλάζης.* - Vide quoque alibi *συνάπτω* et *συντρίβω*.

ΠΟΛΕΜΟΤΡΟΦΕ'Ω, *bellum nutrio* seu *foveo*, *duco*, *traho*. 2 Macc. X, 14. (ubi ob *παρέκαστα* reddendum est *lacessebat.)* 15. XIV, 6.

ΠΟΛΙΑ', *canities*, *senectus cana*. שֵׂיבָה, idem. Iud. VIII, 32. *ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ*, *in canitie bona*, h. e. *grandaevus*. Vide et Ruth. IV, 15. 1 Reg. II, 6. 9. *κατάγειν τὴν πολιὰν εἰς ᾅδου*, *hominem canum* (coll. Sap. II, 6.) cogere mori. Hos. VII, 9. *πολιαὶ*, pili cani. Sap. IV, 9. 2 Macc. VI, 23. XV, 13.

ΠΟΛΙΟ'ΟΜΑΙ, *canus fio*. זָקֵן, *senesco*. *Inc.* et LXX sec. *Compl.* 1 Sam. XII, 2. *πεπολίωμαι*, *canus factus sum.*

ΠΟΛΙΟΡΚΕ'Ω, *urbem obsideo*, *vallo cingo*. הֵצִיק Hiph. a צוּק, *ango*. Ierem. XIX, 9. - יְצֻרִים plur. *membra*. Iob. XVII, 7. Hic legerunt צוּר. - לָחַץ, *premo*. Iud. II, 18. - נִלְחַם Niph. *pugno*. Ios. X, 29. 31. Ies. VII, 1. XXXVII, 8. 9. - נָצַר, *custodio*. Ies. XXVII, 3. *πόλις ὀχυρὰ*, *πόλις πολιορκουμένη*, urbs munita, urbs *vallo circumdata*. Ita verterunt, quasi a צוּר, non a נָצַר descenderet. Caeterum conf. Sirac. L, 4. ubi al. *καὶ ἐνισχύσας πόλιν καὶ πολιορκήσας*, et firmans vel *fortificans* urbem *valloque cingens*. Vide *Grotium* ad h. l. - עָצַר, *claudo*. 2 Reg. XVII, 4. - צוּר. Iud. IX, 31. *πολιορκοῦσι τὴν πόλιν ἐπὶ σε*, *obsident* urbem adversus te. 2 Sam. XX, 15. *ἐπολιόρκουν ἐπ' αὐτὸν ἐν Ἀβὲλ*, *obsidebant* illum in Abel. Vide et 2 Reg. XVI, 5. XXIV, 11. Dan. I, 1. sec. cod. *Chis.* *Οἱ λοιποὶ* 1 Sam. XXIII, 8. 3 Esdr. V, 72. ubi est *premere*, *angere* simpliciter, et hebr. בָּלָה, *terreo*, Esdr. IV, 4. respondet. Conf. Iud. II, 18. ubi idem est quod *ἐκθλίβειν*. *Xenoph. Mem.* II, 1, 13. *πάντα τρόπον πολιορκοῦντας τοὺς ἥττονας*.

ΠΟΛΙΟΡΚΗΤΗ'Σ, *obsidens urbes*. צָר. *Theod.* Ies. LIX, 19. Conf. *Drusium* in *fragm. vett. Intt. GG.* p. 484.

ΠΟΛΙΟΡΚΙ'Α, *obsessio urbis*. *בְּצוּרָה. Ezech. XXI, 20. sec. *Compl.* - *מְבוּכָה, *perplexitas*, *perturbatio*. *Inc.* Mich. VII, 4. Num legit fortasse מְצוּקָה. Vide infra s. *φρούρησις*. - *מְצוּדָה, *rete*. *Symm.* Psalm. LXV, 11. Legit fortasse מָצוֹר, *obsidio*, a צוּר, Ezech. IV, 8., aut libere transtulit. Conf. supra s. *περιοχή*. - מָצוֹק, *angustia*. Ierem. XIX, 9. - צוּקָה, idem. Prov. I, 27. - מצרות plur. foem. *munitiones*. Ies. XXIX, 3. - מָצוֹר. *Inc.* Mich. VII, 12. - צֹר nom. propr. *Tyrus*. *Symm.* Amos. III, 11. Legit צוּר. Vide ad h. l. *Montf.* et supra s. v. *ἰσχύς*. 3 Esdr. II, 23. *Ἰουδαῖοι ἀποστάται καὶ πολιορκίας συνιστάμενοι*: ubi in textu chald. Esdr. IV, 15. est אֶשְׁתַּדּוּר, *conspiratio*, *rebellio*. Quid si legatur *πολυορκίας*? h. e. *consuetudinis se coniurandi*. *Hesych.* *πολιορκία*, *φυλακὴ*, *περικαθημένων συγκλεισμὸς*, *πόρθησις πόλεως*. Sic et apud *Suidam* *πολιορκία* redditur *φυλακὴ πό-*

λεως, et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πόλεως πόρθησις ἢ χαράκωσις.

*ΠΟΛΙΟΡΚΙ'ΖΩ, *obsidione cingo, obsideo, oppugno.* צוּר. *Symm.* 2 Reg. XVIII, 9. πολιορκίσας. Legendum sine dubio πολιορκήσας.

ΠΟΛΙΟ'Σ, *canus propter senectam.* שֵׂיבָה, *canities.* Levit. XIX, 32. ἀπὸ προσώπου πολιοῦ ἐξαναστήσῃ, coram cano capite consurges. Hos. VII, 9. πολιαὶ (sc. τρίχες) ἐξήνθησαν αὐτῷ, cani effloruerunt illi. Vide et Prov. XX, 29. et conf. Sap. II, 10. Sirac. VI, 19. et *L. Bos ellips. gr.* p. 206. - שֹׁבֶל, *semita.* Hic legerunt שֵׂיבָה. Ies. XLVII, 2. Ita *Bielius.* Sed שֹׁבֶל, ut arab. سبولة, est *coma, caesaries,* quam notionem h. l. respexerunt LXX.

*ΠΟΛΙΟ'Σ ΤΥΓΧΑ'ΝΩ, *canus fio.* שֵׂיבָה זָרְקָה. *Ed. Quinta* Hos. VII, 9. καὶ ταῦτα πολιὸς ἤδη τυγχάνων: ubi in textu hebr. legitur: *quanquam canities sparsit se in eo:* ut adeo sensum bene expresserit.

ΠΟ'ΛΙΣ, *urbs, civitas.* אַרְמוֹן, *palatium.* Ies. XXXIV, 13. Libere transtulerunt. - אֶרֶץ, *terra.* Num. XXI, 31. Ios. II, 14. 18. 2 Par. XVII, 2. Cohel. X, 16. In omnibus his locis partim *αἱ πόλεις* commemorantur, partim voci *πόλις* notio *terrae* s. *regionis* tribuenda est, de qua vide infra post מְדִינָה. - *בֵּין, *inter.* Ierem. XLVIII, 45. Legerunt fortasse בַּיִת. Vide tamen ad h. l. *I. D. Michaelis Obss. philol.* p. 349. - בִּירָה, *palatium.* Esth. I, 2. 5. II, 3. 5. 8. IX, 6. 12. - בַּיִת, *domus.* Ios. XV, 10. πόλιν ἡλίου. Non male ita interpretati sunt h. l. nomen proprium. 2 Par. VIII, 11. ἐν πόλει Δαβίδ. Ita transtulerunt, quia, quod h. l. dicitur *domus Davidis,* initio commatis dictum erat עִיר דָּוִיד. - גּוֹי, *gens.* 2 Sam. VIII, 11. - הָעִיר Hiph. ab עוּר, *evigilo.* Psalm. LXXII, 20. Hic legerunt עִיר cum He emphatico. - הַר, *mons.* Ios. XV, 10. ubi pro הַר legerunt עִיר. 2 Reg. XXIII, 16. 2 Par. XXI, 11. Ies. LXVI, 20. - *חַוֹּת, *Chavoth,* nomen propr. *Theod.* et LXX Iud. X, 4. Habuerunt sine dubio pro nomine appellativo חַוֹּת, plur. *villae.* - חַוֹּת, plur. *villae.* 1 Reg. IV, 13. - *חֲלַקְלַקּוֹת, *blanditiae.* Dan. XI, 34. sec. *Chis.* *Segaar.* coniicit ἐπὶ δόλῳ loco ἐπὶ πόλεως. - *חֹמֹתַיִם, *duo muri.* *Symm.* Ies. XXII, 11. εἰς τὴν πόλιν. Legit חֹמֹתַיִם. *Intra muros est in urbe.* - כְּאַבִּיר, *sicut validus.* Ies. X, 13. Forte legerunt כְּבִירָה aut potius כְּפַר, quod *pagum, urbem* denotat. - *מִבְצָר, *munitio.* Dan. XI, 39. sec. *Chis.* πόλεων. Vide *Michaelis Bibl. Or.* T. IV. p. 14. - *מְדִינָה, *regio, provincia.* *Symm.* 1 Reg. XX, 14. ubi loco τῆς πόλεως forte quis scribendum coniiciat τῶν πόλεων, sed contrarium docet partim v. 15., partim versio *Symm.* Dan. VIII, 2. ac versio LXX Int. Dan. XI, 24. sec. cod. *Chis.* Praeterea πόλις haud

raro notat *regionem*, v. c. apud *Strabon.* lib. VIII. p. 456. A. Ed. *Almeloven.* ubi vid. *Casaub.* Luc. VIII, 39. coll. Marc. V, 20. Vide quoque *Marklandum* ad *Lysiae Orat.* VI. p. 106. Sic et *civitas.* Vide *Cortium* ad *Sallust. Bell. Catil.* cap. 40. p. 246. et *I. Davisium* ad *Iul. Caes.* de *Bell. Gall.* VII, 4, 4. *Hesych.* πόλιν, τὴν χώραν, ubi vid. *Alberti.* - מָכוֹן, *sedes.* Ies. XVIII, 4. - מִלְחָמָה, *bellum.* 1 Par. XXVI, 27. ubi plerique Intt. loco πόλεων legere malunt πολέμων, ut habent reliqui Intt. ac *Vulg.*, qua tamen coniectura facile supersedere possumus. Πόλεις enim de *urbibus bello captis* h. l. intellegendum esse series orationis docet. - *מִסְכְּנוֹת; *cellaria.* 2 Paral. XXXII, 28. sec. *Vat.* Notat ibi *aedificia magna et ampla.* - נָהָר, *fluvius.* Nahum. II, 6. πύλαι τῶν πόλεων διηνοίχθησαν. Ex librarii errore, qui scribendi compendium sinistre interpretatus est, ποταμῶν in πόλεων h. l. mutatum esse nonnullis videtur. Reperitur tamen lectio πόλεων apud *Hieronymum*, et expressa est in vers. *Arabica.* Fortasse igitur πόλεων ab ipso interprete venit, qui non capiebat, quid esset illud *portae fluminum* (sunt autem munitiones, quae erant ad flumen, quod in ipsam Niniven influebat), magisque quadrare existimavit πύλαι πόλεως, quandoquidem hic agitur de obsidione urbis Ninives. *Chaldaeus Int.* de *pontibus* interpretatus est. - נָוֶה, *habitaculum.* Ies. XXXII, 18. XXXIII, 20. - *נַחֲלָה, *haereditas.* *Inc.* Ios. XXIV, 28. - *סֻכּוֹת, *Succoth*, nomen proprium. Iud. VIII, 16. Habuerunt pro nomine appellativo. - *עֲדִי, *ornamentum.* Ezech. XVI, 7. Legerunt cum Resch עָרֵי, *urbes.* - *עַד־יַהַץ, *ad Iahas.* Ierem. XLVIII, 34. Legerunt עָרֵיהֶם. - *עַד־יָם, *usque ad mare.* Ierem. XLVIII, 32. Legerunt עָרִים unica voce, et mutato Daleth in Resch. - עוֹד, *adhuc.* Iob. VI, 10. Hic legerunt עִיר ob literarum affinitatem. Eadem vocum permutatio locum quoque habet Mich. VI, 9. - עַי, *Ai*, nomen oppidi. Ios. VII, 3. ubi itidem עִיר legerunt. - *עָר, *Ar. Aqu. Symm.* Ies. XV, 1. Sc. commoti verbis paulo post sequentibus מוֹאָב, nomen proprium, mutarunt in appellativum. Nam עָר significat *urbem*, metropolis autem illa Moabitarum κατ' ἐξοχὴν appellata est עָר, ut Roma *urbs*, et *Athenae* ἄστυ. Vide *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 811. - עִיר, *urbs.* Gen. IV, 16. X, 12. XI, 4. et alibi saepissime. Ies. XVII, 1. ἀπὸ πόλεων, *e numero urbium*, s. *ne sit urbs.* Recte *Hieronym. desinet esse civitas.* - עָם, *populus.* Ierem. XXXVII, 4. - עָר, *adversarius.* Psalm. CXXXVIII, 19. Hic legerunt עִיר. - עֲרָבָה, *campestris locus.* Ios. IV, 13. ubi vid. *Scharfenbergius.* - עֶרְיָה, *reiectio.* Mich. I, 11. Hic quoque עִיר legerunt. - *עֶשְׂרִים, *viginti.* Ezech. XLV, 5. Legerunt עָרִים. - קָצֶה, *finis.* Ios. XV, 21. N. L. - קִרְיָה. Gen. XXIII, 2. Num. XXI, 28. XXII, 39. et alibi saepius.

- קִרְיָה et קִרְיָא: קִרְיְתָא chald. Esdr. IV, 10. 12. 13. etc. - קְרִיּוֹת, plur. *Kerioth*, nomen proprium urbis. Amos. II, 2. Legerunt cum Chaldaeo קִרְיוֹת a קִרְיָה. - קֶרֶת. Iob. XXIX, 7. Prov. XI, 11. - *רַב, *multus*. Dan. XI, 13. sec. *Chis.* πόλεως. Fortasse legendum πολλούς. - *שֵׂיבָה, *canities*. Iud. VIII, 32. ἐν πόλει αὐτοῦ sec. ed. *Rom.* et *Caten. Nicephori.* Sed scribendum est ibi ἐν πολιᾷ αὐτοῦ s. ἀγαθῇ. *Semlero* reponendum videtur ἐν πολιᾷ ὑγιεῖ. - שֵׁבֶט, *tribus*. Deut. XII, 5. et 14. sec. *Vat.* ubi tamen loco πόλεων reponendum φυλῶν, quod reliqui libri habent. - שַׁעַר *porta*. Gen. XIX, 1. πόλιν sec. *Ald* sed reliqui libri rectius ibi habent πύλην. Sic quoque Ies XLV, 1. *Eusebius* et libri nonnulli rectius habent πύλαι. Deut. XII, 12. ubi vid. *Scharfenbergius*, nec non ad Deut. XXIII, 17. Ezech. XXVI, 10. *Vulg. in urbem.* Sc. portae urbis haud raro pro urbe ipsa ponuntur, per synecdochen partis pro toto. Idem valet de loco Iud. V, 8. (ubi pro πόλεις legendum πύλαις) 11. 1 Sam. XXI, 13. πόλεως est glossema ex inepta alicuius correctoris emendatione, qui cum non satis caperet, quid esset illud ἔπιπτεν ἐπὶ ταῖς θύρας τῆς πύλης, putavit legendum esse πόλεως. - שַׁעַר עִיר. Gen. XXIII, 10. 18. Praeterea legitur Iud. I, 20. ubi πόλεις sine dubio sciolo librario debetur, quem offendit illud ἐκληρονόμησε, quod in vulgari notione *haereditandi* accepit. Iam cum putaret, non commode dici posse ἐκληρονόμησε τοὺς τρεῖς υἱοὺς κ. τ. λ., addendum esse πόλεις existimavit, quod deinde una cum reliquis LXX Intt. verbis ita in ordinem redegit, ut nunc in libris editis male leguntur. ירשׁ h. l. est *eiicere, expellere.* Iob. II, 8. ubi verba ἔξω τῆς πόλεως de suo addiderunt. *Eckermannus* refert ad בְּתוֹךְ, ut legerint בְּתֹהוּ. Arab. تيه, *desertum*. Iob. VI, 26. ἐπὶ πόλεσιν κ. τ. λ. Videntur diversa vocabulorum distinctione legisse כי בטחו במבא ערים. Fortassis et scripserint ἐπὶ πορεύσει vel ἐπὶ πόροις καὶ χρήμασιν. 1 Macc. XIV, 56. πόλις Δαυὶδ, *arx Sionitica.* 3 Macc. IV, 11. 12. V, 24. πόλις est *Alexandria.* Vide *Eustath. ad Odyss.* α'. p. 1385, 5. et κ'. p. 1650, 42.

*ΠΟ'ΛΙΣ ΠΑΡΑΘΑΛΑ'ΣΣΙΟΣ, *urbs maritima.* קִרְיָתַיְמָה, *Chiriathaimah*, nomen proprium. Ezech. XXV, 9. Legerunt קִרְיַת יָמָּה. - Vide quoque alibi Ἥρως et Οἰκοδομέω.

ΠΟΛΙΤΕΙ'Α, *respublica, reipublicae status, vivendi ratio.* 2 Macc. IV, 11. τὰς μὲν νομίμους καταλύων πολιτείας, παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν, legitimam *reipublicae formam* abrogans, noves mores illegitimos introduxit. 2 Macc. VIII, 17. τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας κατάλυσιν, avitae *reipublicae formae* abrogationem. 2 Macc. XIII, 14. περὶ πολιτείας, pro *reipublicae forma.* Ita et apud *Polybium* p. 215. ἀποδοὺς τὴν πάτριον πολιτείαν. Idem eodem significatu usurpat πολίτευμα

p. 185. πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος. Conf. *Raphelii annotatt. ex Polybio* ad Phil. III, 20. p. 560. Notat quoque *ius civitatis.* 3 Macc. III, 21. πολιτείας αὐτοὺς Ἀλεξανδρέων καταξιῶσαι. Idem ius v. 23. appellantur ἡ ἀτίμητος πολιτεία. Adde 4 Macc. III, 20. *Polyb.* VI, 2, 12. τυχὼν τῆς πολιτείας. *Dio Cass.* p. 71. ed. *Reim.* Act. XXII, 28.

ΠΟΛΙ'ΤΕΥΜΑ, *civitas.* 2 Macc. XII, 7. τὸ σύμπαν τῶν Ἰοππιτῶν ἐκριζῶσαι πολίτευμα, omnem Ioppitarum eradicare *civitatem.* Ita *Philo de Mund. Opific.* p. 33. τῷ μεγίστῳ καὶ τελειοτάτῳ πολιτεύματι ἐγγραφέντες. Ita etiam vox usurpatur *Polybio.* Vide *Raphelii annotatt. ex eodem* ad Phil. III, 20. p. 559. *Hesych.* πολιτεύμασι, ταῖς πολιτείαις, ἢ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι.

ΠΟΛΙΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *in republica versor*, *civem me gero*, it. *ago*, *vivo.* 2 Macc. VI, 1. τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι, non *viverent* convenienter legibus divinis. Vide et 3 Macc. III, 3. 2 Macc. XI, 25. πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη, *vivere* iuxta maiorum suorum mores. Ita *Ioseph. A. I.* III, 5, 8. τόνδε τρόπον, καθ' ὃν εὐδαιμονήσουσι, πολιτευόμενοι. Conf. Phil. I, 27. et *Wolfium* ad Act. XIII, 1. p. 1331.

ΠΟΛΙ'ΤΗΣ, *civis*, etiam *concivis*, i. q. συμπολίτης. בֶּן עַם, *filius populi.* Gen. XXIII, 11. – עָמִית, *socius.* Zach. XII, 7. ubi est i. q. συμπολίτης. Vide *Hexapla.* – רֵעַ, idem. Prov. XI, 9. πολίταις, *concivibus.* Prov. XXIV, 28. Ierem. XXIX, 18. *Hesychius:* πολίτης, ὁ συμπολιτευόμενος τινὶ καὶ συνών.

ΠΟΛΙ'ΧΝΗ, *civitatula*, vel *viculus*, vel *oppidulum*, secundum *Hieronymum* ad Ies. XXVI, 5. קִרְיָה. *Aqu.* Ies. XXVI, 5. XXIX, 1. ubi vid. *Montfaucon. Strabo* V. p. 349. A.

ΠΟΛΛΆΚΙΣ, *multoties*, *saepe.* נִסָּה, *attollo.* Iob. IV, 2. μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ. Ita, ut recte observavit *Schultensius*, transtulerunt ex Arabismo. Scilicet نشا notat *iterare*, *repetitis vicibus aliquid facere.* Praeterea legitur apud *Inc. et LXX* Iob. XXXI, 31. ubi nihil respondet in textu hebr.

**ΠΟΛΛΑΠΛΑΣΙ'ΩΣ*, *multipliciter.* כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה, *sicut illa* (h. e. *quae sunt sicut illa*, nempe *beneficia hactenus in me collata*) *et sicut illa. Symm.* 2 Sam. XII, 8. *Vulgatus: adiiciam tibi multo maiora*, sc. beneficia. Conf. *Thieme* de *puritate Symm.* p. 27.

**ΠΟΛΛΑΧΟ'ΘΕΝ*, *multis e locis*, *partibus*, *rebus.* 4 Macc. I, 7.

ΠΟΛΛΑΧΩ͂Σ, *multipliciter*, *variis modis*. Vide supra s. v. ἐκπορνεύω. Adde 3 Macc. I, 25. πολλαχῶς ἐπειρῶντο, *quovis modo* tentarunt.

ΠΟΛΛΟΣΤΟ͂Σ, *plurimus*, *magnus*, *multesimus*, *unus e multis*, *multiplex*. רַב, *multus*, *magnus*. 2 Sam. XXIII, 20. πολλοστὸς (בְרַבִּים) ἔργοις, *multus* operibus. *Symm.* Psalm. LIV, 20. πολλοστοὶ ἦσαν σὺν ἐμοὶ, *plurimi*, h. e. *ut plurimum* vel *saepissime*, erant mecum. - תָּמִיד, *iugiter*. Prov. V, 20. πολλοστὸς ἔσῃ (h. e. vel *diu vives*, vel *numerosam sobolem habebis*). Ita *Bielius*, cui quoque assentitur *Iaegerus*, et quidem recte. Divinare enim non possum, qua ratione inductus, aut quo oculorum vitio laborans *Cappellus in Crit. S.* lib. IV. c. 2. p. 645. verba πολλοστὸς ἔσῃ ad praecedens תִּשְׁגֶּה retulerit, et LXX per Sin תִּשְׂגֶּה legisse contendere potuerit. Vide *Scharfenbergium* ad l. l. p. 525.

ΠΟΛΥΑ'ΝΔΡΙΟΝ, *sepulcrum*, *quod multos capere potest*, seu sec. *Hieronymum sepulcrum multitudinis*, aut *locus sepulturae*| *destinatus*, *quo multorum virorum corpora mortua feruntur*, *coemeterium*. גַּי, *vallis*. Ezech. XXXIX, 11. τὸ πολυάνδριον τῶν ἐπελθόντων. Ita transtulerunt, quia in antecedentibus מְקוֹם קֶבֶר, *locus sepulcri*, legitur. - גַּיְא. Ierem. XIX, 2. 6. ubi vide *Scholion*. - *גַּיְא. Ierem. II, 23. Nempe forte in valle illa prope Hierosolymam fuit coemeterium. - הָמוֹן, *multitudo*. Ezech. XXXIX, 15. - גֵּיא הֲמוֹן. Ezech. XXXIX, 11. - הֲמוֹנָה, *Hamona*, nomen urbis. Ezech. XXXIX, 16. Vide et 2 Macc. IX, 4. 14. *Hesych.* πολυάνδριον, τάφος πολυχώρητος, μνῆμα. *Suidas:* πολυάνδριον, μνῆμα, τάφος, τὸ θρυλλούμενον παρὰ πολλοῖς ξενοτάφιον: ubi *Küsterus* pro ξενοτάφιον legendum suspicatur κοινοτάφιον, h. e. *commune sepulcrum*. Quae coniectura est probabilis. Nam πολυάνδριον fuit omnino *sepulcrum commune*. Inde etiam in loco *Aeliani* ab ipso *Suida* addito vocatur κοινὸν πολυάνδριον. Et *Aelianus V. H.* XII, 21. τὰς πατρῴους ταφὰς distinguit a πολυανδρίῳ. Conf. ad h. l. notas *Perizonii*. Adde *Strabon.* IX. p. 650. C. et 656. C. *Pausan. Corinth.* p. 162, 6. F.

**ΠΟΛΥΑ'ΝΔΡΙΟΣ*, adi. *viris frequens*. 4 Macc. XV, 20. Vide infra s. v. χορεῖον. Hinc πολυανδρία, quod habet *Synesius Epist.* 138. p. 275. C.

ΠΟΛΥ'ΑΝΔΡΟΣ, *multorum virorum coetus*, proprie *viris frequens*. הָמוֹן, *multitudo*. *Inc.* Ezech. XXXIX, 1:. Sed legendum sine dubio ibi est πολυάνδριον. Adde *Aeschyl. Pers.* v. 73. et *Schol. Lycophr. Alex.* v. 851.

ΠΟΛΥ'ΒΟΥΛΟΣ, *multi consilii*, *valde prudens*. רַב יוֹעֵץ, *magnus consiliarius*. *Symmachus*, *Theod.* Prov. XI, 14. et XXIV, 6. *Hesychius:* πολύβουλος, συνετή. *Homer. Il.* ἑ, 260.

ΠΟΛΥ'ΓΟΝΟΣ, *multum gignens*, *foecundus*, *ferax*. Sap. IV, 3. πολύγονον ἀσεβῶν πλῆθος. *Vulg. multigena.* Alii *multiplex*, *multa*, quia sequitur πλῆθος.

**ΠΟΛΥΓΟΝΩ'ΤΕΡΟΣ*, *foecundior*. 4 Macc. XV, 5.

**ΠΟΛΥΔΑ'ΚΡΥΟΣ*, *multum lacrymans*, *cum multis lacrymis mixtus et coniunctus*. 3 Macc. V, 25. πολυδάκρυος (aut potius πολύδακρυς. Conf. *Etymol. M.* 246, 6.) ἱκετεία, *preces cum multo fletu et eiulatu coniunctae*. *Hesych.* πολύδακρυ, πολύθρηνον. Adv. πολυδακρύτως legitur apud *Phavor.* s. v. ἀστακτὶ, et in *Schol. Soph. Oed. Col.* v. 1717. Opponitur πολύγελως apud *Plutarch. Mor.* T. III. p. 227.

**ΠΟΛΥ'ΔΑΚΡΥΣ*, *lacrimosus*, i. q. πολυδάκρυος. 3 Macc. V, 25. sec. cod. *Alex.* πολύδακρυν ἱκετείαν. Vide s. v. πολυδάκρυος. *Homer. Il.* γ'. 132. et θ'. 216.

ΠΟΛΥΕ'ΛΕΟΣ, *valde* aut *multum misericors*. גְּדָל חֶסֶד, *magnus misericordia*. Psalm. CXLIV, 8. - רַב חֶסֶד, *multus misericordia*. Exod. XXXIV, 6. Num. XIV, 18. Nehem. IX, 17. et alibi saepius. Adde Sir. II, 11. sec. *Compl.*

ΠΟΛΥΕΤΗ'Σ, *multos annos habens*, *annosus*. Sap. IV, 16. πολυετὲς γῆρας. *Eurip. Orest.* v. 472. et *Aeschyl. Agam.* v. 1142.

**ΠΟΛΥΗΜΕΡΕΥ'Ω*, *multorum dierum sum*, aut *multos dies transigo*. Legitur Deut. XI, 21. sec. cod. *Alex.* ἵνα πολυημερεύσητε: ubi in textu hebr. legitur לְמַעַן יִרְבּוּ יְמֵיכֶם, *ut multiplicentur dies vestri*. Codex *Oxon.* ibi habet divisim πολὺ ἡμερεύσητε, et *Vat.* μακροημερεύσητε. Eadem vox reddenda quoque esse videtur cod. *Alex.* Deut. VI, 24. ubi pro טוֹב לָנוּ legitur πολυημερωῶμεν.

ΠΟΛΥΗ'ΜΕΡΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *longaevus fio*. הֶאֱרִיךְ יָמִים, *prolongo dies*. Deut. XXV, 15. XXX, 18. - *הֲוָה אַרְכָה chald. *sum prolongatio*. Dan. IV, 24. sec. cod. *Chis.* πολυήμερος γένῃ.

ΠΟΛΥΗ'ΜΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *longaevus sum*. הֶאֱרִיךְ יָמִים, *prolongo dies*. Deut. XXII, 7. Adiectivum πολυήμερος occurrit quoque apud *Eustath.* Od. κ'. p. 384, 38. πολυημέρους νύκτας, et *Hippocr. de humor.* p. 51, 18. πολυήμεροι πνέουσι.

**ΠΟΛΥ'ΘΡΗΝΟΣ*, *luctuosus*, *lacrimosus*, *multum luctum adferens*. 4 Macc. XVI, 10. ubi tamen legere mallem πολυθρήνητος, *deflenda*.

ΠΟΛΥΚΑΡΠΙ'Α, *abundantia fructuum*. רַבָּה, *multum*. *Symm.* Ps. LXIV, 10.

**ΠΟΛΥΚΕ'ΦΑΛΟΣ*, *multa habens capita*. 4 Macc. VII, 14. πολυκέφαλον στρέβλαν. Intellexit sine dubio scuticae genus multa lora habentis.

ΠΟΛΥΛΑ'ΛΟΣ, *multiloquus*, *loquax*, *garrulus*. רַב דְּבָרִים, *multus verbis*. *Symm.* Iob. XI, 2. Adde Sir. XXI, 25. sec. *Compl.* et *Soph. Antig.* v. 330.

ΠΟΛΥΛΟΓΙ'Α, *multiloquium*, *loquacitas*. רֹב דְּבָרִים, *multitudo verborum*. Prov. X, 19.

ΠΟΛΥΜΑΘΗ'Σ, *qui multum didicit*, *multiscius*, *eruditus*. *Prol. Sir.* πολυμαθὴς ἀληθῶς καὶ ὢν καὶ καλούμενος. *Aristoph. Vesp.* v. 1170.

ΠΟΛΥΜΕΡΗ'Σ, *multis partibus constans*, vel *in multas partes divisus*, *multa membra habens*, *multiplex*. Sap. VII, 22. πνεῦμα πολυμερές. *Hesych.* πολυμερ ς, εἰς πολλὰ μεριζόμενον.

ΠΟΛΥ'ΜΙΤΟΣ, *polymitus*, *varie intertextus*. מֶשִׁי, *sericum*. *Symm.* Ezech. XVI, 13. – רִקְמָה Id. Ezech. XXVII, 16. πολύμιτα. In *Lex. Montf. ad Hexapla Orig.* ed. *Tromm.* vitiose scribitur πολύμιγα. et male respondere dicitur נֹפֶךְ. Conf. *Drusii Miscell. Cent.* I. c. 79. et quae notata sunt supra in v. ποικιλτικός. Adde *Aeschyl. Suppl.* v. 439.

ΠΟΛΥΟΔΙ'Α, *multum itineris*, *magnum iter*. רֹב דֶּרֶךְ, *multum viae*. Ies. LVII, 10.

ΠΟΛΥ'ΟΡΚΟΣ, *multum iurans*. Sirac. XXIII, 10. XXVII, 14.

ΠΟΛΥΟΧΛΙ'Α, *multa* seu *frequens turba*, *turbae multitudo*. הָמוֹן, *multitudo*. Iob. XXXIX, 7. Vide et Baruch. IV, 24. ubi τὸ ἀγαλλίαμα τῆς πολυοχλίας est *voluptas*, *quam ex summa sua frequentia capit*.

ΠΟΛΥΟΧΛΙ'Α ΠΛΗ'ΘΟΥΣ, *frequens turba multitudinis*, h. e. *ingens multitudo*. הָמוֹן רַבָּה, *magna multitudo*. Iob. XXXI, 34.

*ΠΟΛΥ'ΠΑΙΣ, *cui multi sunt liberi*. 4 Maccab. XVI, 10.

ΠΟΛΥΠΕΙΡΙ'Α, *multa experientia*, *multa scientia*, *eruditio*, *prudentia collecta ex multa experientia*. Sir. XXV, 6. στέφανος γερόντων πολυπειρία, corona senum *multa peritia*. Sap. VIII, 9. εἰ δὲ καὶ πολυπειρίαν ποθεῖ τις, si vero etiam aliquis *eruditionem* desiderat. Sic *Aelianus V. H.* IX, 19. αἴτιος γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ τῆς γνώσεως τῆς κατὰ τὰ ζῶα. *Plato Legg.* VII. p. 811. A. πολυπειρίας καὶ πολυμαθίας. Vide quoque *Phavorin.* s. ἀλύσσοντες.

ΠΟΛΥ'ΠΕΙΡΟΣ, *multa expertus*, *indeque prudens*. Sirac. XXI, 24. XXXIV, 9. In priore tamen loco πολύπειρος esse videtur *homo politus*, *praeditus morum elegantia*, *quae comparatur longa experientia et consuetudine cum aliis*. Adde *Aristoph. Lysistr.* v. 1110. et Sirac. XXXVI, 20.

ΠΟΛΥΠΛΑΣΙΑ'ΖΩ, *multiplico*. חָזַק, *corroboror*. Deut. XI, 18. – רָבָה. Deut. VIII, 1.

ΠΟΛΥΠΛΑ'ΣΙΟΣ, *multiplex*. 2 Macc. IX, 16. τὰ ἱερὰ σκεύη πολυπλάσια.

ΠΟΛΥΠΛΗΘΕ'Ω, *multus numero sum*, *augeor*, *cresco numero*. הִרְבָּה Hiph. Lev. XI, 42. – רַב, *multus*. Exod. V, 5. – רֹב, *multitudo*. Deut. VII, 7.

ΠΟΛΥΠΛΗΘΙ'Α, *magna multitudo*, *frequentia*, *copia*. 2 Macc. VIII, 16. *Strabo* XVI. p. 1098, 8. *Pollux* IV, 165.

ΠΟΛΥΠΛΗΘΥ'ΝΩ, *summopere multiplico*. הִרְבָּה Hiph. idem. Exod. XXXII, 12. ubi tamen fortasse disiunctim scribendum erit πολὺ πληθυνεῖ, ut πολὺ ἐλυπήθη Dan. VI, 14. πολὺ ἠγαθύνθη v. 23. pro πάνυ. Adde Dan. III, 36. sec. cod. *Chis.* πολυπληθῦναι τὸ σπέρμα.

ΠΟΛΥ'ΠΛΟΚΟΣ, *multis nexibus implicitus*, *varius*, *multiplex*, *dolosus*, *vafer*, *versutus*. נִפְתָּל part. Niph. *obtortus*, etiam *dolosus*. (Conf. *Golium* p. 1755.) Certe arab. انتفال, *Intefalon*, *strophas dolosque nexos* denotat. Iob. V, 13. ubi *Olympiodorus*: πολυπλόκους καλεῖ τοὺς ἄγαν συνετοὺς, οὓς ἀγκυλογνώμονας διὰ τὸ σκολιὸν τῆς γνώμης εἰώθασι προσαγορεύειν οἱ τὰς κυρίας τῶν λέξεων ἐκλέγοντες. Esth. XVI, 13. πολυπλόκοις μεθόδων παραλογισμοῖς, *variis* et fallacibus rationibus et artibus. Ita *Baduellus*. 4 Maccab. XIV, 13. Vide infra s. v. πολύτεκνος. *Hesychius*: πολύπλοκος, πολύτροπος. Adde *Eurip. Med.* v. 480. et *Hippocr.* de *ossium nat.* p. 278, 36.

ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΝΕ'Ω, *multis negotiis iisque nihil ad me pertinentibus me immisceo*, *nimis curiose inquiro*, *ardelio sum*. 2 Macc. II, 31. πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, *nimis curiosum esse* in rebus particularibus s. res particulares et minima quaeque *curiose scrutari et inquirere*.

ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΣΥ'ΝΗ, *curiositas*, *nimis curiosa inquisitio*. חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים, *cogitationes multae*. *Symm.* Cohel. VII, 30. περιειργάσαντο πολυπραγμοσύνην, *curiositati* vel *supervacuae operositati* (conf. *Quinctil. Orat. Instit.* VIII. c. 3.) *incumbebant*. *Hesych.* πολυπράγμων, περίεργος.

ΠΟΛΥΡ'ῬΗ'ΜΩΝ, *multiloquus*. כַּבִּיר אֲמָרִים, *validus verborum*. Iob. VIII, 2. *Marc. Anton.* III. p. 73. ult.

ΠΟΛΥ'Σ, *ΠΟΛΛΗ'*, *ΠΟΛΥ'*, *multus*, *multa*, *multum*, it. *magnus*, *vehemens*, *longus*. אֶפֶס, *nihil*, *non*. Prov. XXVI, 20. ἐν πολλοῖς ξύλοις: ubi, ut verbis *Iaegeri* utar, ex mutandi libidine, sed non mutato sensu, placuit interpreti contrarium eius, quod Salomo dixit. – אַרְבֶּה, *locusta*. *Symm.* vel iuxta cod. *Coislin. Aqu.* et *Theod.* Levit. XI, 22. πολὺς, ubi *Montfauconio* magis ad vocem hebraicam quam ad sensum respexisse videntur. – גָּדוֹל, *magnus*. Gen. XXIX, 7. ἔτι ἔστιν ἡμέρα πολλὴ, adhuc est dies *longa*. Gen. XLI, 29. εὐθηνία πολλὴ, *magna* ubertas. Ezech. XXXVII, 10. συναγωγὴ πολλὴ σφόδρα, congregatio *magna* valde. Sic *Aelian. V. H.* XIII, 16. ἔχει περίβολον οὐ πολὺν, neque *magnum* habet am-

bitum. Dan. XI, 44. *ἥξει ἐν θυμῷ πολλῷ*, veniet cum ira *vehementi*. Adde *Symm.* 1 Sam. XXX, 16. *τοῖς πολλοῖς*: ubi LXX *τοῖς μεγάλοις*. - בְּדֵי, *in*, *pro*, ex ב et syllabica adiectione דֵי. (At hic legerunt דֵי, constructum ex דַּי, *sufficientia*.) Hab. II, 13. - הֲמִיָּה, *strepitus*. Ies. XIV, 11. - הָמוֹן, *multitudo*. Gen. XVII, 5. - הִרְבָּה Hiph. *multum facio*. Exod. XVI, 17. 2 Reg. X, 18. Ies. XXIII, 16. - הַרְבֵּה per ֵ verbale, *multum*. Genes. XV, 1. Ierem. XL, 12. et alibi saepius. - *הַרְבֶּה per ֶ, idem. Ierem. XLII, 2. - כָּבֵד, *gravis*. Exod. IX, 19. 25. X, 14. XII, 38. - כַּבִּיר, *validus*. Ies. XVII, 12. - כֹּל, *omnis*. Gen. XXXIII, 11. sec. MS. *Oxon.* - כֶּסֶא, *tempus statum*. Prov. VII, 20. *δι' ἡμερῶν πολλῶν*, quae versio non vocem hebr. repraesentat, sensum tamen exhaurit. Num retulerunt ad כָּסַס, *numerare?* - *מָעוֹן, *fortitudo*, *munimentum*. Dan. XI, 11. sec. *Chis.* *ἐπὶ πολὺ*, ubi *Segaarius* coniicit legendum *πόλιν*, ut עַל מָעוֹן legerit. מָעוֹן non semel in hoc capite legitur pro *urbe munita*. - מַרְבֶּה, *multitudo*. Ies. XXXIII, 23. Adde *Aqu.* Ies. IX, 7. - מֵרַע, *maleficus*. Ier. XXIII, 14. Inanis est coniectura *Cappelli* in *nott. critt.* p. 528., LXX loco מְרֵעִים, amicos, legisse רַבִּים. Lectio *πολλῶν* est merum sphalma librariorum. Vera lectio est *πονηρῶν*, quam exhibet cod. *Alex.* vers. *Arab.* et cod. *Syr. Hexaplaris*. - מְתִים plur. *homines*. Deut. XXXIII, 6. *ἔστω πολὺς ἐν ἀριθμῷ*, h. e. *numerum faciat*. Sic LXX h. l. cum *Syro* acceperunt verba hebraica, quae etiam hanc explicationem admittunt. Vide *Dathium* ad h. l. Arab. صنّب notat *extendit*, et מְתֹם est *sodalitas*, *sodalium* s. *hominum multitudo*. Fortasse tamen ante *πολὺς* excidit *οὐ*, quod ob antecedens *ἔστω* facile omitti potuit. - עָנִי, *afflictus*. Soph. III, 13. ubi tamen pro *πολὺν* legere mallem *πρᾶον* vel *πραΰν*. - עָצוּם, *validus*, *numerosus*. Gen. XVIII, 18. Deut. VII, 1. Ioel. II, 5. Zach. VIII, 22. - עָתֵק, *durabilis*. Prov. VIII, 18. *κτῆσις πολλῶν*, ubi tamen pro *πολλῶν* *Grabius Prolegg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 3. legere mavult *παλαιῶν*. Sed lectio impressa fuit iam ante *Origenem*, ut adeo mihi liberius transtulisse videantur. *Quae multa sunt*, *ea quoque diu durare solent*. - *רִבְּאוֹת, *decem millia*. Dan. XI, 12. sec. cod. *Chis.* - רַבָּה: רַב. 2 Sam. XXIV, 14. *πολὺ νῦν*, *ἄνες τὴν χεῖρά σου*, *satis* nunc, remitte manum tuam: ubi *πολὺ νῦν* respondet latino: *ohe iam satis est*, *nimis est*. Ed. *Compl.* habet *ἱκανόν*, Lectio vitiosa *πολὺν*, quam cod. *Alex.* exhibet, orta est e compendio scribendi *πολὺ νῦν*. Psalm. LIV, 20. *ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοὶ*, quia in multis, h. e. *in magna multitudine*, erant mecum. Psalm. XXIV, 12. *ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου*, *πολλὴ γάρ ἐστι*, propitius sis peccatis meis, *quanquam multa sunt*. Psalm. CXIX, 5. *πολλὰ* (sc. *ἔτη*) *παρῴκησεν ἡ ψυχή μου μετὰ*

τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, multos annos habitavit anima mea cum illis, qui oderunt pacem. Vide et Cohel. X, 3. Prov. XXVIII, 20. *ἀνὴρ ἀξιόπιστος πολλὰ* (pro *κατὰ πολλὰ ῥήματα*) *εὐλογηθήσεται*, vir fide dignus multis verbis (s *multum*) benedicetur. Similiter Graeci alias *πολλὰ λοιδορεῖσθαι, ἐπισκώπτειν, καταρᾶσθαι* dicunt pro *κατὰ πολλὰ ῥήματα λοιδορεῖσθαι*, multis verbis conviciari, multis conviciis proscindere, multis verbis execrari. Exempla dedit *L. Bos* in *Ellips. Gr* p. 175. sequ. *Aqu. Theod.* Num. XVI, 7. *πολὺ ὑμῖν. Aqu.* Ps. LXII, 4, *πολλὴν, multum.* — רֹב, *multitudo.* Ios. IX, 13. *ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πολλῆς σφόδρα*, propter viam valde *longam.* Vide et 1 Reg. XIX, 7. 2 Par. XVII, 5. et XVIII, 1. *δόξα πολλὴ*, gloria *magna.* Conf. Luc. XXI, 27. Sic *Aelianus V. H.* II, 13. *πολὺ γὰρ ἦν τὸ τοῦ Σωκράτους ὄνομα, magnum* enim erat Socratis nomen. Vide et *Sophocl. Oed. Colon.* v. 296. — רָבַב, *multus sum.* Iob. XXXV, 6. *πολλὰ ἠνόμησας, multum* peccasti. Ies. LIX, 12. Ierem. XIV, 7. — רָבָה Kal, idem. 1 Par. V, 9. — רְבִיבִים plur. *guttae imbris.* Ierem. III, 3. Legerunt רַבִּים ex רַב, aut fortasse sensum expresserunt. — רָחָב, *latus.* Exod. III, 8. *Terra lateris* est h. l. *terra late patens*, h. e. *magna.* — * רַע, *malum. Symm.* Ps. LXXII, 8. Legit רַב. - *שִׁבְעָה, *septem. Symm.* Ierem. XV, 9. *πολλούς.* Ex usu loquendi Hebraeorum, quibus *numerus septenarius* pro *quavis multitudine* ponitur. - שַׂגִּיא chald. *amplus, multus.* Esdr. V, 11. *ἔτη* (pro *κατ' ἔτη*) *πολλὰ*, per multos annos. Dan. IV, 7. *ὕψος αὐτοῦ πολὺ*, altitudo eius *magna.* Sic in *Anthol.* lib. III. p. 368. *πολλὴ ναῦς, magna* navis. *Hesych. πολὺ ἀντὶ τοῦ μέγα.* Dan. VI, 14. *πολὺ* (pro *κατὰ πολὺ μέτρον*) *ἐλυπήθη, magna mensura* sive *vehementer* dolebat. Sic et v. 24. *πολὺ ἠγαθύνθη, multum* vel *valde* laetabatur. Adde Dan. II, 12. sec. cod. *Chis.* - שַׂגִּיא hebr. *magnus. Theod.* Iob. XXXVI, 20. *Πολὺς* haud raro est i. q. *μέγας.* Sic in *Anthol.* lib. III. p. 368. *πολλὴ ναῦς, magna navis. Hesych. πολὺ ἀντὶ τοῦ μέγα:* ubi vid. *Alberti.* Conf. quoque *Mer. Casaubon.* ad *Diogen. Laert.* VII, 21. - בַּשַּׁעַר, *in porta* (quia ibi multa vis). Iob. XXXI, 21. Sirac. XI, 10. *μὴ περὶ πολλὰ ἔστω*, multis negotiis et curis ne te distrahi patiaris, s. ne sis *πολυπράγμων.* Sirac. XVIII, 8. ubi *πολλὰ* respondet vernaculo *wenn es viel ist*, h. e. si viribus valemus (coll. Ps. XC, 10.), nec est cum *ἔτη* construendum. *Syrus: cum multum vixerit. Vulg. ut multum.* Sirac. XX, 14. *οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ' ἑνὸς πολλοὶ*, h. e. pro uno dato s. beneficio respiciunt et reposcunt septem vel dona vel obsequia. *Vulg. septumplices sunt.* Sir. XV, 18. *πολλὴ σοφία τοῦ θεοῦ, summa* est Dei sapientia. Sir. XLII, 11. *ἐν πλήθει πολλῶν*, publice, i. q. v. 30. *ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας*, ubi *πολλοὶ* est i. q. *λαὸς* s. *ἄνθρωποι. Lucian. Nigrin.* T. I. p. 44. ed. *Reitz.* et *Har-*

translatum reperitur. Reperitur vox quoque apud *Suidam* s. ἡμιολίοις ac *Thucyd.* II. c. 77.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙ'ΖΩ, *moror.* הֶאֱרִיךְ, Hiph. *prolongo.* Deut. IV, 26.

ΠΟΛΥΧΡΟ'ΝΙΟΣ, *longaevus.* אֲשִׁישׁ, *fundamentum.* *Aqu.* Ies. XVI, 7. πολυχρονίοις. Sine dubio respexit non tam notionem *fundamenti*, quam habet אֲשִׁישׁ ab אָשַׁשׁ, *firmus fuit*, quam potius derivavit a radice inusitata שִׁישׁ, quam notionem *albedinis* et *canitiei* habuisse e derivatis יָשֵׁשׁ et יָשִׁישׁ, *senex*, apparet, aut vere legit לִישִׁישֵׁי. Vide supra s. v. παλαιός. – כַּבִּיר יָמִים, *validus diebus*, seu *provectior aetate*, sequ. מִן. *Symm.* Iob. XV, 10. πολυχρονιώτερος. Adde Sap. II, 10. et IV, 8.

ΠΟΛΥΧΡΟ'ΝΙΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *longaevus fio*, it. *diu alicubi commoror.* אָרְכוּ יָמִים, *prolongantur dies.* Gen. XXVI, 8. Vide et Ep. Ierem. v. 40.

ΠΟΛΥΧΡΟ'ΝΙΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *longaevus sum.* רַב, *magnus.* Iob. XXXII, 9. Habere h. l. רַבִּים hanc significationem, ex זְקֵנִים in altero membro luculenter apparet.

ΠΟΛΥΩΡΕ'Ω, *multam curam gero*, *dilegenter curo*, *custodio*, it. *multiplico*, *augeo.* הוֹתִיר, Hiph. a יָתַר, *abundare facio.* *Inc.* et LXX Deut. XXX, 9. πολυωρήσει σε κύριος, *custodiet* te Dominus: ubi alii codd. habent: εὐλογήσει σε. – הִרְהִיב, Hiph. *corroboro.* Ps. CXXXVIII, 4. πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου, *multam curam* mei *ages* in anima mea. *Hesych.* πολυωρήσεις, φυλάξεις, φροντίδα πολλὴν ποιήσεις. Ita etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod pro φροντίδα πολλὴν habeat φροντίδας πολλάς. Ita *Bielius.* *Chrysostomus* ἐπαρεῖς με, ὑψώσεις με. Sed proprie apud LXX notat *multiplicare*, *augere*, hoc sensu: augebis me, et animae meae robur ac fortitudinem adiicies. – זֻלָּה vel זְלוּת, *res vilis.* Ps. XI, 9. κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Hoc certum est, eos זָלוֹת legisse, sed cur ita transtulerint, admodum dissentiunt interpretes. *Houbigantius* existimat, eos לוית, *adhaesisti*, legisse, *Koehlero* autem videntur legisse כְּרָמְךָ דָּלִיתָ בְּנֵי וגו׳: nam πολυωρεῖν etiam significare potest πολὺ μετέωρον ποιεῖν, *valde sublimem efficere.* Alii statuunt, ante ἐπολυώρησας, h. e. *multam curam impendis*, apud LXX excidisse negationem, in qua opinione *Semlerus* fuit. Nonnulli coniiciunt, ἐπολυώρησας ortum esse ex ἐξωλιγώρησας. Vide *Ernesti Bibl. Nov. Theol.* T. I. p. 202. *Cappello* in *Crit. S.* p. 520. πολυωρεῖν est *laute aliquem excipere*, quae notio ei h. l. ideo magis quadrare videtur, quia זָלַל significat *potu et cibo sese ingurgitare.* Sic etiam *Montfauconio* in *Lex. hebr.* s. h. v. LXX videntur pro prima persona perfecti habuisse, et ex duplicanti זָלַל ita vertisse. His denique addendus est *Fischerus* in *Clavi Verss. GG.* p. 56. qui πολυωρεῖν h. l. idem

opinatus est valere, quod *εὐωρεῖν*, h. e. *non curare, nullam rationem habere*, etsi non ignorabat, apud *Hesychium* reperiri *ἐπολυώρησας*, *πολὺ ἐφύλαξας*, cuius glossae auctor haud dubie huc respexit. Ita quoque *Lex. Cyrilli MS. Brem. Hesych.* *πολυωρεῖ, πολλὴν φροντίδα ποιεῖται. ἐναντίον δέ ἐστιν τὸ ὀλιγωρεῖν, ὀλίγον φροντίζειν. διὸ καὶ τὸν ὀλίγωρον ἀμελῆ λέγουσιν.* His omnibus liceat mihi et meam addere sententiam. Acceperunt fortasse pro סַלּוּת, aliis punctis, commutato praeterea ו pro ס.

ΠΌΜΑ, *potus.* מִשְׁתֶּה, *compotatio.* Dan. I, 16. Esdr. III, 7. Posteriori loco in *Francof.* edit. male legitur *πώματα* pro *πόματα*. *Al.* habent *ποτά*. – שִׁקּוּי, *potus.* Ps. CI, 10.

ΠΟΜΠΕΎΩ, *pompam ago, triumpho.* Sap. IV, 2: *στεφανηφοροῦσα πομπεύει*, coronam gestans *triumphat. Suidas: πομπεύει, ὡς νενικηκὼς μεγαληγορεῖ.* 2 Macc. VI, 7. *πομπεύειν τῷ Διονύσῳ*, *pompam agere* Libero, aut *Baccho.* Vide ad h. l. *Baduellum.*

ΠΟΜΠΗ', *missio, pompa*, i. e. *solemnis apparatus et spectaculum solemne, in modum triumphi.* קֶלֶס, *ludificatio. Al.* Ps. XLIII, 14. *πομπήν*, h. e. *triumphum*, ut et lat. *pompa* usurpatur. *Phavorinus: πομπή, ἡ συνάθροισις τοῦ λαοῦ ἐπί τινι.*

ΠΟΝΈΩ, *laboro*, it. *vulneratus sum, vehementer quassatus sum, dolore afficior, doleo*, it. *emulgeo*, it. *facio, tolero, patior.* אֲגַם, *stagnum.* Ies. XIX, 10. *λυπηθήσονται, καὶ τὰς ψυχὰς* (pro *κατὰ τὰς ψυχὰς*) *πονέσουσι*, dolebunt et animis *affligentur.* Legerunt אַגְמֵי, *fastidientes, nauseantes*, ab arab. أجم, *tristari.* Vide *Golii Lex. Arab.* p. 32. Sic quoque recte hanc vocem *Kimchius* reddidit ex usu vocis chaldaico. Vox Arabica quoque *fatiscere* notat. – אִישׁ חַיִל, *vir roboris.* 1 Par. XXVI, 8. *πονοῦντες.* Sunt autem *viri roboris* h. l. viri valde laborantes in hoc opere perficiendo. In libris nonnullis h. l. legitur *ποιοῦντες.* – *הֻכָּה, Hoph. a נָכָה, *percutior.* Hos. IX, 19. ubi illud *ἐπόνεσεν* iungendum est, praeeunte *Arabe*, cum *τὰς ῥίζας*, ita ut post *αὐτοῦ* comma ponendum sit. Vox hebr. dicitur de stirpibus, quae solis ardore aut vermis morsu ita *laeduntur*, ut exarescant. – חול, *parturio.* 1 Par. X, 3. *ἐπόνεσεν ἀπὸ τῶν τόξων*, *vulneratus* est a iaculis. Ierem. V, 3. *ἐμαστίγωσας αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπόνεσαν*, flagellasti illos, et non *doluerunt.* Ierem. LI, 29. *ἐσείσθη ἡ γῆ καὶ ἐπόνεσε*, mota est terra, et *vehementer quassata.* Sic *Polybio* Lib. III. p. 281. *τῶν ὅπλων τὰ παλαιὰ καὶ τὰ πεπονηκότα* sunt arma vetusta et *quassata.* Vide *L. Bos.* ad Hebr. XII, 27. p. 260. Et *Arriano de exped. Alex.* VI, 15. *πλοῖα πεπονηκότα* dicuntur *naves quassatae.* Idem utitur hac voce de navibus *Exped.*

Alex. VII, 7. p. 281. et *Indic.* c. 33. p. 349. c. 38. p. 354. et de moenibus quassatis lib. I, 27. *Exped. Alex.* pag. 55. Vide *Alberti Peric. Crit.* p. 55. Thren. IV, 6. οὐκ ἐπόνεσαν ἐν αὐτῇ χεῖρας (pro κατὰ τὰς χεῖρας), in illa (sc. iniquitate) manibus non laborarunt, vel *molestiam senserunt* manibus, h. e. ut sensum bene exprimit *Olympiodorus* apud *Ghislerium Caten.* p. 186. οὐκ ἀπέκαμον κακοποιοῦντες. Ita *Bielius.* Equidem pro χεῖρας legere mallem χεῖρες, hoc sensu: non *defatigatae sunt* in ea, scil. destruenda ac evertenda, manus hominum. – חָלָה, *aegroto*, etiam *vulnero.* 1 Sam. XXII, 8. οὐκ ἔστι πονῶν περὶ ἐμοῦ ἐξ ὑμῶν, non est *dolens* de me ex vobis. 1 Reg. XV, 23. ἐπόνεσε τοὺς πόδας (pro κατὰ τοὺς πόδας) αὐτοῦ, *laborabat* pedibus suis. 2 Par. XVIII, 33. ἐξάγαγέ με ἐκ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐπόνεσα, educ me e proelio, quia *vulneratus sum.* Vide quoque 2 Par. XXXV, 23. Prov. XXIII, 35. ἔτυπτόν με, καὶ οὐκ ἐπόνεσα, verberarunt me, et non *dolui.* Πόνος et πονεῖν etiam *doloris sensum* indicant, ut praeter *Stephanum in Thes. Perizonius* docuit ad *Aeliani V. H.* V, 6, 6. Confer. *Cic. Quaest. Tusc.* II, 57. – חָמַל, *parco*, it. *condoleo.* 1 Sam. XXIII, 21. ἐπονέσατε περὶ ἐμοῦ, *doluistis* de me. Nonnulli, ut *Cappellus*, statuunt, eos h. l. legisse עֲמַלְתֶּם, contra quem tamen *Buxtorfius* monuit, eos non aliter legisse, sed propter literarum affinitatem accepisse pro עֲמַלְתֶּם. Sic videntur etiam accepisse Ezech. XVI, 5. ubi per παθεῖν reddunt. – כָּאַב, *dolore afficior. Symm.* Prov. XIV, 13. πονέσει. – סָבַל, *baiulo*, *tolero.* Gen. XLIX, 15. – עָמַל. Prov. XVI, 26. *Symm.* Cohel. II, 11. – עָמֵל, *laboriosus. Aqu.* Prov. XVI, 26. πονοῦντος. – עָשָׂה, *facio.* Ies. VII, 22. πονεῖν γάλα, ubi *Doederleinius* coniicit legendum esse ποιεῖν. Sirac. XIII, 6. ἀποκενώσει σε καὶ αὐτὸς οὐ πονέσει, privabit te bonis tuis, nec ipse hoc fecisse *dolebit. Vulgatus* vertit: *et evacuabit te, nec ipse dolebit super te. Hesych.* πονεῖν, ποιεῖν, ἀσκεῖν, κακοποιεῖν, ἐνεργεῖν.

ΠΟΝΗΡΕΥΌΜΑΙ, *male facio*, *maligne ago*, it. *invideo*, *invidus sum.* הֵרַע, Hiph. a רוּעַ. Iud. XIX, 23. 1 Reg. XVI, 25. 1 Par. XVI, 22. Ps. CIV, 15. – הִתְנַכֵּל, Hithp. *machinor.* Gen. XXXVII, 17. ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, *mala consilia inierunt* occidendi eum. *Schol.* ἐδολιεύσαντο. – הִתְעָה, Hiph. *errare facio*, *seduco.* Ierem. XLII, 20. Fortasse LXX legerunt הֲרֵעוֹתֶם, probante *Struensee.* – זָמַם, *scelerate cogito.* Deut. XIX, 19. – יָדַע, *scio. Aqu.* et LXX Cohel. VII, 23. ὅτι πλειστάκις πονηρεύσεταί σε, saepius *male* tibi *faciet.* Legerunt יָרַע per Resch loco Daleth. – מָאַס, *reprobo.* Ps. XIV, 5. πονηρευόμενος, *qui a Deo improbatur*, ac *propter suam culpam abiicitur tanquam improbus.* – מֵרַע, *maleficus.* Ps. XXI. 17. XXV, 5. XXXVI, 1. 9. – רוּעַ, *malus sum.* Deut. XV, 9. πονηρεύσεται ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου τῷ ἐπι-

δεομένῳ, *invideat* oculus tuus fratri tuo indigenti. Conf. notata in βασκαίνω, πονηρὸς, πονηρόφθαλμος et φθονέω, nec non Matth. XX, 15. et ad h. l. *Wolfium* p. 291. Ps. V, 5. Ierem. II, 33. ubi *Arabs* loco ἐπονηρεύσω legisse videtur ἐπόρνευσας. - שָׁלַח יָד, *mitto manum.* Exod. XXII, 8. 11. *Mittere manum in aliquid* est *aliquid furto auferre.* Sir. XIX, 22. πονηρευόμενος, *nequitia praeditus.* Hist. Susann. v. 43. ἐπονηρεύσαντο κατ' ἐμοῦ, *mala consilia* adversus me *inierunt*, aut potius: *calumniati sunt* me.

ΠΟΝΗΡΙ'Α, *malitia*, *malignitas*, it. *tristitia*, *aegritudo*, *qua quis male se habet*, *malum*, *miseria*, *aerumna*, *molestia*, *calamitas.* אָוֶן. Ies. X, 1. - הָרַע, Hiph. a רוּע. Ies. I, 16. - יֵצֶר, *figmentum*, h. l. *sensus pravi*, *perversitas animi.* Deut. XXXI, 21. - מֵרַע, verbale. Dan. XI, 27. - עָמָל, *molestia.* Ies. X, 1. Postulat hanc interpretationem series orationis. *Hesych.* πονηρία, ἐπιπονία. - רַע masc. Ps. VII, 10. ubi πονηρία apud *Aqu.* et LXX *calamitatem*, *miseriam* notat. *Vulgatus* male *nequitia.* Melius *Hieron. malum hoc.* Ps. LXXII, 8. CXL, 4. - רֹעַ. Ps. XXVII, 5. Nehem. II, 2. πονηρία καρδίας, animi *aegritudo.* Ierem. XXIV, 8. τὰ σῦκα τὰ πονηρὰ, ἃ οὐ βρωθήσονται ἀπὸ πονηρίας αὐτοῦ, ficus *malae*, quae non comeduntur ob acerbitatem. Conf. *Schwartzii* Diss. de *stilo LXX Intt.* apud *Olearium* de *stilo N. T.* p. 323. Eodem sensu de fructibus arborum, qui comedi non possunt, legitur apud *Theodot.* Ierem. XXIX, 17. ubi *Vulgatus* habet: *eo quod pessimae sint.* - רָעָה foem. Iud. XI, 27. σὺ ποιεῖς μετ' ἐμοῦ πονηρίαν. *Vulg. contra me male agis.* Iud. XV, 3. ποιῶ ἐγὼ μετ' αὐτῶν πονηρίαν, ego *male*, *acerbe* illos *tractabo.* Nehem. I, 3. ἐν πονηρίᾳ μεγάλῃ καὶ ὀνειδισμῷ, in *miseria* magna et opprobrio. Cohel. VI, 1. ἔστι πονηρία, est *malum.* Vide et Cohel. XI, 11. - תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Prov. XXVI, 25. Praeterea legitur Hagg. II, 15. ubi πονηριῶν (cui nihil in textu hebr. respondet), quod *Ald.* et *Compl.* exhibent, est glossema voci πόνων appositum.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ, *malus*, *malignus*, *invidus*, it. *male se habens*, *tristis*, *aerumnosus*, *calamitosus*, *molestus.* *אֱלֹהִים. 1 Sam. XVI, 23. πνεῦμα πονηρόν. Recte quoad sensum. Nam רוּחַ אֱלֹהִים, *spiritus a Deo immissus*, est h. l. spiritus malus, quod ideo explicationis aut melioris intellegentiae causa a LXX additur. *Vulg. spiritus Domini malus.* - בְּאִישְׁתָּא chald. foem. *pessima.* Esdr. IV, 12. - דִּבָּה רָעָה, *fama mala.* Num. XIV, 37. πονηρά, sc. ῥήματα. Codex unus *Holmes.* ibi φοβερὰ e glossemate habet. Vide in χατέπω. - דַּל, *tenuis.* Gen. XLI, 19. βόες πονηραὶ καὶ αἰσχραὶ τῷ εἴδει σφόδρα, vaccae malae (h. e. *macilentae*) et turpes valde aspectu. - *חֵפֶץ, *desiderium.* Prov. III, 15. οὐκ ἀντιτάξεται αὐτῇ οὐδὲν πονηρόν, ubi πο-

νηρὸν mihi significare videtur: *multo labore partum et elaboratum*, adeoque τίμιον. *Grabius Prolegg.* c. IV. §. 8. pro πονηρὸν restituebat ποθητὸν, quod et *Iaegero* in mentem venit, qui omnino huc conferendus est. Aliam coniecturam protulit *Verschuir*, qui in *Sylloge Diss. Phil. Schultens.* et *Schroederi* p. 867. πανῆρες legere mavult, quod vocabulum rarius, non satis intellegens, literarumque similitudine deceptus, festinans librarius in πονηρὸν mutaverit. - *מַעַל. Mich. II, 9. διὰ τὰ πονηρά. Videntur legisse מַעֲלָל. - מֵרַע, *maleficus.* Ies. I, 4. IX, 17. XIV, 20. - נָכְרִיָּה foem. ex נָכְרִי, *alienigena.* Prov. VII, 5. - עָמָל, *molestia.* Hab. I, 13. ubi tamen pro πονηροὺς legere mallem πόνους, quod alii habent. - עֶצֶב, *dolor.* Prov. XV, 1. sec. *Compl.* ubi πονηρὸς est i. q. λυπηρός. - פָּרִיץ, *violentus.* Ies. XXXV, 9. πονηρὰ θηρία, *saevae bestiae.* - *קָשָׁה, *dura.* Iud. II, 19. sec. *Oxon. Via dura* aut *aspera* est ex stilo SS. *perversitas, impietas.* - רַב, *magnus.* 2 Par. XXI, 15. ἐν μαλακίᾳ πονηρᾷ, in morbo *maligno.* Ubi non רַע legerunt, quae fuit *Trommii* ac *Bielii* coniectura, sed sensum expresserunt. - רַע : רָעָה. Gen. XXVIII, 8. ὅτι πονηραὶ εἰσὶν αἱ θυγατέρες χαναὰν ἐναντίον ἰσαὰκ, h. e. quod *displicerent* filiae Chanaan Isaaco. Genes. XXXVII, 19. 32. θηρίον πονηρὸν, bestia *mala* aut *saeva.* Gen. XLVII, 9. μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι, pauci et *aerumnosi* fuerunt dies. Exod. XXXIII, 4. ἀκούσας ὁ λαὸς τὸ ῥῆμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, audiens populus verbum hocce malum, h. e. *ingratum et terribile.* Vide et Ios. XXIII, 15. Num. XI, 1. γογγύζων πονηρά. Vulgo vertunt: *impie murmurans.* Sed potest quoque verti: *de itineris labore querentes.* Deut. IV, 25. ποιήσετε τὸ πονηρὸν, sc. πρᾶγμα, facietis malum. Conf. Iob. I, 1. 8. ubi additur πρᾶγμα. Deut. XXII, 14. et 19. ὄνομα πονηρὸν, *nomen malum*, h. e. *malus rumor.* Vide et Nehem. VI, 13. Nehem. II, 2. διὰ τί τὸ πρόσωπόν σου τὸ πονηρόν; quare vultus tuus *male se habet?* h. e. cur vultu es adeo *tristi?* Iob. II, 7. ἕλκει πονηρῷ. *Vulg. ulcere pessimo. Polychronius* in *Catena PP.* p. 77. ed. *Iunii* πονήρῳ hic legendum monet. Ps. XXXVI, 20. ἐν καιρῷ πονηρῷ, in tempore *calamitoso*, vel: quo quis *mala patitur.* Vide et Cohel. IX, 12. Amos. V, 13. Mich. II, 3. et conf. Sirac. LI, 16. Ps. XL, 1. ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ, in die *calamitoso.* Vide et Ps. XLVIII, 5. XCIII, 13. Ierem. XVII, 17. *Chrysostomus* in Ps. XLIX. πονηρὰν ἡμέραν ἡ γραφὴ καλεῖ τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῶν κολάσεων, τὴν τῶν περιστάσεων. Vide quoque *Suidam* in ἡμέρα πονηρά. Ps. LXXVII, 54. δι' ἀγγέλων πονηρῶν, h. e. κακούντων, ut *Symmachus* recte transtulit. *Theodoritus* quoque eos ita dictos putat, quasi τοὺς πόνους καὶ ὀδύνας ἐνεργοῦντας. Cohel. I, 13. περισπασμὸν πονηρὸν, distractionem *molestam.* Vide et Cohel. IV, 8. V, 13. *Hesych.* πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ. Conf. *Aristoph. Plut.*

v. 352. ubi *πονηρὸν τὸ φορτίον* est *onus grave et molestum.* - רַע infin. per crasin ex רֹעַ, a רְעַע chald. *frangendo.* Prov. XI, 15. Hic legerunt רַע, *malus.* - רֹעַ, *malitia.* Deut. XXVIII, 20. Ierem. XXIII, 2. - רֵעַ, *socius, amasius.* Hos. III, 1. Hic legerunt רַע. - רָעָה, *pasco.* Hos. XII, 1. *πονηρὸν πνεῦμα*, ubi admodum incommode legerunt רָעָה foemin. a רַע. - *רֹעֶה, *pastor.* Ies. LVI, 11. *πονηροί.* Legerunt רָעִים, ut iam observavit ad h. l. *Hieronymus*, cuius verba laudavit *Montfauconius.* - *רַק, *tantum.* Ies. XXVIII, 19. Vide supra s. v. *ἐλπίς.* - רָשָׁע, *improbus.* 2 Sam. IV, 11. Ies. LIII, 9. - שֹׁעָר, *horridus.* Ierem. XXIX, 17. Legitur praeterea Iob. XXXIV, 6, ubi *τοὺς πονηροὺς* nihil habet in textu hebr. quod ei respondeat. Ies. XXX, 4. *πονηροὶ* post *ἄγγελοι* e serie orationis de suo addiderunt. Vide v. 1. et 2. Fortasse tamen continet haec vox versionem alius interpretis ad חִנָּם, pro quo חָנֵף legerit. Certe hoc apparere puto e versione *Syriaca,* in qua pro ܡܓܢܐ fortasse reponendum erit ܡܢܓܦܐ e coniectura *Michaelis.* Sirac. XIV, 5. *ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ τίνι ἀγαθὸς ἔσται;* *qui nec sese lautius excipit, sed sordide avarus durius tractat corpus suum, erga quem liberalis erit?* aut: quem molliter tractabit? nam ne quidem suis bonis fruitur. Est ergo *πονηρὸς* h. l. *sordide avarus.* Confer *Spicil.* II. p. 150. Sir. XIV, 9. et 10. *ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐν ἄρτῳ.* Sir. XXXI, 14. *μνήσθητι, ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρὸς,* memento, quod res mala sit oculus *invidus.* Vide supra s. v. *πονηρεύομαι.* Iudith. VIII, 7. *οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν ἐπ' αὐτὴν ῥῆμα πονηρὸν*, tanta eius erat pietas, ut nemo eam *calumniari* valeret: coll. v. 8. et Matth. V, 11. ubi etiam *ῥῆμα πονηρὸν calumniationem, malum rumorem* notat. Sirac. V, 17. *κατάγνωσις πονηρὰ, valde gravis* poena. Sir. XVIII, 12. *πονηρὰ*, *valde misera, dolorosa et lugubris.* Vulg. *nequam* ex usu loquendi Romanorum. Confer quoque *Bretschneideri Spicil.* p. 47. s. v. *ἄρτος.* - Vide alibi *ἐλπὶς* et *ῥῆμα.*

ΠΟΝΗΡΌΣ ΓΊΝΟΜΑΙ, *malus fio.* יֵרַע רָעָה. Nehem. II, 10.

ΠΟΝΗΡΌΣ ΕἸΜΙ', *malus sum.* הִבְאִישׁ Hiph. *foetere facio.* Gen. XXXIV, 29. *ὥστε πονηρόν με εἶναι τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν*, ubi *πονηρὸν εἶναι* est *malum et improbum videri et haberi*, vel *invisum esse.* V. anteced. - חָרָה, *exardeo ira.* Nehem. IV, 1. *πονηρὸν ἦν αὐτῷ*, admodum ipsis *displicuit.* Sequitur enim *καὶ ὠργίσθη ἐπιπολύ.* - יֵרַע. 1 Sam. VIII, 6. 2 Sam. XI, 27. - רָעָה, *parso.* Ies. LVI, 11. ubi pro רֹעִים legerunt רָעִים.

ΠΟΝΗΡῸΝ ΣΥΝΤΕΛΈΩ, *malum perficio.* הֵרַע Hiph. a רוּעַ. Gen. XLIV, 5.

ΠΟΝΗΡΌΝ ΦΑΊΝΕΤΑΙ, *malum videtur*. חָרָה, *exardeo ira*. Nehem. IV, 7. Vide s. *πονηρὸς εἰμί*. - יֵרַע. Gen. XXXVIII, 10. 1 Sam. XVIII, 8. ubi *ἄλλος* habet *ὠργίσθη*. 1 Par. XXI, 7.

**ΠΟΝΗΡΌΣ ΤΙΜΩΡΟΎΜΕΝΟΣ ΚΡΑΤΑΙΩ͂Σ*. רָעָה, *malum*. Prov. XXII, 3. Sc. רָעָה de malo poenarum opprimentium improbos intellexerunt (coll. XXI, 12.), ac deinde post רָעָה adhuc addidisse videntur רַע.

**ΠΟΝΗΡΌΤΑΤΟΣ*, *pessimus*. Dan. III, 52. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu hebr. respondet.

ΠΟΝΗΡΌΦΘΑΛΜΟΣ, *malo oculo praeditus*, h. e. *invidus*. רַע עַיִן, *malus oculo*. *Al.* Prov. XXIII, 6. *πονηροφθάλμῳ*. LXX ibi: *ἀνδρὶ βασκάνῳ*. Conf. notata in v. *πονηρεύομαι*.

ΠΟΝΙΚΌΣ, *laboriosus*, *molestus*, *dolorosus*. עֶצֶב, *dolor*. *Theod.* Prov. XV, 1. ubi, quia sermo est de sermone, *πονικὸς* est i. q. *λυπηρὸς* apud LXX.

sent. - עָשָׂה. Gen. XXXI, 28. Prov. XIII, 27. XIV, 17. - פָּנָה, *respicio*. Iob. XXXVI, 21. *Respicere ad peccatum* est *peccatum committere*, aut *eius reum fieri*, πράσσειν τὰ ἄτοπα, uti h. l. LXX transtulerunt. - פָּעַל. Iob. VII, 20. τί δυνήσομαί σοι πρᾶξαι; quid potero tibi *nocere*? h. e. *nullum ex peccatis meis detrimentum capis. Hebraeus Int.* τί ἔβλαψά σε; Conf. *Lex. N. T.* s. ποιέω. Iob. XXXV, 5. εἰ ἥμαρτες, τί πράξῃ; ubi quoque πράσσειν sequ. dativo notat *nocere alicui*, *detrimentum afferre. Vulgatus*: *quid ei nocebis?* Iob. XXXVI, 23. Prov. XXX, 20. Praeterea legitur Iob. XXXIV, 21. λέληθε δὲ αὐτὸν οὐδὲν (sc. αὐτῶν) ὧν πράσσουσι, latet vero illum nihil *illorum*, *quae agunt*. In Hebr. κατὰ τὸ ῥητὸν aliter. 1 Macc. X, 35. ubi in universum significat *violenter et duriter aliquem tractare*, *vim inferre*, a notione *exigendi*, *postulandi ab aliquo vel mulctam vel pecuniam*, de qua vid. *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* I, 18. Sic quoque עָשָׂה sumitur Cohel. IV, 1. Hist. Sus. 22 et 23. πράσσειν ter est *flagitium*, speciatim *adulterium committere*. - Vide quoque alibi ὁσίως.

ΠΡΑΤΟ'Σ, *venalis*. 2 Macc. XI, 3. iuxta al. πρατὴν δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην κατ' ἔτος ποιήσειν, summum autem sacerdotium *venale* quotannis redditurum.

ΠΡΑΫΘΥΜΟΣ, *lenis animo*, *mansuetus*, *mitis*. חַיֵּי בְשָׂרִים, *vita carnis*. Prov. XIV, 30. ubi *Iaegero* iudice librarius, aberrante oculo in v. 29. delatus, interpreti denuo obiecerat אֶרֶךְ אַפַּיִם, unde πραΰθυμος ἀνήρ. - שְׁפַל רוּחַ, *humilis spiritu*. Prov. XVI, 20.

ΠΡΑΫΝΩ, *mansuete facio*, *lenio*, *mitigo*. הִשְׁקִיט Hiph. *quiescere facio*. Ps. XCIII, 13. τοῦ πραῦναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ut *quiescere faciat* illum a diebus malis. *Hesych.* πραΰνει, κατασιγαίνει, κατακοιμίζει. - כִּלְכֵּל Pih. a כּוּל, *sustento*. Prov. XVIII, 14. θυμὸν ἀνδρὸς πραΰνει θεράπων φρόνιμος, iram *domini mitigat* servus prudens. Sic *Aelianus V. H.* XII. c. 54. ὀργιζόμενον πραῦναι.

ΠΡΑΫ'Σ, *mansuetus*, *lenis*, *mitis*, it. *afflictus*, *pauper*, *humilis*, *tenuis*. הִנְחִית Hiph. *descendere facio*. Ioel. III, 11. ἐκεῖ ὁ πραῢς ἔστω μαχητής, ubi nonnullis legisse videntur: הַנֹּחַ יִהְיֶה seu הַנֹּחָה, *Trommio* הַנְּחוּת part. Pah., *Cappello* in *Crit. S.* p. 535. הַנֹּחַ, a נוּחַ, *quietus*, *tranquillus*, *mansuetus*, ad quem locum *Scharfenbergius* eos sensum utcunque reddidisse arbitratur. - עָנָו, *afflictus*, *humilis*. Num. XII, 3. Μωϋσῆς πραῢς σφόδρα, Moses *afflictus* valde. Vide et Ps. XXIV, 10. XXXIII, 2. XXXVI, 11. LXXV, 9. CXLIV, 4. *Aqu.* Ies. XI, 4. τοῖς πραέσι τῆς γῆς, *humilibus* terrae. - עָנִי, *afflictus*, *pauper*. *Symm.* et LXX Iob. XXIV, 4. ἐκρύβησαν πραεῖς γῆς, absconditi sunt *inopes* terrae. Ies. XXVI, 6. πατήσουσιν αὐτοὺς πόδες πραέων, conculcabunt illos pedes *tenuium*. Zach. IX, 9. πραΰς, *tenuis* vel *pauper*, coll.

Matth. XXI, 5. Alii Zach. l. c. pro πραῦς habent πτωχὸς, quemadmodum vice versa pro πτωχὸν 2 Sam. XXII, 28. alii habent πραῢν. Sirac. X, 15. ἐκάθισεν πραεῖς ἀντ' αὐτῶν, sc. ἀρχόντων, sedere fecit (sc. in throno) *pauperes* vel *humiles* loco illorum. Conf. Luc. I, 52. ubi, qui hic πραεῖς, Evangelista vocat ταπεινούς. Vide et Sir. III, 19. ubi iuxta *Al.* πραέσιν opponuntur ὑψηλοὶ καὶ ἐπίδοξοι. Confer tamen monita contra hanc sententiam a *Bretschneidero Spicil.* p. 221.

ΠΡΑΫ́ΤΗΣ, *mansuetudo, lenitas, humilitas.* חִישׁ, *cito. Theod.* Ps. LXXXIX, 12. Videtur derivasse a חָשָׁה, *silere, quiescere.* - עֲנָוָה, *humilitas. Theod.* Prov. XVI, 4. *Symm.* Prov. XXII, 4. Sirac. IV, 8. ἀποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραΰτητι, ubi πραΰτης est *comitas*, *modestia*, *lenitas*, ut quoque *Syrus* interpretatus est.

ΠΡΕ΄ΜΝΟΝ, *truncus, stirps,* vel *stipes arboris.* *מַטָּעָה, *plantatio, plantarium. Inc.* Ezech. XVII, 7. πρέμνου, vel πρέμνῳ. *Vulg. de areolis germinis sui.* Inde enim procul dubio *Gloss. MS.* in *Ezech.* πρέμνῳ, βόλῳ. Aliter de hac voce *Hesychius:* πρέμνον, στέλεχος, βλαστὸς, πᾶν ῥίζωμα δένδρου τὸ γηράσκον, ἢ τὸ τῆς ἀμπέλου πρὸς τῇ γῇ πρέμνον.

ΠΡΕ΄ΠΕΙ, *decet.* דֻּמִיָּה, *silentium.* Ps. LXIV, 1. σοὶ πρέπει, *tibi debetur.* Fortasse דֻּמִיָּה prorsus omiserunt, et suppleruut hic aliquid, quod vere certe mente addendum est. - יָאָה, *pulcher, decorus sum.* Ierem. X, 7. - נָאָה, *pulcher sum, deceo, convenio.* Ps. XXXII, 1. XCII, 7. *Symm. Theod.* Prov. XXVI, 1. ἔπρεψε. - *נָאוָה. *Symm.* Prov. XVII, 7. οὐ πρέπει, h. e. secundum seriem orationis οὐχ ἁρμόσει, ut LXX reddiderunt, ubi itaque πρέπειν est *convenire*, i. q. ἁρμόζειν.

ΤΟ͂ ΠΡΕ΄ΠΟΝ, *decens, decorum.* 1 Macc. XII, 11.

ΠΡΕΠΟ΄ΝΤΩΣ, *decenter, decore, ut decet, convenienter.* 2 Macc. XV, 12. Adde *Pindar. Olymp.* γ', 16. *Aeschyl. Agam.* 697.

ΠΡΕΣΒΕΙ΄Α, *legatio.* מֵלִיץ, *interpres voluntatis alicuius*, h. l. *legatus. Al.* 2 Par. XXXII, 31. Vide et 2 Macc. IV, 11.

ΠΡΕΣΒΕΙ͂ΟΝ, *senium, senectus*, it. *praerogativa aetatis, ius, quo quis gaudet ut natu maximus:* unde apud *Homerum* Il. θ', 289. πρεσβεῖον est *praemium honorarium, quod meretur maior natu* vel *senex venerandus.* שֵׂיבָה, *canities.* Ps. LXX, 19. ἕως γήρως καὶ πρεσβείου, usque ad senectam et senium.

ΤᾺ ΠΡΕΣΒΕΙ͂Α, *gradus aetatis*, q. d. *senilia.* בְּכֹרָה, *primogenitura.* Gen. XLIII, 33. ἐκάθισαν - ὁ πρωτότοκος κατὰ τὰ πρεσβεῖα αὐτοῦ, καὶ ὁ νεώτερος κατὰ τὴν νεότητα αὐτοῦ, sedebant - primogenitus iuxta *praerogativas aetatis suae*, et iunior iuxta iuventutem suam. Sic et apud *Suidam* in v. πρεσβεῖον in

fragmento *Inc. Auctoris*: *ὁ δὲ Περίανδρος -- τὴν βασιλείαν κατὰ πρεσβεῖον λαμβάνει.* 3 Macc. VI, 1. *senectus.* Hist. Sus. v. 50. *ὅτι σοι ἔδωκεν ὁ θεὸς τὸ πρεσβεῖον.* *Vulg. honorem senectutis*, h. e. munus iudicis, ad quod olim *πρεσβύτεροι* eligebantur. Unde in *Alex. Ald.* et *Compl.* h. l. *πρεσβυτέριον* legitur, quam lectionem quoque *Syrus* expressit. *Ioseph. de B. Iud.* I, 23. p. 113. ed. *Haverc.* ubi Herodes tres filios suos reges designans adhortatur populum, ut quemque eorum colant *κατὰ πρεσβεῖον*, *pro nascendi ordine.*

ΠΡΕΣΒΕΥ'Σ, *senex.* זָקֵן. *Al.* 1 Sam. VIII, 4. *πρεσβεῖς.* Adde *Aristoph. Acharn.* 93. *Schol.*

ΠΡΕΣΒΕΥΤΗ'Σ, *legatus.* צִירִים plur. *legati. Aqu.* Ies. XVIII, 2. *πρεσβευτάς.* 2 Macc. XIII, 21. XIV, 21. 22.

ΠΡΕ'ΣΒΥΣ, *senex*, *grandis natu*, et quia ad legationes publicas obeundas plerumque eligebantur viri aetate, dignitate et prudentia, quae maxime in senioribus viget, conspicui, etiam *legatus*, it. *princeps.* חַשְׁמַן, *magnas.* Ps. LXVII, 34. *ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου*, venient *principes* ex Aegypto. Arab. حشم, *multi famulitii fuit.* Vide *Starckii Carm. David.* p. 161. Apud *Homerum* Il. *ι*, 571. et *ο*, 204. *πρέσβεις* sunt *sacerdotes summi sacrorumque antistites.* - מַלְאָךְ. Num. XXI, 21. XXII, 5. Deut. II, 26. - נַעַר, *puer.* Ies. XXXVII, 6. ubi vox hebr. de *ministris regis Assyriae* intellegenda est, qui legatorum munere fungebantur, coll. XXXVI, 12. - צוּר, *obsideo.* Ies. XXI, 2. Hic legerunt צִיר. - צִיר. Ies. LVII, 9. - *צִירִים plur. *tormina.* Ies. XIII, 8. *οἱ πρέσβεις*, quasi esset plur. ex צִיר. - *צַר, *angustus.* Ies. LXIII, 9. Hic quoque legerunt צִיר. *Hesych.* *πρέσβεις, γέροντες, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι καὶ οἱ πρεσβευταὶ, μεσῖται, ἀπόστολοι, ἢ ἕνεκα εἰρήνης πεμπόμενοι.* Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II. p. 475.

'ΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ ΠΡΕ'ΣΒΕΙΣ, *mitto legatos.* שָׁלַח, *mitto.* Hos. V, 13. ubi *πρέσβεις* de suo addiderunt. *Bahrdtio in Appar. crit.* ad h. l. p. 36. *πρέσβεις* pertinere videtur ad יָרֵב, pro quo legerint יָרִים, vel adeo יוֹרִים, quod vocabulum, etsi in codice sacro non obvium sit, tamen in usu fuisse, atque de *doctoribus*, *interpretibus*, *legatis*, aliisque eius generis personis usurpatum esse possit. Iam suspicatur, olim sic scriptum fuisse: *ἀπέστειλε πρὸς βασιλέα ἰαρεὶμ*, deinde in margine aliquem posuisse *πρέσβεις*, ut explicaret *τὸ ἰαρεὶμ*, postea vero utramque lectionem in textum irrepsisse.

ΠΡΕΣΒΥΤΕ'ΡΙΟΝ, *munus seniorum*, h. e. *provincia iudicis.* Susann. v. 50. *ὅτι σοι δέδωκεν ὁ θεὸς τὸ πρεσβυτέριον*, quoniam dedit tibi Deus *munus seniorum*, h. e. *provinciam iudicis.*

ΠΡΕΣΒΥΤΕ'ΡΑ, *natu maior foemina.* בְּכִירָה, *primogenita.* Gen. XIX, 31. XXIX, 26. - גְּדוֹלָה, *magna.* Ezech. XVI, 45. 60. XXIII, 4. - זְקֵנָה, *anus.* Zach. XVIII, 4.

ΠΡΕΣΒΥ'ΤΕΡΟΣ, *senior*, nomen aetatis et dignitatis. בְּכוֹר, *primogenitus.* Iob. I, 13. 18. - *בֵּן, *filius.* Ios. VII, 23. Exod. XXXIV, 30. sec. cod. *Vat.* ubi πρεσβύτεροι ἰσραὴλ est alius interpretis, qui formulam בְּנֵי יִשְׂרָאֵל ita explicandam esse putavit ob v. 31. ubi οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς vocantur. Confer quoque varietatem lectionis ib. v. 32. - גָּדוֹל, *magnus*, it. *maior natu.* Gen. XXVII, 1. 15. 42. XLIV, 12. 2 Par. XV, 13. - זָקֵן, *senex.* Gen. XVIII, 11. 12. XIX, 4. XXIV, 1. et alibi saepius. - יָשִׁישׁ, *decrepitus.* Iob. XXXII, 6. - רִאשׁוֹן, *prior.* 2 Par. XXII, 1. - שָׂב chald. *canus.* Esdr. V, 9. - שַׂר, *princeps.* 2 Par. XXXII, 3. ἐβουλεύσατο μετὰ τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ, deliberabat cum senioribus suis, vel illis, qui ipsi a consiliis erant. Conf. πρεσβύτης. *Hesych.* πρεσβύτερος, μείζων, φρονιμώτερος.

ΚΑΘΕΣΤΗΚΩ'Σ ΠΡΕΣΒΥ'ΤΕΡΟΣ, ac secundum alios libros πρεσβύτης, *constitutus senior*, h. e. *qui iam in ea aetate vel dignitate constitutus est.* אִישׁ שֵׂיבָה, *vir canitiei.* Deut. XXXII, 25.

ΠΡΕΣΒΥ'ΤΗΣ, *senex*, it. *consiliarius*, *legatus.* גָּדוֹל, *magnus. Symm. sec. cod. Coisl. et LXX* Gen. X, 21. πρεσβύτου, *senioris*, *maioris.* - זָקֵן. Gen. XLIII, 27. Exod. X, 9. Iud. XIX, 16. et alibi saepius. *Aqu.* Exod. III, 16. - יָשִׁישׁ, *decrepitus.* Iob. XXIX, 8. - מֵלִיץ, *interpres*, *legatus.* 2 Par. XXXII, 31. - לְעֵינַיִם, *pro oculis*, h. e. *vice oculorum*, *per quem quasi videmus.* (Conf. *Brissonium de regno Pers.* lib. I. §. 190. p. 264. ubi docet, Persarum reges ministros quosdam habuisse, qui *regum oculi* dicti sint, quod per illos quasi viderint.) Num. X, 31. ἔσῃ ἐν ἡμῖν πρεσβύτης, eris nobis senex, h. e. *a consiliis.* Conf. πρεσβύτερος et *Keuchenium* in Ioh. VIII, 9. p. 160. - צִיר, *legatus. Symm.* Ies. XVIII, 1. πρέσβυτας. Conf. 2 Macc. XI, 34. - שָׂב, *canus.* Iob. XV, 10. Praeterea legitur apud *Symm.* 2 Sam. XXI, 15. πρεσβύτης γὰρ ἦν. Cave ne credas, haec verba versionem vocis hebr. continere. Potius sunt merum scholion ad וַיָּעַף. Erat viribus exhaustus, sc. quia tunc iam aetate provectior erat. *Susann.* v. 19. πρεσβῦται sec. *Vat.* ubi reliqui libri πρεσβύτεροι habent, coll. v. 8. et 24.

**ΠΡΕΣΒΥ'ΤΙΣ*, *vetula*, *anus.* 4 Macc. XVI, 14. πρεσβῦτι, *veterana.*

ΠΡΗ'ΘΩ, *uro*, *incendo*, it. *inflo.* צָב, *inflatus*, *tumidus.* Num. V, 21. τὴν κοιλίαν σου πεπρησμένην, ventrem tuum *inflatum. Hesych.* πεπρημένος (lege πεπρησμένος), πεφυσημένος. Conf. idem in πρῆσαι, ubi pariter pro πεπρησμένους male legitur πεπρηένους. - צָבָה: הַצְבָּה, Kal et Hiph.

intumesco, tumidum facio. Num. V, 23. πρῆσαι γαστέρα, *inflare* ventrem. Num. V, 27. πρησθήσεται τὴν κοιλίαν, pro κατὰ τὴν κοιλίαν, ventre *intumescet.* In omnibus hisce locis πρήθω cum πρίθω in coll. permutatum reperitur. Conf. *Ed. Bernardum* ad *Ioseph. A. I.* III, 11, 6.

ΠΡΗΝΗ'Σ, pronus, praeceps, in faciem lapsus. Sap. IV, 19. ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους πρηνεῖς, disrumpet illos sine voce *in faciem lapsos. Vulg. inflatos.* Videtur legisse πρηθεῖς a πρήθω. Conf. 3 Macc. VI, 23. Act. I, 18. *Hesych.* πρηνὴς, ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκὼς, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὴν νεὼν πεπτωκέναι, νέον δὲ ἤδη. *Eustathius* ad *Homerum* Il. ζ', v. 42. p. 476. Ὅτι ἑρμηνεύων ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς, τίς ἐστιν ὁ πρηνὴς, λέγει· - ἐκ δίφρου (potius δίφροιο) παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα - παραδηλῶν, ὡς ὁ ἐπὶ στόμα κείμενος πρηνὴς κεῖσθαι λέγεται, ὁ δὲ ἀνάπαλιν ὕπτιος. Δοκεῖ δὲ ὁ πρηνὴς, ὃ καὶ πρανὴς διὰ τοῦ ἄλφα λέγεται, ἀπὸ τοῦ παρανέειν γίνεσθαι, ὅ ἐστιν παρανήχεσθαι. παρανέοντι γὰρ ἔοικεν ὁ πρηνής. Eodem sensu composita ἐπιπρηνὴς et καταπρηνὴς usurpantur. *Hesych.* ἐπιπρηνὴς, ἐπὶ στόμα, λοξὸς, ἐπικλινὴς ἐπ' ὄψιν. Idem: καταπρηνὲς, κατὰ πρόσωπον, ἐπὶ στόμα, κατωφερές. Plura de voce πρηνὴς vide apud *Suicerum Thes.* T. II. p. 406. et alios, quos laudat *Wolfius* ad Act. I, 18. p. 1011. 3 Macc. V, 43. πρηνὴς de *templo destructo ac diruto* dicitur.

ΠΡΙ'ΑΜΑΙ, emo, redimo. לָקַח, *accipio.* Prov. XXXI, 16. θεωρήσασα γεώργιον ἐπρίατο, videns agrum *emebat. Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐπρίατο, ἠγόραζεν. Apud *Hesychium* vulgo male legitur ἔπρατο. - שָׁבַר. Gen. XLII, 2. 3.

ΠΡΙ'ΖΩ. Vide paulo post πρίω.

ΠΡΙ'Ν, antequam, priusquam. *אֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם, *heri et nudius tertius* (formula, quae de *quovis proxime praeterito tempore* usurpatur). *Symm.* 2 Sam. V, 1. ἀλλὰ καὶ πρὶν, ubi tamen πρὶν fortasse ב praefixo in sequenti בִּהְיוֹת respondet. - *חֶטֶרֶם, *num ante. Samarit.* Exod. X, 7. ac si legisset בְּטֶרֶם. - לִפְנֵי. Ezech. XXXIII, 22. Ioel. II, 31. Malach. IV, 5. - מִקֶּדֶם, *ab antiquo.* Ies. XLVI, 10. - עַד אֲשֶׁר לֹא, *donec non. Symm.* Cohel. XII, 2. - *קֶדֶם. *Inc.* Ps. XLIII, 2. ταῖς πρίν. LXX ἀρχαίαις.

ΤΟ' ΠΡΙ'Ν, olim. 3 Macc. VI, 4.

ΠΡΙΝΗ' contr. ex πρὶν ἤ, *antequam, priusquam.* לִפְנֵי. Gen. XXIX, 26. Vide et Tob. XIV, 32. et Sir. LI, 18. *Lex. Vet.* πρινὴ, πρὶν ἄν, *antequam, priusquam, ante.* Confer *Drusium* ad Tob. l. c.

**ΠΡΙ'Ν Η'*, idem. עַד אֲשֶׁר לֹא, *donec non. Symm.* Cohel. XI, 6.

ΠΡΙ'ΝΟΣ, ilex, arbor glandifera, de qua *Theophrastus histor. plantar.* lib. III. c. 16. Susann. v. 58.

ΠΡΙΣΤΗ'Ρ, *serra*. מְגֵרָה, idem. *Aqu*. 1 Reg. VII, 9.

ΠΡΙΣΤΗΡΟΕΙΔΗ'Σ, *serrae speciem referens, serratus*. בַּעַל פִּיפִיּוֹת, *dominus acierum*, i. e. *rostra acuta habens*. Ies. XLI, 15. ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἀλοῶντας καινοὺς πριστηροειδεῖς, feci te, ut rotas currus triturantes novas, *serrae figuram habentes*. Ed. *Rom*. male ibi habet περιστηροειδεῖς, quod in *Lond*. et *Cantabr*. mutatur in περιστεροειδεῖς, *columbae speciem referentes*. In Cod. *Alex*. autem legitur πριστοειδεῖς, quod praeferendum censet *Vitringa Comm. in Ies. l. c*. p. 406. qui etiam ibi e *Thevenotio* verba Prophetae praeclare illustrat. Conf. eundem ad Ies. XXVIII, 27. p. 129. sequ. Caeterum apud *Suidam* memoratur πριστηροειδὴς αἰχμή.

ΠΡΙΣΤΟΕΙΔΗ'Σ, *serrae figuram referens*. Vide in praecedente voce.

ΠΡΙ'Ω et *ΠΡΙ'ΖΩ*, *serra seco*, *disseco*, it. *frendeo*. דּוּשׁ, *trituro*. Num. V, 21. sec. *Compl*. ib. v. 22. Amos. I, 3. ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ, dissecarunt serris ferreis infantes in utero, aut potius *gravidas*, quia sequitur ἐχούσας. Susann. v. 60. τὴν ῥομφαίαν ἔχων, πρίσαι σε μέσον, gladium habens, ut medium te *dissecet*. Conf. διαπρίω supra. – חָרַק, *frendeo*. *Symm*. Psalm. XXXIV, 16. ἔπριον. *Drusius* suspicatur, legendum esse ἐπηγρίουν, *exasperarunt*, ut legitur in *Catena PP. GG*. Tom. I. p. 629. Sed *ed. Rom. Agellius* et *Colbertinus* unus ἔπριον habent. Recte itaque non videt *Montfauconius* (in *Lex. hebr. s. h. v*.), cur lectio tot asserta testimoniis mutanda sit.

ΠΡΙ'ΩΝ, *serra*, item *locus, ubi iuga sunt vertebrosa, serrae speciem referentia*. חֲרִיצוֹת plur. foem. *tribulae*. Amos. I, 3. – מְגֵרָה. 2 Sam. XII, 31. ἔθηκεν ἐν τῷ πρίονι, *subiecit serrae* s. *serravit*, ut *Vulgatus* transtulit. 1 Par. XX, 3. *Symm*. 1 Reg. VII, 9. – מַשּׂוֹר. Ies. X, 15. Iudith. III, 11. ἀπέναντι τοῦ πρίονος μεγάλου τῆς Ἰουδαίας, ante serram magnam Iudaeae. Locus hic suspectus est. Num loco πρίονος legendum est πρεόνος aut πρηόνος, a πρηὼν s. πρεὼν, contr. πρὼν, *iugum, collis eminens* (Vide *Salmasii Exerc. Plin*. p. 568.), *vertex montis*, ὄρους ἐξοχὴ, teste *Suida* ad vocem πρῶνες, coll. *Oppian. Cyneget*. III, 315.? Sed hoc non verosimile est. Quis enim ille Iudaeae, longe hic sitae, mons esset ita dictus? Num forte legendum est πεδίου μεγάλου τῆς Ἰουδαίας? ut intellegatur campus ille praegrandis, quem Iordanes medium secat. At hoc quoque non placet, quia id μέγα πεδίον, quod Iordanes secat, videtur αὐλὼν ab eo vocari cap. IV, 5. Et librarii non solent nomina notiora in ignotiora mutare, uti πεδίου in πρίονος. Num forsitan locus ita dictus est, quod iuxta se positis montibus dentes serrae repraesentaret, et per eum aditus pateret in Iudaeam? Huc facit, quod cap. IV, 5. legitur, obstat tamen, quod minus

apte dicatur *τῆς Ἰουδαίας πρίων*. In Iudaea enim non erat, nec Iudaeae serra dici potest, quod per eam aditus fit. Sed in mentem venit, quod fortasse magis placebit. Liber hic Iudithae aut codicis hebraei versio est, aut certe ex scriptis hebraicis concinnatus. Id et stilus et alia suadent. Scriptum itaque fuerit in hebraeo codice לפני המישור הגדול et vel exciderit Iod, vel lectum non sit a scriptore Graeco, sic ut remanserit הַמַּשׂוֹר, quod *serram* notat. Vide Ies. X, 15. ubi id per *πρίων* Graeci reddiderunt. Conf. *Relandi Palaestinam* p. 742. sequ. Secundum *Baduellum* *πρίων* h. l. ponitur pro *faucibus angustiisque loci*, *qui instar dentium serrae strictus est.*

ΠΡΟ', *ante, antequam.* ב praefixum. Ezech. XXXVIII, 17. *πρὸ ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν*, diebus praecedentibus. - בְּאֵין, *cum non.* Prov. VIII, 24. - בְּטֶרֶם, *priusquam.* Prov. VIII, 25. - לְנֶגֶד, *coram.* Iob. IV, 16. Ps. C, 4. - *מִ. Exod. XXXIV, 24. Prov. VIII, 23. - נֹכַח. Ierem. XVII, 16. Ezech. XIV, 3. 4. 7. - לִפְנֵי, *in facie.* Gen. XIII, 10. XXVII, 7. Amos. I, 1. *πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ*, *duos annos ante terrae motum.* Ita Ioh. XII, 1. *πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα*, *sex dies ante Pascha.* Inversus ordo Graecis non insolitus. *Schol. Thucyd.* II, 34. qui *πρότριτα* ita explicat: *πρὸ τρίτης ἡμέρας τῆς ἐκκομιδῆς.* Simile est Romanorum: *ante diem quintum Kalendas Iulias.* Ps. LXXI, 5. ubi *πρὸ τῆς σελήνης* reddendum *cum luna*, ut *Ovidius* loquitur *Amorr.* I, 15, 5. h. e. dum fuerit luna. Vide supra s. *ἔμπροσθεν*. - *פֶּן, *ne forte.* Gen. XII, 4. ubi tamen *Philoponus* p. 337. e. *πρὶν* habet. - מִקַּדְמֵי plur. constr. ex קֶדֶם, *a primordiis.* Prov. VIII, 23. - קַדְמַת plur. ex קַדְמָה, *antequam.* Ps. CXXVIII, 5. In notione *prae, super*, de *dignitate* et *honore* legitur 3 Macc. II, 21. Deus est *πρὸ πάντων ἅγιος ἐν ἁγίοις*. - Vide alibi *αἰὼν*, *ἡμέρα*, et *ὥρα*.

ΠΡΟΑΓΟΡΑ'Ω, *pro aliquo loquor, causam dico.* 2 Macc. IV, 48. *οἱ ὑπὲρ πόλεως καὶ δήμων καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν προαγορήσαντες.* *Latinus* vertit: *qui pro civitate et populo et sacris vasis causam prosequuti sunt.* Alii ibi habent *προαγορεύσαντες*.

ΠΡΟΑΓΟΡΕ'Ω, idem. Vide s. *προαγοράω*, ac *Sturzii Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΠΡΟΑΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *ante alium certo aut pugno.* 4 Macc. XVII, 13. *primus pugil* Eleasarus.

ΠΡΟΑΓΩΝΙΣΤΗ'Σ, *propugnator, defensor.* 1 Macc. IX, 11. sec. ed. *Compl.* Vide infra s. *πρωταγωνιστής*. *Προαγωνιστέον* legitur apud *Platon. de Legg.* II, 796. D.

ΠΡΟΑ'ΓΩ, *produco, proveho, induco, incito*, it. *praefero, maioris aestimo*, it. *praecedo.* *הָלַךְ, *eo.* *Theodot.* Iob. XXXIV, 25. *τοῦ προαχθῆναι*, pro לַהֲלֹךְ, *ad eundum.* - *הִקְרִיב Hiph. a קָרַב, *appropinquare facio.* Exod. XIV, 10. *προῆγε* sec. *Oxon.* et *Compl.* Sine dubio autem ibi legendum est *προσ-*

ῆγε, ut habet cod. *Vat.* - לְפָנֶיךָ, *coram te.* Exod. XXIII, 20. προάγοντά σε. *Vulg. qui praecedat te.* Conf. Matth. II, 9. - *סוּר, *recedo.* Exod. III, 4. sec. *Compl.* Reliqui libri habent προσάγει. Caeterum προάγειν ibi *procedere*, *progredi* notat. Prov. VI, 8. τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη, sapientiam colens *pluris aestimata est*, aut: ob sapientiae cultum *magni aestimari solet.* In textu hebr. nihil pro his legitur. *Hesych.* προήχθη, προετιμήθη, προετράπη. Iudith. X, 19. λαμπάδες ἀργυραῖ προάγουσαι αὐτῷ, lampades argenteae *praeferebantur* ei. Sap. XIX, 12. ἐπιθυμίᾳ προαχθέντες, concupiscentia *incitati.* Prol. Sir. προήχθη, *aggressus est. Vulg. voluit.* Sir. XX, 27. ὁ σοφὸς ἐν λόγοις προάξει ἑαυτὸν, sapiens verbis *provehet se ipsum*, nempe *ad maiores honores et dignitates.* Conf. sequ. *Vulg. producet.* Sic *Plutarcho* etiam in Numa προάγειν esse *ad honores provehere* observat *Grotius* ad h. l. 1 Macc. X, 77. προάγειν de exercitu est *progredi*, *procedere.* Eodem modo apud *Polybium* II, 65, 1. III, 17, 1. 2 Macc. V, 18. οὗτος προαχθεὶς παραχρῆμα μαστιγωθεὶς ἀνετράπη τοῦ θράσους, hic *productus* et statim flagellatus ab audacia repulsus est. Conf. quae ex *Polybio* et *Arriano* notat *Raphelius* ad Act. XII, 6. p. 552. 2 Macc. X, 1. τοῦ κυρίου προάγοντος αὐτοὺς, domino *ducente* vel *impellente* illos. *Hesych.* προάγομεν, προφέρομεν, προτρέπομεν.

ΠΡΟΑΔΙΚΕ'Ω, *ante laedo, iniuria afficio, lacesso.* Sap. XVIII, 2.

ΠΡΟΑΙ'ΡΕΣΙΣ, ***electio*, *propositum*, *institutum*, *studium*, *voluntas*, *consilium*.** הִתְנַדֵּב **infin. Hithp.** ***sponte se offerendo.*** ***Theod.*** **et LXX Iud. V, 2. ἐν προαιρέσει λαοῦ, *electione* populi. - רְעוּת, *afflictio. Inc.* et LXX Cohel. I, 14. πάντα ματαιότης καὶ προαίρεσις πνεύματος, omnia vanitas et *electio* spiritus. Ubi *Hieronymus*: *LXX autem non Ebraeum sermonem expresserunt, sed Syrum, dicentes* προαίρεσιν. Quo nihil verius esse putat *Drusius* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 1053. cum רְעוּ, *voluit*, *Syrum* sit, non *Ebraeum.* רְעָה in lingua chald. notat *acquiescere in aliqua re*, *delectari*, ut hebr. רָצָה. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* καὶ προαίρεσις πνεύματος, ὁρμή τις ἀλόγιστος. Adde Cohel. II, 11. 17. 26. IV, 4. 6. VI, 9. - רַעְיוֹן. idem. *Inc.* et LXX Cohel. I, 17. II, 22. IV, 16. - תַּרְמִית, *dolus.* Ierem. VIII, 5. κατεκρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν, confirmati sunt in *proposito* suo. Ierem. XIV, 14. προαιρέσεις καρδίας αὐτῶν προφητεύουσιν, *consilia proposita* cordis sui prophetant. In utroque loco libere vertisse mihi videntur. *Cappellus* vero statuit, eos legisse תַּדְמִית per Daleth, a דָּמָה, *imaginari*, *cogitare.* *Michaelis* ad h. l. putat, LXX retulisse ad Syr. ܫܘܬܣܐ, *fundamentum*, ab ܫܬܣ, *fundamenta* iecit. 2 Macc. IX, 27. παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαιρέσει, obse-**

quentem meae *voluntati*. Vide et 2 Macc. XI, 26. *Hesych.* *προαίρεσις, ἐπιλογὴ καλοῦ ἢ ἀγαθοῦ*. *Suidas*: *Προαίρεσις ἐστὶν ὄρεξις βουλευτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἢ βούλευσις ὀρεκτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν. Τοῦ γὰρ προκριθέντος ἐκ τῆς βουλεύσεως ἐφιέμενος προαιρεῖται. Βουλὴ δὲ ἔστιν ὄρεξις ζητητικὴ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν γινομένη. Βουλεύεται γάρ τις, εἰ ὤφειλε μετελθεῖν τὸ πρᾶγμα, ἢ οὔ· εἶτα κρίνει τὸ κρεῖττον καὶ γίνεται κρίσις· εἶτα διατίθεται καὶ ἀγαπᾷ τὸ ἐκ τῆς βουλῆς κριθέν, καὶ γίνεται γνώμη. Ἐὰν δὲ κρίνῃ καὶ μὴ διατεθῇ πρὸς τὸ κριθέν, ἢ ἀγαπήσῃ αὐτό, οὐ λέγεται γνώμη. Εἶτα μετὰ τὴν διάθεσιν γίνεται προαίρεσις, ἤγουν ἐπιλογή. Προαίρεσις γάρ ἐστι, δύο προκειμένων, τὸ ἐκλέγεσθαι καὶ αἱρεῖσθαι τοῦτο πρὸ τοῦ ἑτέρου. Καὶ τοῦτο φανερόν, ὅτι βουλή ἐστι μετ' ἐπικρίσεως ἡ προαίρεσις, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐτυμολογίας. Προαιρετὸν γάρ ἐστι τὸ ἕτερον πρὸ τοῦ ἑτέρου αἱρετόν. Οὐδεὶς δὲ προκρίνει τι, μὴ βουλευσάμενος, οὐδὲ προαιρεῖται, μὴ προκρίνας.*

ΠΡΟΑΙΡΕ'Ω, *praeopto*, *eligo*, it. *profero*. בָּחַר, idem. *Symm.* 1 Sam. XX, 30. *προαιρεῖ*. Iudith. XIII, 17. *προελοῦσα τὴν κεφαλὴν ἐκ τῆς πήρας*, *proferens* caput ex sacculo.

ΠΡΟΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, *praeopto*, *eligo*, *propositum mihi est*, *constituo*. בָּחַר, *eligo*. Deut. X, 15. *τοὺς πατέρας ὑμῶν προείλετο κύριος*, patres vestros *elegit* Dominus. Vide et Deut. VII, 6. ubi legitur *σὲ προείλετο κύριος εἶναι αὐτῷ λαόν*, *voluit*, ut tu esses populus suus. *Hesych.* *προείλατο, ἐπελέξατο, ἠθέλησεν. Προείλετο, οὐ προείλατο*. Posteriora verba procul dubio a manu correctoris profecta sunt, qui ea in margine apposuit ad indicandum, quod pro *προείλατο* in prioribus legendum sit *προείλετο*. Adeoque, deletis illis, apud *Hesychium* ita legendum: *προείλετο, ἐπελέξατο, ἠθέλησεν*. Prov. I, 29. *τὸν δὲ φόβον κυρίου οὐ προείλοντο*, timorem autem Domini non *praeoptarunt*. *Lex. Cyrill. MS. Brem.* *οὐ προείλοντο, οὐκ ἠθέλησαν*. *Suidas*: *προείλοντο, ἠθέλησαν, προέκριναν*. Adde *Inc.* Deut. XIV, 2. *Symm.* Iob. XXIX, 25. *Vulgatus* bene: *si voluissem ire adeo*. – חָשַׁק, *amore propendeo*. Gen. XXXIV, 8. *προείλετο τῇ ψυχῇ τὴν θυγατέρα ὑμῶν*, *elegit* anima filiam vestram. – מָאַס, *reprobo*. Ies. VII, 15. *ἢ προελέσθαι πονηρά*. Duplici mendo mihi haec versio laborare videtur. Nempe transponendum est disiunctivum *ἤ*, et legendum *προελέσθαι πονηρὰ ἢ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν*. Pro *προελέσθαι* fortasse legendum est *προέσθαι* (*Προίεμαι* est *missum facio*, *abiicio*.), nisi fortasse legerint מאוה, *praeconcupiscere*, ut monuit *Altingius*. *Gloss.* *προΐημι*, *omitto*, *praetereo*, *praetermitto*. Sap. VII, 11. *προειλόμην αὐτὴν ἀντὶ φωτὸς ἔχειν*, elegi illam pro luce habere. *Lex. Cyrill. MS. Brem.* *προειλόμην, προσέκρινα* (lege ex *Hesychio* *προέκρινα*), *ἐπελεξάμην*. Sap. IX, 7. *σύ με προείλω βασιλέα λαοῦ σου*, tu me *elegisti* in regem populi tui.

ΟΥ' ΠΡΟΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, *non eligo, nolo.* מֵאֵן Pih. *renuo.* Prov. XXI, 25. οὐ γὰρ προαιροῦνται αἱ χεῖρες αὐτοῦ ποιεῖν τι, *nolunt* enim manus eius aliquid facere. Conf. 2 Macc. VI, 9.

ΠΡΟΑΛΗ'Σ (aut, ut apud *Clementem Alex.* fortasse rectius scribitur, προαλλὴς, a προάλλομαι.), propr. *declivis*, metaph. *praeceps*, *audax*, *protervus*, *petulans*, *improbus*. Sir. XXX, 8. ubi vid. *Drusius*. *Hesych.* προαλὴς, προπετὴς, πρόχειρος.

ΠΡΟΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, *ante* vel *prius ascendo.* *עָלָה. *Inc.* Ios. XV, 3. Videtur legendum προσαναβαίνει. Iudith. IV, 5.

ΠΡΟΑΝΑΜΕ'ΛΠΩ, *praecino*, *praecanto*, *ante decanto.* Sap. XVIII, 9.

ΠΡΟΑΝΑΤΑ'ΤΤΩ, *praeordino*, *praefero:* προανατάττομαι, *propono.* הֶעֱלָה Hiph. *elevo.* Ps. CXXXVI, 8. προανατάξωμαι. *Vulg.* *praeposuero*, h. e. *quibuscunque cantibus praevertero. Chrysost.* προανακρούσομαι.

ΠΡΟΑΝΑΤΕ'ΛΛΩ, *ante orior.* טַרְפֵּי צִמְחָהּ, *folia germinis.* Ezech. XVII, 9. τὰ προανατέλλοντα. *Gloss. MS.* in *Ezech.* τὰ προανατέλλοντα, τὰ προβλαστήσαντα. *Tim. Locr. de anima mundi* apud *Platon.* III, 96. E.

ΠΡΟΑΠΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *praenuntio*, *prius annuntio.* הִזְהִיר Hiph. *praemoneo.* Ezech. XXXIII, 9. *Dio Cass. Hist.* p. 160, 21. *Reim.*

*ΠΡΟΑΠΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *antea indico* s. *mentionem facio.* Vox haec omissa in *Bielii* aeque ac *Stephani Thesauro* legitur 3 Macc. II, 25. διὰ δὲ τῶν προαποδεδειγμένων συμποτῶν καὶ ἑταίρων, per compotores et sodales, *quorum in antecedentibus mentionem fecimus.* Legitur quoque apud *Dion. Cass.* p. 480, 55. *Reim.* et *Eurip. Hippolyt.* v. 5. *Schol.*

*ΠΡΟΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ, *praemorior*, *ante morior.* 4 Macc. XIII, 17. *Suidas:* προαποθνήσκω, γενικῇ.

ΠΡΟΑΠΟΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *prius accipio.* הַבְרִיא Hiph. *sagino. Inc.* 1 Sam. II, 29. προαπολαβεῖν. Sed quilibet videt, hanc vocem cum voce hebraica nullo modo conciliari posse, quae potius inserta est ab interprete, ut eo facilius nexus vocis הַבְרִיא cum verbis sequentibus מֵרֵאשִׁית וגו intellegeretur.

*ΠΡΟΑΣΠΙ'ΖΩ, *clypeo obtecto protego*, *propugno.* 4 Macc. VI, 21. IX, 15. XIV, 15. ubi de volucribus usurpatur.

ΠΡΟΑ'ΣΤΕΙΟΝ (scribitur quoque προάστιον, *Soph. Electr.* v. 1556.) *suburbium*, *suburbanum.* מִגְרָשׁ, idem. Num. XXXV, 2. 7. *Symm.* et LXX sec. *Compl.* Ios. XIV, 4. Adde *Inc.* Ezech. XLVIII, 15. ubi vid. *Montf.* ac *Symm.* Ios. XXI, 15. sec. marg. cod. 108. *Holmes.* – שְׁדֵמוֹת plur. *arva. Aqu.* Ierem. XXXI, 40. προάστεια. Conf. notata supra in Ἀσαρημώθ, ac *Bonfrerium* ad *Eusebii Onom.* s. v. Ἀσαδημώθ. *Hesych.* Προαστίων (lege Προάστιον) καὶ προάστειον, πρὸ τῆς πόλεως.

ΠΡΟΒΑΙ'ΝΩ, *progredior*, *procedo*, *provehor*, *proficio*, *cresco*. בּוֹא, *venio*. Gen. XVIII, 11. προβεβηκότες ἡμερῶν, pro ἐφ' ἡμερῶν, *provecti aetate*. Vide et Gen. XXIV, 1. Ios. XIII, 1. Ios. XXIII, 1. προβεβηκὼς ταῖς ἡμέραις (pro ἐν ταῖς ἡ. coll. Luc. I, 7. 18. II, 36. ubi ἐν additur, et *Vorstii Philol. s. cap.* 3.), *provectus* aetate. Vide et v. 2. et 1 Reg. I, 1. *Suidas*: προβεβηκόσι, παλαιοτέροις. – הָלַךְ, *eo*. Exod. XIX, 19. ἐγένοντο δὲ αἱ φωναὶ τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι, erant autem crescentes, h. e. *crescebant* voces tubae s. sonus tubae *continuo et vehementer audiebatur*. – יָלַךְ הָלוֹךְ, *eo eundo*. Gen. XXVI, 13. προβαίνων μείζων ἐγένετο, *crescens maior fiebat*, h. e. *magis magisque crescebat*. – יָרַד, *descendo*. *Al.* Iud. XIX, 11. ἡ ἡμέρα προβεβήκει σφόδρα, dies *processerat* valde, vel valde *inclinaverat*. Ita *Polybius* p. 312. ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης, die iam *inclinante*. Conf. *Raphelii annotatt. Polyb.* ad Rom. XIII, 12. p. 444. Sic de stellis ad occasum vergentibus legitur προβαίνειν apud *Homer. Il.* κ. 252. – Iob. II, 9. χρόνου πολλοῦ προβεβηκότος, multo tempore *exacto*, ubi nihil respondet in textu hebr. Apud *Inc.* Hab. III, 8. ὁ προέβης e margine venit, ubi cum signo annuli ad ἀνέβης tanquam varia lectio notatum fuit. Iudith. XVI, 21. προβαίνουσα ἦν (sc. ἐν ταῖς ἡμέραις s. ἐν χρόνῳ) μεγάλη σφόδρα, admodum aetate provecta erat. Sic προβεβηκὼς apud *Lucian. Nigr.* T. I. p. 64. ed. *Reitz.* est *senex*. 3 Esdr. II, 29. προβαίνειν ἐπὶ πλεῖον, *ulterius progredi*, chald. שְׂגָא, *augeor*. Conf. *Ioseph. A. I.* XI, 3. p. 550. *Haverc.*, qui ita expressit: μὴ ἐπὶ πλέον αὐξηθῇ τὸ τῆς κακίας αὐτῶν. 2 Macc. IV, 3. τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης, cum autem inimicitia in tantum *procederet*. 2 Macc. VI, 18. προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, pro κατὰ τ. ἡ., provectus aetate. Vide et 2 Macc. IV, 40. 2 Macc. VIII, 8. πυκνότερον δὲ ἐν ταῖς εὐημερίαις προβαίνοντα, crebrius autem illum in rebus prosperis procedentem, vel, ut *Latinus* vertit: *frequentius res ei cedere prospere*.

ΠΡΟΒΑ'ΛΛΩ, *proiicio*, *emitto*, et med. προβάλλομαι, *profero*, *propono*. הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *iaculor*, it. *emitto*. Prov. XXVI, 18. οἱ πειρώμενοι προβάλλουσι λόγους εἰς ἀνθρώπους, tentantes emittunt sermones in homines. – חוּד, *aenigma profero*. Iud. XIV, 12. προβαλῶ δὲ ὑμῖν τὸ πρόβλημά μου, vel, ut alii rectius: πρόβλημα ὑμῖν προβάλλομαι, quaestionem solvendam vobis *propono*. Vide et v. 13. et Iud. XIV, 16. – *חָנַט, *condio*. *Aqu.* Cant. II, 13. προέβαλεν, *protulit*, *produxit*. Nam προβάλλειν dicitur quandoque de arboribus et aliis fruticibus fructus proferentibus et producentibus. Non autem legit הִטָּה a נָטָה, *extendere*, ut aliquando opinatus sum, sed arab. حنط notat *maturescere*, unde חִטָּה est *frumentum*, quatenus ad maturitatem pervenit. LXX h. l. habent

ἐξήνεγκε. - מָרַק, *expolio.* Ierem. XLVI, 4. προβάλλετε τὰ δόρατα, *emittite* lanceas. - שָׁלַח, *mitto.* Prov. XXII, 21. τοῦ ἀποκρίνεσθαί σε λόγους ἀληθείας τοῖς προβαλλομένοις σοι (tunc subintellegendum est πρόβλημα. Sed cod. *Alex.* habet σε, et tunc προβάλλεσθαι *emittere* notat.), ut respondere possis verba veritatis illis, *qui quaestiones, ingenium tuum periclitaturi, tibi solvendas proponunt*, aut: *causas arduas et dubias iudicio dirimendas ad te afferunt. Hesych.* προβαλλομένοις, ἐρωτῶσιν. Sed, ut recte monuit *Iaegerus* ad h. l., προβαλλομένοις cum casu quarto σε, qui est in cod. Alex., verbum שָׁלַח simpliciter refert, si sumere licet, προβάλλ. idem esse quod ἐκβάλλειν Matth. IX, 38. - 2 Macc. VII, 10. τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς ταχέως προέβαλε, linguam postulatus statim *emittebat.* 2 Macc. XIV, 46. προβαλὼν τὰ ἔντερα, *emittens* intestina.

*ΠΡΟΒΑΣΑΝΙ'ΖΩ, *ante torqueo, vexo, crucio.* 4 Macc. VIII, 4. τῷ προβασανισθέντι, *modo cruciato.* Ib. X, 16.

ΠΡΟ'ΒΑΣΙΣ, *progressus.* 2 Macc. IV, 13. πρόβασις ἀλλοφυλισμοῦ. Ita *Bielius.* Sed in omnibus codd. et libris editis legitur ibi πρόσβασις, h. e. *Hellenismi studium.* Reperitur vero substantivum πρόβασις apud *Eustathium* Il. λ'. p. 828, 6. et *Strabonem* VII. p. 449. A. (Debetur vox πρόβασις merae coniecturae *Bielii*, cuius socium habuit *Ernestium*, qui ed. *Bos.* adscripsit: an πρόβασις? Atque huic coniecturae praeter orationis nexum favere videtur *Vulg. profectum gentilis et alienigenae conversationis. K.*)

ΠΡΟΒΑΣΚΑ'ΝΙΟΝ, proprie *quod est pro fascino,* seu *quod avertendo fascino inservit,* it. *terriculamentum in hortis ad abigendas volucres erectum.* Ep. Ierem. v. 59. ὥσπερ ἐν σικυηλάτῳ προβασκάνιον. Conf. προςβασκάνιον infra. Ubi *Scholion:* προβασκάνια καὶ κεράμβηλα Ἕλληνων οἱ λόγιοι καλοῦσιν, ἅτινα ἱστῶσιν οἱ ἀγροφύλακες πρὸς φόβον ὀρνέων, ἢ καὶ ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ καὶ μορμολύκεια καλοῦνται. Vide Celeb. *Lobeckium* ad *Phrynichi eclogas* p. 86.

ΠΡΟΒΑΤΙΚΟ'Σ, *ovilis.* צֹאן, *ovis.* Nehem. III, 1. ᾠκοδόμησαν τὴν πύλην τὴν προβατικὴν, aedificabant portam *ovilem.* Vide et Nehem. III, 32. XII, 38. et conf. Ioh. V, 2. ubi ἐπὶ τῇ προβατικῇ, sc. πύλῃ, ad portam ovilem. *Cod. Coislin.* CXCV. XX. προβατικὴ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἐκεῖ συνήγετο τὰ πρόβατα τὰ μέλλοντα σφάζεσθαι εἰς τὴν ἑορτὴν, καὶ τὰ ἔγκατα αὐτῶν ἐπλύνοντο. Vide *Alberti Append. Gloss. Gr. in N. T.* p. 209.

ΠΡΟ'ΒΑΤΟΝ, *ovis, pecus.* *יָצָא, *exeo.* Ierem. X, 19. Hic legerunt וְצֹאנִי. - כֶּבֶשׂ, *agnus.* Levit. IV, 32. XXIII, 12. Num. XV, 11. - כַּבְשָׂה, *agna.* Levit. XIV, 10. - כֶּשֶׂב, idem cum כֶּבֶשׂ, *agnus.* Levit. IV, 35. VII, 13. XVII, 3. et alibi. - *מְרִיא, *saginatus. Symm.* 2 Sam. VI, 13. Ita interpretatus est, ut certam saginati pecoris speciem indicaret. - צֹאן, *pecus.* Gen. IV, 2. 4. XII, 16. et alibi saepius. - צֹנֶה per me-

tathesin ex צֹאן. Ps. VIII, 7. - רָחֵל, *ovis*. Gen. XXXI, 38. XXXII, 14. - שֶׂה, *pecus*. Gen. XXII, 7. 8. Deut. XVII, 1. et alibi. - Vide alibi *ἀρνίον*.

ΠΡΟΒΙΒΑ'ΖΩ, proprie *facio prodire*, *produco*, *profero*, it. *doceo*, *instruo*, *inculco*. *דָּדָה in l. chald. et rabb. *lente incedo*, *manu duco aliquem*, *dux sum*. *Aqu*. Ps. XLI, 5. *προβιβάζων αὐτοὺς*, *praecedens* eos: ubi *προβιβάζειν* est *lenta ac festiva processione ducere in templum*, sc. vota nuncupandi causa. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo*. *Al*. Exod. XXV, 31. *προβιβάσαι*. - שִׁנֵּן Pih. *exacuo*. Deut. VI, 7. *προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς σου*, *inculcabis* illa filiis tuis. *Suidas*: *προβιβάζεις*, *παραινεῖς*, *πείθεις*. *Hesych*. *προβιβάσεις*, *πράξεις*. Legendum videtur *προάξεις*. Sic apud eundem Grammaticum *προβιβάσαντα* exponitur *προάξαντα*. et *προβιβασθεὶς*, *προαχθεὶς*, ac apud *Suidam* *προβιβάσαντες*, *προάξαντες*.

ΠΡΟΒΛΕ'ΠΩ, *praevideo*. מֵרְאֵה mascul. *Symm*. Cohel. VI, 9. *προβλέπειν*. - רָאָה, *video*. Psalm. XXXVI, 13.

ΠΡΟ'ΒΛΗΜΑ, *quod explicandum proponitur*, *problema*, *obscurior quaestio*, *quae ad solvendum proponitur*, *aenigma*. חִידָה, *aenigma*. Iud. XIV, 13. *προβαλοῦ τὸ πρόβλημά σου*, propone *quaestionem* tuam. Vide et v. 14. 15. 16. 18. *Πρόβλημα* hic idem est, quod Graecis alias *γρῖφος*. *Athenaeus* lib. X. p. 221. *γρίφος*, *πρόβλημά ἐστι παιστικὸν*, *προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν*, *τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον*. *Schol*. *Aristoph*. *in Vesp*. v. 20. *γρῖφοι δὲ λέγονται τὰ ἐν τοῖς συμποσίοις προβαλλόμενα αἰνιγματώδη ζητήματα πρὸς λύσιν*. Conf. quae ex *Eustathio*, *Hesychio*, *Phavorino*, *Polluce* de illis affert *Bonfrerius* in *Iud*. l. c. p. 385. Vide et *Bochartum Hieroz*. P. II. lib. IV. c. 12. p. 522. sequ. aliosque laudatos *Zornio* de *antiquo aenigmatum usu in coenis nupt*. p. 14. sequ. Psalm. LXXVIII, 2. Ad quem locum respiciens *Suidas*: *Πρόβλημα*, *θεώρημα συντεῖνον πρὸς θεωρίαν καὶ γνῶσιν*. *φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς*. Vide et Ps. XLVIII, 4. Dan. VIII, 23. - מְלִיצָה, *interpretatio*. Hab. II, 6. ubi tamen rectius fortasse statuitur esse transpositionem factam, ita ut *πρόβλημα* ad חִידוֹת, *διήγησις* autem ad מְלִיצָה pertineat. Idem fortasse valet de *Symmacho* Prov. I, 6.

**ΠΡΟΒΛΗ'Σ*, *proiectus*, *prominens*. Epitheton promontorii, saxi obiecti fluctibus. 4 Macc. XIII, 6. *προβλῆτες λιμένων πύργοι*, prominentes portuum turres. *Suidas*: *Προβλῆτας*, *ἔξω προβεβλημένας ὑπὲρ ἀσφαλείας κ. τ. λ.* Idem tradit quoque *Photius* in Lexico suo. Adde *Homerum Il*. *β'*, 396. et *π'*, 407.

ΠΡΟΒΛΗΤΟ'Σ, *proiectus*. מְרֻקָּע *part*. *Pyh*. *extensus*, *diductus*. Ierem. X, 9. ubi tamen alii pro *προβλητὸν* rectius habere videntur *προσβλητόν*. Vide infra in *προσβλητός*. *Προβλητὸς* reperitur quoque apud *Sophocl*. *Aiac*. v. 845.

*ΠΡΟ'ΒΟΛΟΣ, *scopulus eminens, qui aestum maris frangit* (*Photius Lex.* πρόβολοι, αἱ εἰς θάλασσαν προκείμεναι πέτραι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*), it. *protector, defensor.* מֻרְאָה, *ingluvies.* Levit. I, 16. sec. ed. *Ald.* (*Photius:* πρόβολος, τὸ τῶν σιτίων δοχεῖον. Ita quoque *Hesychius.*) Reliqui libri habent πρόλοβος, quod vide infra. Confer quoque *Suidam* s. v. πρόβολον, ac Iutt. *Hesychii* s. v. πρόβολος.

ΠΡΟΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *ante sum, praecedo.* *גֵּר, *peregrinor.* Levit. XX, 2. τῶν προγεγενημένων προσηλύτων sec. *Alex. Ald. Compl.* Sed cod. *Vat.* γεγενημένων habet. 2 Macc. XIV, 3. προγενόμενος ἀρχιερεὺς, *qui fuit prius* sacerdos summus.

ΠΡΟΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *praenosco, praescio.* Sap. VI, 13. προγνωσθῆναι. *Vulg. ut illis se prior ostendat*, h. e. in illis sui desiderium excitet. Ibid. VIII, 9. XVIII, 6.

ΠΡΟ'ΓΝΥ, *adgeniculatio.* אַבְרֵךְ. *Aqu.* Gen. XLI, 43. Sed vox suspecta est *Montfauconio.* Vox hebr. notat *contra inclinate*, aut *in genua procumbite.* Fortasse itaque legendum est πρὸς γόνυ, sc. πίπτε seu πίπτετε.

ΠΡΟ'ΓΝΩΣΙΣ, *praescientia.* Iudith. IX, 8. XI, 20.

ΠΡΟΓΟΝΙΚΟ'Σ, *ad maiores pertinens, avitus, a primogenitoribus vel maioribus acceptus.* 2 Macc. VIII, 17. τῆς προγονικῆς πολιτείας. Ib. XIV, 7. τὴν προγονικὴν δόξαν.

ΠΡΟ'ΓΟΝΟΙ, *maiores.* Sir. VIII, 5. 2 Macc. VIII, 19. XII, 25. 4 Macc. III, 8. ὁ τῶν προγόνων στρατὸς, ubi *Combefisius: quasi primae nobilitatis viri, maximeque conspicui invicta fortitudine. Hesych.* πρόγονος, πρόπαππος, προπάτωρ, συγγενὴς, ἢ πρεσβύτατος ἀνήρ. Idem: προγόνων, πατέρων.

ΠΡΟΓΡΑ'ΦΩ, *ante scribo, conscribo.* 3 Esdr. VI, 32. τὶ τῶν προειρημένων καὶ τῶν προγεγραμμένων, aliquid illorum, quae ante dicta et scripta sunt. Conf. Rom. XV, 4. 1 Macc. X, 36. προγραφήτωσαν εἰς τὰς δυνάμεις, *conscribantur* in exercitus, militiae *adscribantur.* Respicitur hac phrasi ad antiquissimum morem in commentarios publicos, quos *album* vocant, referendi militum nomina. Unde etiam Timon apud *Lucianum* in *Timone* p. 153. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα οὐδὲ προεγράφην ἐν τῷ καταλόγῳ. Vide *Oederum de Programm. Graec.* p. 38. et conf. *Schol. Aristoph. in Av.* v. 450.

*ΠΡΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ s. ΠΡΟΔΕΙΚΝΥ'Ω, *praemonstro, ante significo, denuntio.* הָרְאוּיוֹת, *spectatae.* Esth. II, 9. sec. *Orig.* τὰ προδεδειγμένα, ubi alii libri ἀποδεδειγμένα et ὑποδεδειγμένα habent. Adde *Herodot.* lib. I. p. 84, 2. f.

ΠΡΟ'ΔΗΛΟΣ, *manifestus.* Iudith. VIII, 25. ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστι, sapientia tua manifesta est. Vide et 2 Macc. III, 17. XIV, 39. et conf. 1 Tim. V, 24. et ad h. l. *Raphelii annotatt. Herodoteas* p. 482. ubi *Herodotum, Dionysium Halicarnasseum* et *Zosimum* eadem notione vocem usurpare ostendit. Sic et apud *Hesychium* πρόδηλος exponitur προφανὴς, προδιαλαβών.

*ΠΡΟΔΗΛΟ'Ω, *ante declaro*, *praesignifico*, deinde simpliciter *manifesto*, *edicto publice declaro.* 3 Macc. IV, 14. ἔμπροσθεν βραχὺ προδεδηλωμένη τῶν ἔργων κατάπονος λατρεία, illa paulo ante publice *demandata* munerum molestorum servitus. Vide *Polyb.* X, 46, 10.

ΠΡΟΔΙ'ΔΩΜΙ, *trado.* *פָּרַע, *nudo. Symm.* Exod. XXXII, 25. Sensum expressit nec opus est statuere, eum παρέδωκε scripsisse. Praeterea legitur Ies. XL, 13. in fine, ubi verbis ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ κ. τ. λ., quae etiam laudantur a Paulo Rom. XI, 35., nihil in textu hebr. respondet. Conf. quoque Iob. XLI, 2. iuxta *Lat. translationem. Hesych.* προέδωκεν, προεχώρησεν. 2 Macc. VII, 37. σῶμα καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων, corpus et animam *trado* pro patriis legibus.

*ΠΡΟΔΙ'ΤΗΣ. הֵלֶךְ, *viator. Aqu.* 2 Sam. XII, 4. προδίτης, ubi tamen legendum est ποδίτης.

ΠΡΟ'ΔΟΜΟΣ, *porticus*, *porticus ante domum*, *ex qua itur in aream aulae*, item: *atrium*, *vestibulum.* אוּלָם, idem. *Aqu.* Ioel. II, 17. et 1 Reg. VII, 6. *Hesych.* πρόδομος, προστὰς, πρόστωον. *Homer. Il.* ι, 469. et ω, 673.

ΠΡΟΔΟΣΙ'Α, *proditio*, *traditio*, *desperatio.* Sap. XVII, 12. προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων, timor est *proditio* auxiliorum e cogitatione vel ratione proficiscentium, h. e. *prodit* et perdit sua auxilia et remedia, quia adimit homini cogitationem et rationem. Metaphora desumta est a milliibus timidis, qui ex timore arcem hosti obsidenti produnt et dedunt. Ib. v. 15. τῆς ψυχῆς προδοσία dicitur.

ΠΡΟΔΟ'ΤΗΣ, *proditor*, *traditor.* 2 Macc. V, 15. X, 13. et 22.

ΠΡΟ'ΔΡΟΜΟΣ, *prodromus*, *praecursor*, it. *praecox.* בִּכּוּרָה, *primus fructus.* Ies. XXVIII, 4. πρόδρομος σύκου, *praecox* ficus. *Plinius H. N.* lib. XVI. c. 26. *ficus et praecoces habet, quas Athenis prodromos vocant.* Conf. *Theophrastum* de *Caus. Plant.* lib. V. c. 1. Vocuntur et πρόδρομα. *Hesych.* πρόδρομα, τὰ ἀκμάζοντα σῦκα. Legendum videtur ex *Phavorino* τὰ προακμάζοντα σῦκα. Apud *Phavorinum* vero vicissim pro πρόδροσμα ex *Hesychio* reponendum πρόδρομα. - בִּכּוּרִים plur. *primitiae.* Num. XIII, 21. πρόδρομοι σταφυλῆς. *Lat. praecoquae uvae.* Sap. XII, 8. ἀπέστειλάς τε προδρόμους τοῦ στρατοπέδου, misisti *praecursores* exercitus.

ΠΡΟΕΙ'ΔΩ, *praevideo*, etiam i. q. simplex εἴδω. הִסְכִּין Hiph. *assuefio*, *per longam consuetudinem notum habeo et exploratum*, coll. Num. XXII, 30. Ps. CXXXVIII, 3. - יָדַע. *Symm.* Psalm. XXXVI, 18. προεῖδε. - רָאָה, *video.* Gen. XXXVII, 17. *Symm.* Ps. CXXXVIII, 16. *Symm.* Ps. LXV, 18. ubi προιδεῖν, *videre*, est *animadvertere*, *deprehendere. Aqu.* ἰδών. LXX ἐθεώρουν. Conf. *Homer. Iliad.* σ', 527. οἱ μὲν τὰ (sc. πρόβατα) προϊδόντες, ἐπέδραμον, hi cum *viderent* has oves, incurrebant. Vide et Sap. XIX, 2.

ΠΡΟΕΚΠΕ'ΜΠΩ, *prius emitto*, *emitto*, *deduco*. שָׁלַח, *mitto*. 2 Sam. XIX, 31. Alii ibi pro προεκπέμψαι habent προπέμψαι et ἐκπέμψαι.

ΠΡΟΕΚΦΕ'ΡΩ, *profero*, *emitto*. נָתַן, *do*. Gen. XXXVIII, 28.

ΠΡΟΕ'ΛΕΥΣΙΣ, *progressio*, *exitus*. מוֹצָא, *idem*. *Symm*. Ps. LXIV, 9. Iud. V, 2. - צֵאת. *Symm*. Exod. XXI, 8. *Inc*. Ps. CXX, 8.

ΠΡΟΕΝΕ'ΧΟΜΑΙ, *iam ante implicor*, *detineor*, *constringor*, *irretitus teneor*. 2 Macc. V, 18. προενέχεσθαι πολλοῖς ἁμαρτήμασι, *iam ante implicatum teneri* multis peccatis.

**ΠΡΟΕΞΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ*, *antea dimitto*, *antemitto*. 2 Macc. XII, 21. ὁ Τιμόθεος προεξαπέστειλε τὰς γυναῖκας. Vide *Polyb*. III, 86, 2. XVIII, 2, 5.

ΠΡΟΕΡΕ'Ω, *praedico*, *antea vel supra dico s. laudo*. 3 Esdr. VI, 32. 2 Macc. II, 23. III, 7. 28. τὸ προειρημένον γαζοφυλάκιον. Ib. IV, 1. προειρημένος Σίμων, i. q. cap. IV, 23. προσημαινόμενος Σίμων. 3 Macc. VI, 35. καθὼς προειρήκαμεν, ut *supra diximus*.

ΠΡΟΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *praevenio*, *praecedo*, *prodeo*, *progredior*. *אָפִיק, *torrens*, *alveus*. *Symm*. Iob. XLI, 6. Non deduxit ab אָפַק, sed a נָפַק, ܢܦܩ, *egressus est*, *exiit*. - *הָלַךְ, *eo*. *Inc*. Hab. III, 5. - *הָלַךְ לִפְנֵי. *Symm*. Ps. LXXXIV, 14. - עָבַר, *transeo*. Gen. XXXIII, 3. προῆλθεν ἔμπροσθεν αὐτῶν, *praecedebat* coram illis. Vide et v. 14. et conf. Sirac. XXXII, 11. - קָדַם, *ante*. *Symm*. Iob. XXIII, 8. Ita *Bielius*. Sed προέρχεσθαι ibi potius respondet formulae הָלַךְ קֶדֶם. 2 Macc. IV, 34. ἔπεισεν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν, persuadebat, ut ex asylo *prodiret*. Ita *Aelianus V. H.* IX, 21. ἐπεὶ προῆλθεν αὐτῆς, pro ἐξ αὐτῆς, quum *prodiisset* ex illa, sc. domo. 2 Macc. X, 27. προῆλθον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖον, *progressi sunt* ab urbe ulterius. Sic *Aelianus V. H.* III, 18. προελθεῖν περαιτέρω, progredi ulterius.

ΠΡΟΕΤΟΙΜΑ'ΖΩ, *praeparo*. פִּתַּח Pih. *aperio*. Ies. XXVIII, 24. ἢ σπόρον προετοιμάσαι, πρὶν ἐργάσασθαι. Libere verterunt de sensu magis quam de verbis solliciti. Vide et Sap. IX, 8. ubi *decernere* notat.

ΠΡΟΕ'ΧΩ, *antecello*, *emineo*, *praesto*, proprie: *ante me habeo*. יִתְרוֹן, *excellentia*. *Symm*. Cohel. X, 10. προέχει. - סְרָנִים plur. *tabulae*, a סֶרֶן. *Al*. 1 Reg. VII, 29. προέχοντα. Videtur olim vox hebr. hanc significationem habuisse. Certe סֶרֶן *principem*, *dominum* notat. Praeterea legitur Ps. XXI, 2. ubi verba πρόσχες μοι secundum *Eusebium* non leguntur in textu hebr. Sed vere pertinent ad אֵלִי אֵלִי, ut duae earundem dictionum versiones in unum coniectae sint, ac legerint אֵלִי.

ΠΡΟΗΓΕ'ΟΜΑΙ, *antecedo*, *praecedo*, *duco*, *dux sum.* לִפְנֵי, *in facie*, *coram.* Prov. XVII, 14. προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη, *praecedit* autem egestatem seditio et pugna. *Hesych.* προηγεῖται, προοδηγεῖ, προπέμπει. Male in *Hexaplis Montf.* προηγεῖται ad פָּטַר refertur. Respondet potius τῷ לִפְנֵי, quod etiam cap. XVI, 18. per ἡγεῖσθαι reddiderunt. – רֹאשׁ, *caput.* Deut. XX, 9. προηγουμένους τοῦ λαοῦ, *duces* populi. 3 Esdr. VIII, 28. προηγούμενοι αὐτῶν, *duces illorum:* ubi in hebr. Esdr. II, 2. legitur יִשְׂרָאֵל. 2 Macc. VIII, 22. 23. XI, 8.

ΠΡΟΗ'ΓΟΡΟΣ, *qui prae aliis dicit s. concionatur*, item: *qui prius causam dicit*, deinde etiam simpliciter: *primus.* 2 Macc. VII, 2. εἷς δὲ αὐτῶν γενόμενος προήγορος. *Vulgatus: unus autem ex illis*, *qui erat primus.* coll. v. 7. ubi ὁ πρῶτος dicitur. *Syrus:* ܪܫܐ. Ibid. v. 4. Alii utrobique vertunt: *primus concionator.* Ita quoque *Bielius*, qui addit: Sic et verbum προαγορεύειν (potius προαγορεῖν) *Xenophon* lib. V. de *expedit. Cyri* p. 355. (cap. 5. §. 6.) ita usurpat, ut significet *prae aliis dicere*, *verba facere.* Vide *Suidam* in προηγόρει.

**ΠΡΟΗ'ΚΩ*, *procedo*, *progredior.* 4 Macc. V, 4. τὴν ἡλικίαν προήκων, aetate *provectus.*

ΠΡΟΘΕΡΙ'ΖΩ, *antea demeto.* *Al.* Iud. XV, 5. τὰ προτεθερισμένα, *antea demessa.* In textu hebr. nihil pro hac voce legitur. Sunt autem ibi προτεθερισμένα *segetes in manipulos collectae.* Vide ad h. l. *Holmesium.* (Num παρατεθερισμένα legendum? *K.*)

ΠΡΟ'ΘΕΣΙΣ, *propositio*, *propositum.* *הֵכִין Hiph. a כּוּן, *praeparo.* *Aqu.* sec. *cod. Colbert.* Ps. X, 17. τὴν πρόθεσιν τῆς καρδίας. Sed versio haec non *Aquilae* tribuenda, potius *Symmacho* vindicanda est sec. *Theodoretum* T. I. p. 670. et *Catenam Corderii* T. I. p. 179. – מַעֲרֶכֶת, *ordinatio*, *dispositio.* 2 Par. II, 4. – עֵרֶךְ, idem. Exod. XL, 4. – עֶשְׁתֹּנוֹת, *cogitationes.* *Inc.* Ps. CXLV, 4. προθέσεις. 2 Macc. III, 8. τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν, *propositum* regis. - Vide alibi ἄρτος.

ΠΡΟΘΕΣΜΙ'Α, sc. ὥρα, *tempus praefinitum*, *terminus constitutus.* קֵץ, *finis*, *terminus.* *Symm.* Iob. XXVIII, 5. προθεσμίαν, *terminum constitutum.* *Hesych.* προθεσμία, καιρὸς. ὅρισις, (*Palmerius* ad *Chron. Marm. Arundel.* p. 701. legendum coniicit καιροῦ ὅρισις, quae coniectura assensum meretur.) διορία, ὅρισμα. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. *Suidas* a προθεῖναι vocem derivat, quoties *tempus* denotat *ab hominibus constitutum:* sin autem *à Deo definitum* sit, a προθεσπίζειν, *praedicere*, quod Dei proprie sit, arcessit. Sed merito ab illo dissentit *Elsnerus* ad Gal. IV, 2. p. 189. existimans, veram et solam originem vocabuli esse a προθεῖναι et πρόθεσις. (Idem nomen Dan. IX, 26. in *Symmachi* fra-

gmento, quod *Whitius* in *Epist. de nova vers. Alex. editione Oxon.* 1779. p. 6. ex cod. *Chis.* protulit, bis occurrit. *K.*)

ΠΡΟ'ΘΥΜΑ, patera, vas excipiendo sanguini victimae. Sic *patera* saepius apud *Ciceronem.* אַגָּן. *Aqu.* Exod. XXIV, 6.

ΠΡΟΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, promto et alacri sum animo, sum promtus, paratus, it. *sponte offero.* הִתְנַדֵּב Hithp. *sponte offero.* 1 Par. XXIX, 6. προεθυμήθησαν οἱ ἄρχοντες τῶν πατριῶν, *sponte obtulerunt* principes familiarum. Vide et v. 9. *Hesych.* προεθυμήθησαν, μετὰ προαιρέσεως προσήνεγκαν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προεθυμήθησαν, μετὰ προαιρέσεως, ἑκουσίως, supple ex *Hesychio* προσήνεγκαν. 1 Par. XXIX, 17. ἐν ἁπλότητι καρδίας μου προεθυμήθην ταῦτα, in simplicitate cordis mei *sponte haec obtuli.* - שָׁאַף, *haurio,* etiam *inhio, cupio. Symm.* Iob. XXXVI, 20. προθυμηθῇς, *studeas, cogites, satagas.* 1 Macc. I, 15. προεθυμήθησάν τινες ἀπὸ τοῦ λαοῦ, *parati fuerunt* quidam de populo. Ita *Bielius.* Sed προθυμεῖσθαι ibi est i. q. ἐνθυμεῖσθαι, *in animum inducere.* Conf. *Syrum.* 3 Macc. III, 17. προθυμηθέντων ἡμῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, cum *vellem* templum intrare.

ΠΡΟΘΥΜΙ'Α, promtitudo animi, alacritas. Sirac. XLV, 32.

ΠΡΟ'ΘΥΜΟΣ, promtus animo, alacris. חָשׁ part. ex חוּשׁ, *festinans.* Hab. I, 8. - נָדִיב, *spontaneus.* 1 Par. XXVIII, 21. 2 Par. XXIX, 31. Vide et 2 Macc. IV, 14.

ΠΡΟΘΥΜΟ'ΤΕΡΟΣ, promtior animo. 2 Macc. XV, 9.

**ΠΡΟΘΥΜΟ'Ω,* i. q. προθυμέω. הִתְנַדֵּב, *sponte offero.* 1 Par. XXIX, 6. sec. *Alex.* προεθυμώθησαν.

ΠΡΟΘΥ'ΜΩΣ, promto animo, alacriter. יִשְׁרֵי לֵבָב, *rectus corde.* 2 Par. XXIX, 34. Adde Tob. VII, 9. 2 Macc. VI, 28. XI, 8.

ΠΡΟ'ΘΥΡΟΝ, quod est ante ianuam, limen, vestibulum. *אוּלָם, idem. *Inc.* Ezech. VIII, 16. - *אֶחָד, *unus.* Ies. LXVI, 17. ἐν τοῖς προθύροις, pro אַחַר אֶחָד, *post unam.* Si credas *Millio* in *Diss. sel.* p. 272., oculum intenderunt in Deam *Hecaten* (hanc enim per אחד intellegit), cuius simulacrum ante fores, ἐν προθύροις, poni solebat. *Doederleinio* excidisse videntur hic quaedam verbula, cum versio *Arabica* habeat: *et ante ianuas et in sepibus. Vulg. post ianuam intrinsecus*: ubi אַחַד *ianuam* vertit, sine dubio ex usu l. chald. et syr. Chald. אֲחַד est *claudere,* et syr. ܐܚܕܐ *ianua, ostium, fores, repagulum.* - מְזוּזָה, *postis.* Ezech. XLVI, 2. - מֶלֶט et מַלְבֵּן iunctim, *argilla, fornax lateraria.* Ierem. XLIII, 9. Ita *Bielius Trommii* auctoritatem secutus. *Boysenio* in *notis critt.* ad h. l. p. 585. LXX respexisse videntur arab. بلط, *stravit lapidibus solum,* unde بلاط, λιθόστρωτον, *pavimentum, solum*

stratum et complanatum, teste *Golio Lex. Arab.* p. 518. Mihi vero de h. l. ita videtur. Voci בְּמִלֹּשׁ respondent verba ἐν κρυφαίῳ. מַלְבֵּן autem intellexerunt de *pavimentatione lateritia* s. *pavimento ante ianuas*, quod Exod. XXIV, 10. לִבְנַת dicitur. Vide *Opuscula Critica* p. 581. – מִסְדְּרוֹנָה, *vestibulum. Symm.* Iud. III, 23. πρόθυρα. – מִפְתָּן, *limen.* Ezech. XLVI, 3. – סַף, idem. Iud. XIX, 27. 1 Reg. VII, 50. Ezech. XLIII, 8. *Aqu. Theod.* Ez. XLVI, 6. 7. – פֶּתַח, *ianua.* Gen. XIX, 6. Ierem. I, 15. et alibi saepius. – תָּא, *thalamus*, it. *excubitorium. Aqu. Theod.* Ezech. XL, 7. – תּוֹךְ, *medium.* Ies. LXVI, 17. Sed vide supra ad אַחַר.

ΠΡΟΣΕΔΡΕΥ'Ω, assideo, insisto, insto, cum studio quodam instigo. 1 Macc. XI, 40. *προσήδρευσεν αὐτῷ, diligenter cum illo agebat, cum studio quodam instigabat. Hesych. προσεδρεύει, σχολάζει.*

**ΠΡΟΣΕΔΡΙ'Α* et, ut quoque scribitur: *προσεδρεία, assiduitas, perseverantia in aliquo labore.* 3 Macc. IV, 15. *μετὰ πικρᾶς σπουδῆς καὶ φιλοτίμου προσεδρίας.* Sic *πρόσεδρος* propr. *eum* notat, *qui assidet alicui rei*, v. c. *opificio, literis*, deinde, ut lat. *assiduus*, *qui semper et indefessa opera in aliqua re laborat. Hesych. προσεδρεύειν, σχολάζειν. Ioseph. c. Apion.* I, 7. *Zonaras Lex.* col. 1578. *προσεδρεία, ἡ ἐπίμονος καὶ διηνεκὴς ἀσχολία. δίφθογγον.*

ΠΡΟΣΕΙ'ΔΩ, aspicio. Sap. XVII, 9.

ΟΥ' ΠΡΟΣΕΙ'ΔΩ, non aspicio. בָּגַד, *perfide ago.* Iob. VI, 15.

ΠΡΟ'ΣΕΙΜΙ, accedo. נָגַשׁ, *appropinquo.* 1 Sam. XVII, 16. *προσῄει ὁ ἀλλόφυλος, accesserat* alienigena. Cum dativo notat *adhaereo, adsum, coniunctus sum.* Sir. XIII, 30. sec. *Compl. ἀγαθὸς ὁ πλοῦτος, ᾧ μὴ πρόσεστιν ἁμαρτία*, bonae sunt et honestae divitiae, non iniusto modo partae, quibus quasi nihil iniustitiae *admixtum est.* In reliquis ll. simplex *ἐστὶν* reperitur.

ΠΡΟΣΕΚΚΑΙ'Ω, accendo. נֹפַח *Nophah*, nomen urbis. Num. XXI, 30. Hic legerunt נָפַח, *flo.* Praeterea legitur apud *Dion. Cass.* p. 1015, 57 *Reim.*

ΠΡΟΣΕΚΧΕ'Ω, *effundo.* זָרַק, *spargo.* Exod. XXIX, 16.

ΠΡΟΣΕ'ΛΕΥΣΙΣ, *accessus.* *בּוֹא. *Inc.* Ps. CXX, 8. *intrare tuum.* – תּוֹצָאוֹת plur. *exitus.* *Symm.* Prov. IV, 23. ubi *Kreyssigius* legendum censet προέλευσις, quod vide supra.

ΠΡΟΣΕΜΒΡΙΜΑ'ΟΜΑΙ, *amplius fremo*, *interminor.* Sir. XIII, 4.

ΠΡΟΣΕΜΠΡΗ'ΘΩ, *aduro*, *accendo.* נֶאֱכַל Niph. *edor*, *consumor.* Exod. XXII, 6. *Hesych.* προσεμπρῆσαι, καῦσαι.

**ΠΡΟΣΕΜΠΥΡΙ'ΖΩ*, *aduro*, *accendo.* נֶאֱכַל Niph. *edor*, *consumor.* Exod. XXII, 6. προσεμπυρίσῃ sec. cod. 136. *Holm.*

ΠΡΟΣΕΞΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, *simul emitto*, *amando.* 2 Macc. XII, 21. ubi legendum videtur προεξαποστέλλω. Vid. *Baduellus.*

ΠΡΟΣΕΞΗΓΕ'ΟΜΑΙ, *simul enarro*, *praeterea narrando adiicio.* 2 Macc. XV, 11. προσεξηγησάμενος ὄνειρον, cum insuper exposuisset somnium.

**ΠΡΟΣΕΠΑΠΑΤΑ'Ω*, *insuper decipio*, item *clam subduco s. removeo*, *eripio.* Vox haec, quae desideratur in Thesauro *Bieliano*, legitur Iob. XXXVI, 16. ubi LXX sec. ed. *Rom.* hebr. וְאַף הֲסִיתְךָ, *et etiamsi decepit* seu *removit te*, transtulerunt: καὶ προσεπηπάτησέ σε. Sed sine dubio legendum est: καὶ προσέτι ἠπάτησέ σε, ut *Hebraeus* sec. *Schol.* habet, aut πρὸς ἐπεὶ ἠπάτησεν sec. *Ald.* et *Compl.*, ut lectio vulgata orta sit ex continua scribendi ratione. Similis vox tamen esset προσεπαπειλέω, προσεπεισφέρω.

**ΠΡΟΣΕΠΙΚΑΤΑΤΕΙ'ΝΩ*, *intendo*, *augeo.* 4 Macc. IX, 19. τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες, *rota impensius acta.*

ΠΡΟΣΕΠΙΤΙΜΑ'Ω, *amplius increpo*, vel simpliciter *increpo.* Sir. XIII, 25.

ΠΡΟΣΕ'ΠΩ, *alloquor.* אָמַר, *dico.* Iud. XVII, 2. sec. *Vat.* Prov. VII, 13. – *וְאַף, *et etiamsi.* *Theod.* Iob. XXXVI, 16. καὶ προσέπει. Lectio haec, quae etiam ibidem apud *Inc. Int.* reperitur, est aperte falsa. Scribendum est καὶ προσέτι, vel πρὸς ἐπεί. – שָׁאַל, *interrogo.* *Inc.* 1 Sam. XXV, 5. προσείπατε, h. e. *salutate.* Conf. reliquos Interpretes.

ΠΡΟΣΕΡΙ'ΖΩ, *provoco ad iram*, *irrito*, *exaspero.* מָרָה. *Aqu.* Exod. XXIII, 21. μὴ προσερίσῃς, ne *ad iram provoces.* Idem Ps. V, 11. *Symm.* Ps. LXXVII, 8. *Aqu.* ib. v. 17. Ps. CIV, 28. sec. cod. *Alex.* *Aqu.* *Symm.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. IX, 7. προσερίζοντες. Ita enim legendum loco vitiosi προσρίζοντες. – מְרִי, *rebellio.* *Symm.* 1 Sam. XV, 23. τὸ προσερίζειν. – נִרְגַּן Niph. *obmurmuro.* *Aqu.* Deut. I, 27. προσηρίσατε. Ita *Montf.* e cod. MS. *Basil.* Sed pertinet haec vox ad תַּמְרוּ in commate antecedente. Conf. *Fischerum* de *Verss. GG. V. T.* p. 31. sequ.

ΠΡΟΣΕΡΙΣΤΗ'Σ, *contentiosus*, *litigiosus.* מְרִי, *rebellio.* *Symm.* Ezech. XII, 3. Conf. quoque *Montf.* ad Ezech. XLIV, 6.

ΠΡΟΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *advenio, accedo, venio ad.* אִנָּה Pyh. *occasio datur.* Ps. XC, 10. – בּוֹא, *venio.* Lev. XXI, 23. Num. XXXII, 2. 1 Sam. VII, 13. ubi *irruere, impetum facere* notat, i. q. *ἐπέρχεσθαι,* cum quo permutatur in codd. h. l. – גּוּר, *peregrinor.* Exod. XII, 48. 49. Levit. XIX, 33. *Aqu.* et LXX Num. IX, 14. – הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio.* *Al.* 1 Sam. I, 25. – *הֵבִין, *intellegere facio.* Dan. IX, 22. sec. *Chis.* Sine dubio legerunt ויבא, quae lectio et vera esse videtur. – הִבִּיט Hiph. a נָבַט, *intueor.* Ps. XXXIII, 5. – יָלַךְ, *eo.* Ios. V, 13. – *יָסַף, *addo.* Exod. X, 28. sec. *Oxon.* *προσελθεῖν.* Est alius interpretis, qui ita sensus causa vertendum esse arbitrabatur ob praecedens *ἔτι*, cui vox *προσθήσομαι* in reliquis ll. incommode additur. – נָגַשׁ, *appropinquo.* Exod. XIX, 15. *τρεῖς ἡμέρας μὴ προσέλθητε τῇ γυναικὶ*, tres dies ne *accedatis* ad uxorem, vel *ne rem habeatis* cum uxore. Eadem phrasi *Herodianus* lib. III. usus est. Vide *Fesselii Advers. Sacr.* lib. II. c. 16. p. 120. 1 Reg. XX, 13. *προσῆλθε τῷ Ἀχαὰβ*, accedebat ad Achabum. Ib. v. 22. *προσῆλθε προφήτης πρὸς τὸν βασιλέα*, accedebat propheta ad regem. – נוֹעַד Niph. a יָעַד, *convenio.* Num. X, 4. – פָּגַע, *occurro*, et sequ. אֶל *accedo.* Ierem. VII, 15. *μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν*, ne accedas ad me pro his, h. e. *noli orare* pro istis hominibus. – קוּם, *insurgo.* *Inc.* 2 Sam. XII, 17. *προσῆλθον.* – קָרַב, *appropinquo.* Exod. XII, 48. XVI, 9. Lev. IX, 5. et alibi saepius. – *קְרֵב chald. Dan. III, 8. 27. VI, 12. VII, 16. – *קֶרֶב, *intestinum, medium.* Ps. LXIII, 7. Legerunt קָרַב. – *קָרוֹב, *proximus.* Esth. I, 14. Legerunt הִקְרִב seu הִקְרִיב. – *רְגַשׁ chald. *tumultuarie convenio.* *Alex.* Dan. VI, 7. 11. ubi vid. *Scharfenbergius.* Sirac. IV, 16. ubi *προσέρχεσθαί τινι* notat *adhaerere, constanter aliquem sequi, familiariter aliquo uti*, coll. I, 30. et Gen. V, 22. *Philo de migr. Abr.* p. 401. *προσελθόντες ἀρετῇ.* Adde 1 Macc. II, 16. *προσῆλθον.* *Vulg. consentientes accesserunt.* Ib. VIII, 1. *προσέρχεσθαί τινι*, *amicitiam alicuius appetere.* Sir. II, 1. notat *aggredi velle* seu *in animo habere.*

ΠΑ'ΛΙΝ ΠΡΟΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *iterum accedo.* שׁוּב, *revertor.* Gen. XLII, 24.

ΠΡΟΣΕ'ΤΙ, *adhuc, praeterea, insuper.* אַף. *Hebr. Int.* Iob. XXXVI, 16. Adde 2 Sam. XVI, 11. – גַּם. *Symm.* Ps. XLVIII, 3. *καὶ προσέτι καί.* 2 Macc. X, 3. XII, 14.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ', *oratio, precatio.* מִכְתָּב, *scriptura.* Ies. XXXVIII, 9. Vox hebr. h. l. *carmen* notat *continens illud gratiarum actionem pro beneficio, quod acceperat.* Vide ad h. l. *Hieronymum.* – נֶדֶר, *votum.* Num. VI, 5. Ps. LXI, 6. Utrobique *προσευχὴ* notat *preces, quibus vota annexa fuerant.* – נֶפֶשׁ. Ps. LXXXVII, 15. *τὴν προσευχήν μου.* *Semlerus* non ferendam esse iudicat hanc lectionem, cum scribendum

fuerit ψυχὴν, ut est in *Itala* et *Mediolanensi Psalterio.* Ferri tamen et excusari potest haec versio. נֶפֶשׁ h. l. est *desiderium animi,* et *quidem verbis* (*oratione et precibus*) *expressum.* Conf. v. 14. *Augustinus* etiam et *Vulgatus* habent *orationem.* – צָלַל, *tinnio, strepitum edo.* Hab. III, 15. Hic non legerunt מִלָּה, ut *Bahrdtius* eos in suis codd. habuisse putabat, sed צְלָלוּ a צָלַל, et significatione acceperunt, quae Syris, Chald. et Arab. frequens est, quibus צְלָא et צַלִּי est *orare, precari.* Arabibus quoque صلا ult. و in coniug. II. est *precari,* unde صلوة, *precatio,* et *locus precationis.* – *שִׁיר, *canticum.* Ps. XLII, 9. Confer *Starcke carmina Davidis* p. 184. – תְּחִנָּה, *supplicatio.* 1 Reg. VIII, 45. – תְּפִלָּה. 2 Sam. VII, 22. 1 Reg. VIII, 28. 2 Reg. XIX, 4. Psalm. LXIV, 2. ubi tamen *Starckio in carm. David.* p. 154. προσευχῆς merum scholion esse videtur pro φωνῆς. Tob. XIII, 1. προσευχὴ εἰς ἀγαλλίασιν *carmen laudatorium, hymnum* notat, coll. Ies. XXXVIII, 9. Sir. III, 5. ἡμέρα προσευχῆς, tempus *calamitatis*, ideoque precum ad Deum ad avertenda mala. 3 Macc. VII, 20. κατὰ τὸν τῆς συμποσίας τόπον προσευχῆς καθιδρύσαντες, in illo, ubi convivium erat, loco *proseucham* erigentes, ubi loco προσευχῆς cum *Grotio* reponendum est προσευχὴν, et προσευχὴ *proseucham,* h. e. *oratorium,* seu *locum* notat, *ubi oratur,* seu *preces fiunt.* Vide h. l. *Syrum* ac *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΡΟΣΕΥ'ΧΟΜΑΙ, *oro, precor.* הֶעְתִּיר Hiph. *supplex oro.* Exod. X, 17. – הִתְנַפֵּל Hithp. *prosterno me.* Esdr. X, 1. Sc. Orientales prosternentes se adorare solebant. – הִתְפַּלֵּל Hithp. Gen. XX, 7. 17. 1 Sam. I, 10. 2 Sam. VII, 27. et alibi saepius. – פָּדָה, *redimo.* 1 Sam. XIV, 46. Sc. vindicatio Ionathanis a morte, quae h. l. militibus tribuitur, effectus deprecationis ipsorum erat. – צְלָא: צְלָא chald. Kal et Pah. Esdr. VI, 10. Dan. VI, 10. – תְּפִלָּה, *precatio.* Ps. CVIII, 3. (ubi vid. *Rosenmüllerus*) et CXLI, 1.

ΠΡΟΣΕΧΟ'ΝΤΩΣ, *attente.* בְּחָכְמָה, *in sapientia,* h. e. *sapienter.* Prov. XXXI, 26. Adde *Aristoph. Acharn.* v. 954. *Schol.* et *Hippocr. de dentitione* p. 267, 33.

ΠΡΟΣΕ'ΧΩ, *adhibeo, adverto, admoveo, adhaereo, deditus sum, attentus sum, ausculto, assentior, fidem habeo, obtempero, respicio, accedo, appropinquo,* it. *caveo.* אָבָה, *volo.* Prov. I, 25. τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις οὐ προσείχετε, meis autem reprehensionibus non *attendebatis.* Ita quoque *Inc.* Libere verterunt: quasi in textu legeretur *noluistis audire.* Vide et Ps. LXXX, 9. – *אֵל, *Deus.* Ps. XXII, 1. πρόσχες μοι, quasi esset אֵלַי, *ad me.* Aperte hic duae coaluerunt versiones. – בּוֹא אֶל, *venio ad.* Ies. I, 23. κρίσιν (pro εἰς κρίσιν) χηρῶν οὐ προσέχοντες, ad causam viduarum non *advertentes,* sc. τὸν νοῦν, h. e. non causam agunt viduarum. – דָּבַק, *con-*

glutinor. Gen. XXXIV, 3. *προσέσχε τῇ ψυχῇ Δείνας, adhaerebat* animae Dinae, h. e. *impense amabat* Dinam, vel *plane deditus erat* Dinae. Conf. *Raphelii annotatt. Polyb. ad Act.* VIII, 10. p. 525. - הֶאֱזִין, *aures praebeo.* Deut. I, 45. *οὐδὲ προσέσχεν ὑμῖν,* neque *attendit* vobis. Vide et Deut. XXXII, 1. Ps. LXXVII, 1. CXL, 1. Ies. I, 10. *προσέχετε (εἰς) νόμον θεοῦ, attendite* legi Dei. - הֵבִין Hiph. a בּוּן, *intellego.* Ies. XXXII, 4. *προσέξει τῷ ἀκούειν, attendet* ad audiendum. *Symm.* ibidem *προσέξει τοῦ ἀκούειν.* Sed male utraque versio in *Hexaplis* refertur ad יָבִין לָדַעַת, quae potius pertinet ad הַקְשֵׁבְנָה v. 3. - הוֹפִיעַ Hiph. a יָפַע, *splendeo.* Iob. X, 3. *βουλῇ δὲ ἀσεβῶν προσέσχες,* consilio autem impiorum *obtemperas,* aut potius *faves,* nempe illud adiuvando. Eundem sensum habent quoque h. l. verba hebr. Nam *lux* et *nitor vultus favorem* significat. Conf. Ps. L, 2. LXXX, 2. *Boysenius* ad h. l. confert ar. وبه, *animum advertit, attendit, consideravit,* et provocat ad Ps. LXXX, 2. - הֶחֱזִיק Hiph. *firmiter teneo.* Iob. XXXVII, 6. *προσέχων δικαιοσύνῃ, adhaerens* iustitiae, vel *operam dans* iustitiae. Ita *Herodotus* lib. IX. *προσεῖχε τοῖς γυμνασίοις,* gymnasiis *operam dabat.* Et *προσέχειν πολέμῳ, πράξει, ἔργοις* frequentia alias apud Graecos, docente *Grotio* ad Hebr. VII, 13. Conf. et ad h. l. *Raphelii annotatt.* ex *Herodoto* p. 623. et ad 1 Tim. IX, 13. p. 575. - הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino.* Ies. LV, 3. *προσέχετε τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, attendite* auribus vestris. Vide et Ierem. XXV, 4. Ierem. VII, 24. *οὐδὲ προσέσχον τὸ οὖς αὐτῶν,* neque *admoverunt* aurem suam. Vide et v. 25. - הֵקִיץ Hiph. a קוּץ, *evigilo.* Ps. XXXIV, 23. *πρόσχες τῇ κρίσει μου, adverte* ad causam meam: ubi nonnulli, nulla necessitate cogente, statuunt, eos pro הַקִּיצָה legisse הָחִישָׁה. - הִקְשִׁיב Hiph. *ausculto.* Cant. VIII, 13. *προσέχοντος τῆς φωνῆς σου, attendentis* voci tuae. Nehem. IX, 34. Iob. XIII, 6. *Inc.* 1 Sam. XV, 22. *Symm.* Ps. X, 17. *ἑτοιμάσεις καρδίας αὐτῶν προσέχειν οὖς σου.* Legendum est *προσέχει,* ita ut ante *ἑτοιμάσεις* supplendum sit *εἰς,* hoc sensu: *ad praeparationem cordis eorum attendit auris tua.* Vide *Opuscula Critica* p. 175. *Aqu.* Ps. XVI, 1. *πρόσχες. Aqu. Symm. Theodot.* Prov. II, 2. *τοῦ προσέχειν τῇ σοφίᾳ,* ut *auscultes* sapientiae. - הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono.* Iob. VII, 17. *προσέχεις τὸν νοῦν εἰς αὐτὸν, advertis* mentem ad illum. Nota, quod hic addant *τὸν νοῦν,* quod alias, cum idem verbum eadem notione usurpant, omittunt. Sic etiam profani. *Aristoph. Equit.* v. 1011. *ἄκουε δὴ νῦν, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί. Lucianus Dial. Iov. et Iun.* ab init. *ἔλαττόν μοι προσέχεις τὸν νοῦν.* Conf. et *L. Bos Ellips. gr.* p. 132. Vide quoque quae in h. v. post hebr. שׂוּם לֵב, et שׂוּם לֵבָב allata sunt. - חָדַל, *desisto.* 2 Par. XXV, 16. *πρόσεχε, ἵνα μὴ μαστιγωθῇς, cave* tibi, ne flagel-

leris. Conf. Sir. XIII, 11. 2 Par. XXXV, 21. πρόσεχε σὺ ἀπὸ θεοῦ τοῦ μετ' ἐμοῦ, *cave tibi* a Deo, qui mecum est. In utroque loco bene sensum expresserunt. - חוּשׁ, *festino.* Ps. XXI, 20. εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες, *accede* seu *accurre* ad auxilium meum. Vide et Ps. XXXVII, 32. XXXIX, 18. et LXX, 13. - יָחַל Pih. *exspecto.* Iob. XXIX, 21. ἐμοῦ ἀκούσαντες προσέσχον, me audientes *attenti erant.* - יָסַף, *addo.* Soph. III, 12. ubi pro προσχῇς in aliis libris fortasse rectius legitur προσθῇς. - *כָּסָה, *obtego.* Οἱ λοιποὶ Iob. XVI, 18. προσέχῃ, ubi in textu hebr. legitur: *terra ne operias sanguinem meum.* Versio admodum incommoda. Suspicor, legendum esse προσδέξῃ, *terra ne recipias*, seu: *ne bibas sanguinem meum.* - נִזְהַר Niph. *admoneo.* Cohel. IV, 13. ὃς οὐκ ἔγνω τοῦ προσέχειν ἔτι, qui non novit *mentem* amplius *adhibere.* Ita *Bielius.* Sed *Vulgatus* vertit *praevidere*, *Montf. providere.* - נָזַר, *separo.* Lev. XXII, 2. προσεχέτωσαν ἀπὸ τῶν ἁγίων, *caveant* sibi a sanctis. Conf. Sir. VI, 14. XI, 34. XVII, 11. et Matth. VII, 15. - נִשְׁמַר Niph. *caveo mihi*, et semel in Kal. Gen. XXIV, 6. πρόσεχε σεαυτῷ, *cave* tibi. Vide et Exod. X, 28. Deut. IV, 9. Deut. IV, 23. προσέχετε ὑμεῖς, μήποτε ἐπιλάθησθε, *cavete* vobis, ne obliviscamini. - *בָּחַן, *do. Symm.* Cohel. VII, 3. προσέξει τῇ διανοίᾳ, mente *attendet. Hieron. respiciat ad mentem.* - *סָכַת in Hiph. *ausculto. Aqu.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. XXVII, 9. πρόσχες. - סְרָנִים plur. *tabulae.* 1 Reg. VII, 29. ubi tamen alii pro προσέχοντα rectius προέχοντα habent. - פָּנָה, *respicio.* Num. XVI, 15. μὴ πρόσχῃς εἰς τὴν θυσίαν αὐτῶν, ne *respicias* ad victimam illorum. *Hesych.* πρόσχες, ἐπίβλεψον. - קָרַב, *appropinquo.* Psalm. LXVIII, 22. πρόσχες τῇ ψυχῇ μου, *appropinqua* animae meae. *Suidas:* προσέσχε, κατῆρεν, ἐπλησίασεν. *Hesych.* προσέσχε, προσῆλθε. - קַשֻּׁבָת foem. *attenta.* Nehem. I, 6. 11. ἔστω τὸ οὖς σου προσέχον εἰς τὴν προσευχὴν, *sit* auris tua *attenta* ad preces. - קַשֻּׁבוֹת plur. *attentae.* Psalm. CXXIX, 2. γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν, *sint* aures tuae *attentae* ad vocem. - שׂוּם לֵב, *pono cor.* Exod. IX, 22. ὃς δὲ προσέσχε τῇ διανοίᾳ εἰς τὸ ῥῆμα, qui autem mente *attendunt* verbo. Iob. I, 8. προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ θεράποντός μου; num animo *attendisti* ad servum meum? Iob. II, 3. - שׂוּם לֵבָב, idem. Deut. XXXII, 46. προσέχετε τῇ καρδίᾳ ὑμῶν ἐπὶ πάντας τοὺς λόγους τούτους, *attendite* corde ad omnia haec verba. - שָׁמַע, *audio. Symm.* Exod. VII, 22. προσέσχεν. - שָׁעָה, *respicio.* Gen. IV, 5. ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν, ad Cainum autem et sacrificia eius non *respexit.* Praeterea legitur apud *Samarit.* Exod. XXV, 5. ubi verba κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις nihil habent in textu hebr., cui respondeant, et sunt orationis amplificandae causa addita. Sap. VIII, 13. φθεγγομένῳ προσέξουσι, loquenti *auscultabunt.* Conf. *Aelianum V. H.* VIII,

16. et XIV, 33. Sir. IV, 16. *προσέχων*, qui *attendit* vel *intendit*. *Vulg. qui intuetur illam*, quasi legerit *προσορῶν*. Sir. XXIII, 34. *οὐδὲν γλυκύτερον τοῦ προσέχειν ἐντολαῖς κυρίου*, nihil dulcius, quam *obtemperare* praeceptis Domini. Ib. XXXII, 24. *προσέχει ἐντολαῖς*, *obtemperat* praeceptis, coll. XXXV, 1. Sic *Aelianus V. H.* XII, 1. *τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν*. 1 Macc. VII, 11. *οὐ προσέσχον τοῖς λόγοις αὐτῶν*, non *fidem habebant* verbis illorum. Conf. Sir. XXVIII, 17. Act. XVI, 14. et ad h. l. *Raphelii annotatt. ex Polybio* p. 352. sequ.

ΠΡΟΣΕ'ΧΩ Ι'ΣΧΥΡΩ͂Σ, *vehementer caveo*. רַק חֲזַק, *tantummodo obfirmor*. Deut. XII, 23. *πρόσεχε ἰσχυρῶς, τοῦ μὴ φαγεῖν αἷμα*, *cave* tibi *vehementer*, ne sanguinem comedas. Bene quoad sensum. *Gloss. in Octat.* *πρόσεχε, ἀσφαλίζου*.

ΠΡΟΣΗ͂ΚΟΝ, *conveniens*, *decens*. *חָלַק, *partior*, *impertior*. *Symm.* Deut. XXIX, 26. *οὐδὲ προσῆκον αὐτοῖς*. Vox hebr. h. l. *assignare* notat. 3 Esdr. V, 75. *ὡς προσῆκον ἦν*, sicut *decebat*, seu *consentaneum* erat, nempe propter praecepta: hebr. בַּמִּשְׁפָּט, *in iudicio*, Esdr. III, 14. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *προσῆκον, δέον, πρέπον, ἁρμόζον*.

**ΠΡΟΣΗΚΟ'ΝΤΩΣ*, *convenienter*, *congruenter*. 4 Macc. VI, 33. *Hesych.* *προσηκόντως, ὀφειλόντως, πρεπόντως, ὀφειλομένως, δεόντως*.

ΠΡΟΣΗ'ΚΩ, *advenio*, *accedo*, *conduco*, *pertineo*. חָלַק, *impertior*. *Symm.* Deut. XXIX, 26. *οὐδὲ προσῆκον αὐτοῖς*, neque *conducebant* illis. Sed vide supra s. *προσῆκον*. – קָרַב, *appropinquo*. *Al.* Ezech. XLIV, 15. *προσήξουσι*. Praeterea legitur apud *Symmachum* Ps. XL, 2. ubi verba *ἃ προσῆκε* post *ἐννοῶν*, quibus nihil respondet in textu hebr., ideo addita videntur, quia *ἐννοεῖν* malo quoque sensu quandoque adhibetur. 2 Macc. III, 6. *οὐ προσήκειν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον*, non *pertinere* illa ad sacrificiorum rationem. 4 Macc. IV, 3. *Hesych.* *προσήκει, πρέπει, διαφέρει, χρὴ, ἁρμόττει, συμφέρει*.

**ΠΡΟΣΗΛΟ'Ω*, *clavis affigo*, it. *affigo*, *alligo* simpliciter. 3 Macc. IV, 9. *τοῖς ζυγοῖς τῶν πλοίων προσηλωμένοι (κατὰ) τοὺς τραχήλους*. *Hesych.* *προσήλωσαν, προσέπηξαν, ἔτρωσαν*. *Suidas:* *προσηλῶ, αἰτιατικῇ*. Conf. *Luciani Prometh.* T. II. p. 186 et 205. ed. *Reitz.* et *Lex. N. T. s. h. v.*

ΠΡΟΣΗΛΥ'ΤΕΥΣΙΣ, *habitatio in loco aliquo instar peregrini, advenae commoratio*. מָגוּר, *commoratio*. *Aqu.* Gen. XLVII, 9. ubi *vitam* notat, coll. v. 8. quemadmodum *παροικία* 1 Petr. I, 17.

ΠΡΟΣΗΛΥΤΕΥ'Ω, *tanquam advena commoror*, *advena sum*, *versor*, *sum*. גּוּר, idem. *Aqu.* Ps. V, 5. *οὐ προσηλυτεύσει σοι πονηρὸς*, non *erit* seu *versabitur* tecum impius, h. e. tu non potes nec soles ferre impios. Conf. *Fischeri Clav.*

p. 75. Alii dicunt, esse i. q. *aliquem patronum habere ac sui defensorem:* nam qui tanquam advena apud hospitem divertebat, in eius fide ac clientela erat. Arab. جار in Coni. IV. est *facere, ut aliquis nobis clientis loco sit, in fidem ac clientelam aliquem recipere. Aqu.* Ps. CXX, 5. *Al.* Ezech. XIV, 7.

ΠΡΟΣΗ'ΛΥΤΟΣ, proselytus, advena, peregrinus. גּוּר infin. ex גּוּר. Ies. LIV, 15. προσήλυτοι προσελεύσονταί σοι, *peregrini* accedent ad te. - גֵּר. Exod. XII, 19. sec. cod. *Oxon.* ubi *Theodoret.* γειώραν τὸν προσήλυτον προσηγόρευσε. Exod. XII, 48. ἐὰν δέ τις προσέλθῃ πρὸς ὑμᾶς προσήλυτος, si vero accedat ad vos aliquis *peregrinus.* Vide et Exod. XX, 10. XXII, 21. XXIII, 9. Ps. XCIII, 6. Ad postremum locum respiciens *Suidas* ex *Theodoreto* ita: Προσήλυτοι, οἱ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότες, καὶ κατὰ τοὺς θείους πολιτευόμενοι νόμους. Δαβὶδ· καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν. Caeterum in *Hexaplis* l. l. προσήλυτος apud LXX ac *Theod.* hebr. יָתוֹם respondet, sed perturbatus est in utroque interprete verborum ordo. Scribendum χήραν καὶ προσήλυτον ἀπέκτειναν, καὶ ὀρφανὸν ἐφόνευσαν. Vide supra s. ὀρφανός - *גֵּרְשֹׁם, *Gersom,* nomen propr. *Aqu.* Exod. II, 22. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προσήλυτος, ἔποικος, πάροικος, ξένος. *Hesych.* προσήλυτος, πάροικος, ἀλλοεθνής.

ΠΡΟΣΗΜΑΙ'ΝΩ, ante significo, ante memoro. 2 Macc. IV, 23. τοῦ προσημαινομένου Σίμωνος, Simonis *ante memorati.* Adde *Etymol. M.* 468, 14.

**ΠΡΟΣΗΜΕΙΟ'Ω, praesignifico,* in med. *praenoto.* 4 Macc. XV, 19. τοὺς μυκτῆρας προσημειουμένους τὸν θάνατον, nares mortis *indices.* Conf. *Friedemannum* ad *Strabon.* T. VII. p. 203.

ΠΡΟΣΗΝΗ'Σ, iucundus, suavis. מַרְפֵּא, *sanatio. Aqu.* Prov. XV, 4. ubi nonnullis legisse videtur מַרְפֵּה a רָפָה, *remittere,* quia προσηνὴς h. l. sit *lenis. Montfauconus* transtulit: *benigna. Vulg. lingua placabilis.* Praeterea legitur Prov. XXV, 26. ὕδωρ ψυχρὸν ψυχῇ διψώσῃ προσηνές, aqua frigida animae sitienti *iucunda,* ubi προσηνὲς de suo addiderunt ad perficiendam sententiae integritatem. *Hesych.* προσηνές, καλόν, ἡδύ, ἐπιεικές, ἀγαθόν, πρᾶον, χρηστόν. Idem: προσηνής, προσφιλής. Vide *Foesii Oecon. Hipp.* s. h. v.

ΠΡΟΣΗΝΙ'Α, lenitas. נַחַת, *quies. Al.* Cohel. IX, 17. Sermo ibi est de *consiliis placide prolatis.*

ΠΡΟ'ΣΘΕΜΑ, id ipsum, quod apponitur, seu *admovetur,* aut *adhibetur,* item *additamentum.* הוֹסִיף Hiph. a יָסַף, *addo.* Lev. XIX, 25. - מִלּוֹא, *arx. Symm.* 2 Sam. V, 9. πρόσθεμα. Non male. Nam *vallum terra et lapidibus oppletum et aggestum* additur vel adiicitur urbi vel castello,

adeoque recte πρόσθεμα dici potest. In universum verbo מִלֵּא *additionis* s. *insertionis* notio inest, v. c. Exod. XXVIII, 17. Cant. V, 14. *Suidas:* πρόσθεμα, ἡ προσθήκη. *Hesychius:* προσθέματα, τὰ πυγιαῖα, ubi vid. *Sopingius.*

ΠΡΟΣΘΗ'ΚΗ, idem. לִוְיָה, *sertum plexile. Aqu.* Prov. I, 19. Respexit originem vocis a לָוָה, *adhaereo, adiunctus, annexus sum.* – נוֹסָפוֹת part. plur. foem. Niph. a יָסַף, *addita, additamenta. Al.* Ies. XV, 9. προσθήκην.

ΠΡΟΣΘΛΙ'ΒΩ, *insuper premo, affligo, apprimo.* לָחַץ, *premo.* Num. XXII, 25. *Plutarch.* de *placit. philos.* I, 4.

**ΠΡΟ'ΣΘΛΙΨΙΣ*, *oppressio.* לַחַץ, idem. *Aqu.* sec. cod. *Vat.* ab *Adlero* collatum Ps. XLII, 2. ἐν προσθλίψει ἐχθροῦ.

ΠΡΟΣΙ'ΕΜΑΙ, *mitto ad*, *excipio*, *recipio.* נָתַן, *do.* Exod. III, 19. ubi tamen alii pro προσήσεται rectius προήσεται, h. e. *dimittet*, habent.

ΠΡΟΣΙ'ΕΜΑΙ, *admitto.* נָשָׂא, *accipio. Symm.* Iob. XLII, 9. προσήκατο ὁ θεὸς τὸ πρόσωπον Ἰὼβ, *admittebat Deus faciem Iobi*, h. e. *intercessionis eius rationem habuit. Phavorinus:* προσήκατο, προσελάβετο, προσεδέξατο. Sic *Aelianus V. H.* IX, 3. τοὺς δεομένους προσίετο.

ΠΡΟΣΚΑΘΗ'ΚΩ, *convenio.* 1 Macc. X, 39. sec. *Compl.* εἰς τὴν προςκαθήκουσαν δαπάνην τοῖς ἁγίοις, in *convenientem* seu *necessarium* sumtum sacris, quem alibi ἐπιβάλλουσαν appellat. Vide ad h. l. *Baduellum* et *Drusium.*

**ΠΡΟΣΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ*, *insuper constituo*, *ordino*, it. *in potestatem redigo.* לָקַח, *sisto*, h. l. *invito.* Iud. XIV, 11. προσκατέστησαν αὐτοῦ ἑτέρους sec. *Alex. Ald.* et *Compl. Diod. Sic. Bibl.* p. 374, 9. et *Dio Cass. Hist.* p. 445. A. *Suidas:* προσκαθίστη, ἀντὶ τοῦ ἐπολυπλασίαζε.

**ΠΡΟ'ΣΚΑΙΡΟΣ*, *temporarius*, *ad tempus durans.* 4 Macc. XV, 2. Conf. *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΠΡΟΣΚΑΙ'Ω, *aduro*, *accendo.* הִשְׁתַּחֲוָה *Hithp.* a שָׁחָה, *prosterno me.* 2 Par. XXIX, 28. ubi tamen alii pro προσεκαύει rectius προσεκύνει habent.

ΠΡΟΣΚΑΙ'ΟΜΑΙ ΚΑΙ' ΘΕΡΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, *accendor et calefio.* חָמַם, *caleo.* Ezech. XXIV, 11.

ΠΡΟΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ, pass. et med., *advocor*, *accersor*, *voco*, *advoco ad me.* בּוֹא, *venio.* Esth. VIII, 1. μαρδοχαῖος προσεκλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως, Mardochaeus *accersitus erat* ad regem. Conf. 2 Macc. IV, 28. XIV, 5. – *חָנַן. *Symm.* ac LXX Iob. XIX, 17. προσεκαλούμην, δὲ κολακεύων. *Vulg. orabam.* (Cod. Reg. habet προσεποιούμην, quod verum putat *Thieme* p. 7. Illud ex vers. *Alex.* petitum. *K.*) Legerunt חֲנוֹתַי, a חִנָּה, *preces*, nam חָנַן nunquam significat in Kal *orare* vel *supplicare*, sed *misereri.* – קָרָא, *voco.* Gen. XXVIII, 1. προσκαλεσάμενος δὲ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, *vocans* autem *ad* se Isaacus Iacobum. Vide et Esth. IV, 5. Prov. IX, 15. 1 Sam.

XXVI, 14. respondet hebr. קָרָא sequ. אֶל, et, ut lat. *advocare*, notat *clamare ad aliquem*, ubi οἱ λοιποὶ habent βοᾷν πρός τινά. Iob. XVII, 14. θάνατον προσεκαλεσάμην πατέρα μου εἶναι, mortem *advocabam*, ut pater meus esset. Ioel. II, 32. εὐαγγελιζόμενος vel, ut alii, εὐαγγελιζόμενοι, οὓς ὁ Κύριος προσκέκληται, evangelium annunciantes, quos Dominus *vocavit*. Ad hunc locum alludi videtur Act. XVI, 10. ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτοὺς, quia vocavit nos Deus, ut evangelium illis praedicaremus. Amos. V, 8. et IX, 6. προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, *advocans* aquam maris. – קָרָה, *obviam eo*. Exod. III, 18. et V, 3. ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων προσκέκληται ἡμᾶς, Deus Hebraeorum *vocavit* nos. In utroque loco non videntur קָרָה et קָרָא invicem permutasse, sed קָרָה explicasse de *apparitione divina*, *qua mandatum datum erat*. Sap. I, 16. ἀσεβεῖς ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς λόγοις προσεκαλέσαντο αὐτὸν, sc. θάνατον, h. e. tropo remoto, *impii suis impie factis et dictis interitum sibi parant*. – Vide alibi κολακεύω.

ΠΡΟΣΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, *conforto*, it. *fortiter persevero*, *perduro*, *constanter adsum*, *permaneo*. הִתְחַזֵּק Hithp. *conforto*, *confirmo me*. Num. XIII, 21. προσκαρτερήσαντες λήψεσθε ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, *fortiter perseverantes* accipietis de fructibus terrae. *Susann.* v. 7. οὗτοι προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακεὶμ, hi *constanter aderant* in domo Ioakim, seu: *frequentabant* domum. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

**ΠΡΟΣΚΑΤΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ*, *insuper occupo*. *Dio Cass.* p. 332, 87. *Reim.* Iudith. II, 10. sec. cod. *Alex.* Sed rectius legitur in *Vat.* προκαταλήψη.

ΠΡΟΣΚΑΤΑΛΕΙ'ΠΩ, *insuper relinquo*. הוֹתִיר, idem, Hiph. a יָתַר. Exod. XXXVI, 6.

ΠΡΟ'ΣΚΑΥΜΑ, *adustio*. קָבַץ Pih. *contraho*. Ioel. II, 6. Nahum. II, 11. ὡς πρόσκαυμα χύτρας. Ita *Bielius*. Sed in utroque loco non singula verba secundum ordinem spectanda sunt, sed tota formula קִבְּצוּ פָארוּר, *contraxerunt fuliginem*, seu *pallorem*, cuius sensum similitudine ab olla adusta desumta expresserunt LXX Intt. Alii eos legisse putant כְּבַעַר, *ut uredo ollae*, i. e. *olla adusta*.

ΠΡΟ'ΣΚΕΙΜΑΙ, *adsitus sum*, *adiaceo*, *adiunxi me*, it. *deditus sum*, *associatus sum*, *addictus sum*, *adhaereo*, *accolo*, *faveo*. גּוּר, *peregrinor*. Exod. XII, 49. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui pro τῷ προσκειμένῳ habent προσελθόντι. Levit. XVI, 29. ὁ προσήλυτος, ὁ προσκείμενος ἐν ὑμῖν, proselytus, qui *adiunxit se* vobis. Vide et Lev. XVII, 8. Ios. XX, 9. Ezech. XIV, 7. – דָּבַק, *adhaereo*. Ios. XXII, 5. προσκεῖσθαι αὐτῷ, *adhaerere* illi. – דָּבֵק, verbale, *adhaerens*. Deut. IV, 4. ὑμεῖς δὲ προσκείμενοι κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν, vos autem *adhaerentes* Domino Deo vestro, h. e. constanter pii in Deum. *Suidas*:

προσκείμενοι, οἷον κολλώμενοι, προσεγγίζοντες. - חָבֵר, *socius.* Ezech. XXXVII, 16. *τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τοὺς προσκειμένους πρὸς αὐτὸν*, filios Israel, qui *adiunxerunt* se illi. Vide et v. 19. - לֹיוֹת plur. *adiectiones*, *copulationes*, a לָוָה. 1 Reg. VII, 29. - מִלֵּא Pih. *impleo* Deut. I, 36. *διὰ τὸ προσκεῖσθαι αὐτὸν τὰ πρὸς κύριον*, quod *studiosus est* eorum, quae ad Deum pertinent, h. e. quod *assiduus* vel *totus* est in studio pietatis adversus Deum. Nam *τὰ πρὸς τὸν κύριον* h. l. *pietatem in Deum* notat, ut apud *Isocratem* ad *Demonic.* p. 6. *Wolf. τὰ πρὸς τοὺς θεούς.* Eandem notionem habet quoque formula hebr. מִלֵּא אַחֲרֵי יְהֹוָה. Conf. *Fischerum* de *Verss. GG. V. T.* p. 126. - נֶגֶד פָּנִים, *coram faciebus. Al.* Exod. X, 10. *πονηρία πρόσκειται ὑμῖν*, malitia *adhaeret* vobis: ubi alii libri *πρόκειται* habent. - נִלְוָה Niph. *adiungo me.* Ies. LVI, 3. et 6. - נִשְׁעַן Niph. *nitor.* Num. XXI, 15. *πρόσκειται τοῖς ὁρίοις Μωὰβ*, adiacet finibus Moab. 2 Macc. XIV, 24. *ψυχικῶς τῷ ἀνδρὶ προσέκειτο*, ex animo viro *deditus erat.* Ita et *Thucydides* verbum usurpavit. *Suidas: προσέκειτο ἀντὶ τοῦ προσεῖχε. Θουκυδίδης α'* (cap. 93.). Conf. notata e Genes. XXXIV, 3. in *προσέχω.*

ΠΡΟΣΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, cervical, pulvinar, quod capiti supponitur. כְּסָתוֹת plur. *pulvilli.* Ezech. XIII, 18. 20. Vide et 3 Esdr. III, 8. et conf. Marc. IV, 38.

ΠΡΟΣΚΕΦΑΛΗ', idem. מְרַאֲשׁוֹת plur. *loca et partes, ubi caput est.* 1 Sam. XXVI, 11. - רַאֲשׁוֹת plur. *quae sunt ad caput.* 1 Sam. XXVI, 12.

ΠΡΟΣΚΗ'ΝΙΟΝ, vestibulum tentorii. Iudith. X, 24.

**ΠΡΟΣΚΙΝΕ'Ω, admoveo.* נָשַׁק, *osculor. Symm.* sec. cod. *Colbert.* Iob. XXXI, 27. *προσεκίνησεν ἡ χείρ μου περὶ τὰ στόμα μου*, admovit se manus mea ori meo, h. e. *osculatus sum manum meam*, quod erat signum homagii apud veteres ac adorationis. Conf. infra s. v. *προσκυνέω.* Lectio minime inepta. *Montf.* edi iussit *προσεκύνησεν. Aristoph. Lysistr.* v. 227. *Schol.* et *Eccles.* v. 256.

**ΠΡΟΣΚΛΕΙ'Ω, claudo, occludo.* סָגַר, idem. Gen. XIX, 10. ubi haec vox loco *ἀποκλείω* reddenda esse videtur LXX Intt. e *Iustini M. Dial.* c. *Tryph. Iud.* p. 153. ed. *Paris.*

**ΠΡΟ'ΣΚΛΗΣΙΣ.* Vide s. v. *πρόκλησις. Suidas: προσκλήσεις, πρὸς ἃς καλεῖ τις εἰς δικαστήριον ἢ βουλὴν, κλητῆρας ἔχων. πρόκλησις δὲ χωρὶς τοῦ σ, καὶ προκαλεῖσθαι ἐπὶ διαιτητὴν, καὶ οἷον ἐπὶ βάσανόν τινος ἀνδραπόδου, ἢ μαρτυρίας τοῦδε τινὸς βαλέσθαι. Hesych. πρόσκλησις, προτροπὴ, ἡ πρόσριψις ἐπὶ δίκης.*

ΠΡΟΣΚΟΛΛΑ'Ω, agglutino, it. *adhaerere facio*, et *προσκολλάομαι, agglutinor, firmiter adhaereo.* בִּקֵּשׁ Pih. *quaero.* Lev. XIX, 31. - דָּבַק: הִדְבִּיק, Kal et Hiph. Gen. II, 24. *προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ*, *adhaerebit* uxori suae. Vide et Deut. XI, 22. Ios. XXIII, 8. Ruth. II, 23. *Aqu.* et

LXX Iob. XLI, 8. et conf. *Fesselii advers. sacr.* lib. II. c. 25. p. 167. Num. XXXVI, 7. *ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατριᾶς αὐτοῦ προσκολληθήσονται*, h. e. quisque in possessione tribus paternae *maneat*. Vide et v. 9. Deut. XIII, 17. Deut. XXVIII, 21. *προσκολλῆσαι κύριος εἰς σὲ τὸν θάνατον*, *adhaerere* tibi *faciat* Deus mortem, h. e. peste te *afficiat*. Iud. XX, 45. *προσεκολλήθησαν ὀπίσω αὐτῶν*, *adhaerebant* illis. Ruth. II, 21. *μετὰ τῶν κορασίων τῶν ἐμῶν προσκολλήθητι*, *mane* apud puellas meas. 2 Sam. XXIII, 10. *προσεκολλήθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ πρὸς τὴν μάχαιραν*, *adhaereret manus eius gladio*, h. e. *manus eius delassata ad gladium diriguisset.* Ezech. XXIX, 4. *προσκολλήσω τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ σου πρὸς τὰς πτέρυγάς σου*, *adhaerere faciam* pisces fluminis tui squamis tuis. - דָּבֵק, verbale, *adhaerens*. Prov. XVIII, 25. *ἐστὶ φίλος προσκολληθεὶς ὑπὲρ ἀδελφὸν*, amicus magis *deditus* quam frater. - חָשַׁק, *amore propensus sum*. *Aqu.* Deut. VII, 7. - קִרְבָה, *appropinquatio*. Ps. LXXII, 27.

ΠΡΟΣΚΟΛΛΩ'ΜΕΝΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *agglutinatus sum*, *adhaereo*. הֲוָה דָּבֵק Chald. idem. Dan. II, 43. *οὐκ ἔσονται προσκολλώμενοι οὕτως μετὰ τούτου*, non ita *adhaerebunt* illi.

ΠΡΟ'ΣΚΟΜΜΑ, *offendiculum*. מוֹקֵשׁ, *laqueus*. Exod. XXIII, 33. XXXIV, 12. - מִכְשׁוֹל, *offendiculum*. *Theod.* Ezech. XIV, 3. - נֶגֶף, *plaga*. *Symm. Theod.* LXX Ies. VIII, 14. - שִׁקּוּץ, *detestatio*, *abominatio*. *Al.* Ezech. XXXVII, 23. Iudith. VIII, 19. Sirac. XVII, 19. *σμίκρυνον πρόσκομμα*, minue *peccata* et *offensas*, etiam: *occasiones peccandi.* Sir. XXXI, 7. *Suidas: πρόσκομμα, ζημία, βλάβη, σκάνδαλον.*

ΠΡΟ'ΣΚΟΜΜΑ ΤΙ'ΘΗΜΙ, *offendiculum pono*. קוֹשׁ, *laqueum tendo*. Ies. XXIX, 21. *ἐν πύλαις πρόσκομμα θήσουσιν*, in portis *offendiculum ponent*. *Michaelis* in *Bibl. Or.* T. XIV. p. 91. effert יַקְשִׁין Hiph. a יָקַשׁ, *laqueum ponere*.

ΠΡΟΣΚΟΠΕΥ'Ω, *prospicio*, *provideo*. צָפָה, *speculor*. *Symm.* Iob. XV, 22. *προσκοπεύεται*. *Vulg.* bene: *circumspectans undique gladium.* Vide *Lobeck. ad Phrynichum* p. 592.

ΠΡΟΣΚΟΠΕ'Ω, *video*, *speculor*, *aspicio*. שׁוּר, *intueor*, *contemplor*. *Aqu.* Num. XXIV, 17. *Theophr. Char.* XXV, 3. *Hesych.* et ex eo *Phavor.* *προσκόπτειν*, *ἁμαρτάνειν*, *προσκοπεῖν*, *προβλέπειν*. Ita enim legendum est.

ΠΡΟΣΚΟ'ΠΗΣΙΣ, *prospectio*, *provisio*, *contemplatio*. צְפִירָה, *cidaris matutina*, sec. alios *matutinum tempus*. *Aqu.* Ezech. VII, 7. 10. Ita interpretatus est, quasi esset a צָפָה. Etiam *Symmachus* secundum *Hieronymum* vertit *inspectio*. Vide ad h. l. *Montf.* et *Drusium in Fragm. vett. Intt. GG.* p. 577.

ΠΡΟΣΚΟ'ΠΤΩ, *offendo*, *impingo*. *הִכְשִׁל, idem. *Symm.* Ps. IX, 4. ubi pro *προκοψάντων* reponendum est *προσκοψάντων*. Vide supra s. v. *προκόπτω*. - כָּשַׁל, *impingo*, *offendo*, Prov.

IV, 19. οὐκ οἴδασι, πῶς προκόπτουσι, nesciunt, quomodo *impingant.* Sic etiam sine casu nominis usurpatur Sirac. XIII, 27. XXXI, 19. Ioh. XI, 9. et *M. Antonino* VI, 20. Vide *Wolfium* ad Rom. XIV, 21. p. 278. – נָגַף, *dolo pedem, impingo.* Iud. XX, 32. προσκόπτουσιν ἐνώπιον ἡμῶν, *impingunt* coram nobis. Ps. XC, 12. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου, ne quando *offendas* ad lapidem pedem tuum. *Suidas:* προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου, ἀντὶ τοῦ προσπταίσῃς. τὸ σμικρότατον δὲ διὰ τοῦ προσκόψαι τῷ λίθῳ δεδήλωκε. Prov. III, 23. ὁ δὲ πούς σου μὴ προσκόψῃ, pes autem tuus non *impingat.* Ierem. XIII, 16. πρὸ τοῦ προσκόψαι πόδας ὑμῶν ἐπ' ὄρη. *Οἱ λοιποὶ* sec. *Procop.* in *Cat. Nic.* Deut. XXVIII, 25. – רָהַב, *effero me.* Ies. III, 4. προσκόψει τὸ παιδίον πρὸς τὸν πρεσβύτην, h. e. puer contra senem *insolenter se geret.* Videntur nonnullis legisse יִגֹּף, *et feriet*, quod tamen mihi non opus esse videtur: nam προσκόπτειν, ut lat. *offendere*, eandem notionem metaphoricam habet. Conf. *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v. Sir. XXX, 12. ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ αὐτοῦ προσκόψῃ, ne turpitudine aut flagitiis eius *malum patiaris* et *miser fias*, seu: ne ignominia eius tibi *sit offensioni.* Vide et Sir. XXXII, 21. et conf. Rom. XIV, 21. et *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 36. Tob. XI, 10. προσέκοπτε, fere in eo erat, ut prolaberetur. Conf. v. 11.

ΠΡΟ'ΣΚΡΟΥΣΙΣ, allisio, impactio. מוֹקֵשׁ, *laqueus. Aqu.* Prov. XXIX, 6. Sed *Aquilae* versio h. l. potius *Symmacho* vindicanda, et *Symmachi* πρόσκομμα *Aquilae* reddendum videtur.

ΠΡΟΣΚΡΟΥ'Ω, allido, impingo, pulso, contra pulso. הֵגִיחַ Hiph. a גּוּחַ, *prodire facio,* it. *erumpo.* Iob. XL, 18. – תָּוָה Pih. *signo, designo,* v. c. *characteribus. Aqu.* 1 Sam. XXI, 13. προσέκρουσεν, *pulsabat.* Legerunt יתף. Vide et Sir. XIII, 3. 2 Macc. XIII, 19.

ΠΡΟΣΚΥΝΕ'Ω, osculor, adoro, colo, submisse veneror. הִגִּישׁ Hiph. a נָגַשׁ, *appropinquare facio.* Inc. et LXX Iud. VI, 19. προσεκύνησε. Sc. vox hebr. etiam *offerre* notat adeoque de *cultu religioso* dicitur, ad quem pertinet vox προσκυνεῖν. *Semlero* in *App. ad liberal. V. T. interpretat.* p. 298. suspecta est haec lectio, quae autem *Scharfenbergio* non tam negligentia librariorum male describentium verbum προσήγγισεν, quam temeritate correctorum in cod. *Alex. Oxon. Ald. Compl.* inducta esse videtur. Ex mea sententia προσεκύνησε reddendum est: *obtulit cum veneratione*, et ideo usi sunt hac voce, quia de sacrificio sermonem esse putarent. – הִשְׁתַּחֲוָה Hithp. a שָׁחָה. Gen. XVIII, 2. προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, *adorabat in terram se inclinans.* Sc. post ἐπὶ τὴν γῆν h. l. pariter ac Gen. XIX, 1. XXIV, 52. XXXIII, 3. et alibi supplendum est κύψας, quod additur Exod. IV, 31. XII, 27.

et XXXIV, 8. - Gen. XXIII, 7. ἀβραὰμ προσεκύνησε τῷ λαῷ τῆς γῆς, Abraham *submisse salutavit* populum terrae, coll. v. 12. ubi legitur προσεκύνησεν ἐναντίον τοῦ λαοῦ τῆς γῆς. Vide et Gen. XXVII, 29. Deut. XXVI, 10. et conf. 2 Par. XX, 19. et Luc. IV, 7. Gen. XXIV, 26. ὁ ἄνθρωπος προσεκύνησε τῷ κυρίῳ, tum homo deum *supplex veneratur.* Gen. XXXVII, 8. ἕνδεκα ἀστέρες προσεκύνουν με, undecim stellae me *venerabantur.* Vide et Gen. XLIX, 8. Gen. XLVII, 31. προσεκύνησεν ἰσραὴλ (sc. κύψας) ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *adorabat* Israel in apicem sceptri sui se inclinans. - כָּרַע et הִשְׁתַּחֲוָה iunctim, *incurvo me et adoro.* Esth. III, 2. 5. - *זִבַּח part. *sacrificans. Symm.* Hos. XIII, 2. προσεκυνήσατε sec. cod. *Barber.* Haud dubie rescribendum est προσκυνήσατε, ut זִבְחוּ, *immolate*, cum LXX Intt. legerit. - *חָפַר, *fodio, effodio.* Ies. II, 20. προσκυνεῖν τοῖς ματαίοις. Qui terram fodit, hoc fere inclinato corpore facere solet. Hinc notio *inclinandi se* et *adorandi*, quam huic voci h. l. subiecerunt. Vide supra s. v. τὰ μάταια. Caeterum post προσκυνεῖν h. l. comma ponendum erit, et tunc sententia recte se habebit. - *זוּע, *tremo.* Dan. VI, 27. sec. cod. *Chis.* Verba *timendi* apud Iudaeos ad *cultum* transferuntur, uti notum est. Sic Deus ipse פַּחַד interdum dicitur in V. T. - נָשַׁק, *osculor.* 1 Reg. XIX, 18. πᾶν στόμα, ὃ οὐ προσεκύνησεν αὐτῷ, omne os, quod non *est osculatum* illum. *Symm.* Iob. XXXI, 27. προσεκύνησεν ἡ χείρ μου περὶ τὸ στόμα μου, *adoravit manus mea circa os meum*, h. e. *manus mea ori meo admota adoravit* vel *coluit.* Ad haec verba intellegenda observandum, quod gentiles manum ori admoventes et osculantes Deos suos coluerint. *Plinius* lib. XXVIII. c. 2. *in adorando dextram ad osculum referimus. Lucianus* in *Demosthenis Encomio* T. I. p. 104. τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. Inde etiam sententia *Hieronymi Apol. adv. Ruffin.* lib. I. *Hebraei iuxta linguae suae proprietatem deosculationem pro veneratione ponunt.* Conf. s. v. καταφιλέω, *Kempium* de *Oscul.* Diss. VII. §. 6. p. 240. sequ. *Seldenum* de *Diis Syris Proleg.* c. 3. p. 26. *Fesselii Advers. Sacr.* lib. III. c. 7. §. 3. p. 870. sequ. et alios citatos *Gerh. Herm. Menckio* Diss. *de osculo manus ori dato* ad Iob. l. c. p. 3. Immo inde etiam *adorare*, quod pr. est *manum ad os admovere*, et nomen ab eo, non ab *orare*, h. e. *precari*, sortitum est apud Latinos, et προσκυνεῖν, quod a κυνεῖν, *osculari*, *Eustathio* ad *Od.* δ'. v. 522. et ad *Odyss.* ρ'. 35. *Phavorino* et aliis derivatur (conf. *I. Henr. Schultzii Obss. Philol. de verbo* προσκυνεῖν §. 6.) apud Graecos de *cultu* et *veneratione* usurpari coepit. Conf. *Grotium* ad Exod. XX, 5. *Symm.* Ps. II, 12. προσκυνήσατε καθαρῶς, *adorate* pure. Idem Hos. XIII, 2. μόσχους προσκυνήσατε. - סָגַד hebr. Ies. XLIV, 19.

- סְגֵד chald. Dan. II, 46. III, 5. *πίπτοντες* (sc. *ἐπὶ τὴν γῆν*, vel: *ἐπὶ τὸ πρόσωπον*) *προσκυνεῖτε τῇ εἰκόνι*, cadentes (in terram vel faciem) *adorate* imaginem. Vide et v. 6. 11. 15. - עָבַד, *servio*. Ps. XCVI, 7. Sicuti autem hoc verbum apud LXX frequentissime cum casu tertio, rarius cum casu quarto constructum reperitur, ita apud profanos et quidem *Ἀττικωτέρους* scriptores frequentius cum casu quarto, sed et haud raro cum casu tertio iunctum occurrit. Vide *L. Bos.* ad Matth. II, 11. p. 1. 2. 4 Macc. V, 12. *προσκυνεῖν τὴν φιλανθρωπίαν*, *submisse venerari et amplecti* benignam adhortationem.

ΠΡΟΣΚΥ'ΝΗΣΙΣ, *adoratio*. Sir. L, 23. 3 Macc. II, 7.

ΠΡΟΣΚΥ'ΠΤΩ, *inclino me admovendo alii*, q. d. *inclino me iuxta aliquem*. 2 Macc. VII, 27. *προσκύψασα αὐτῷ*, inclinans se ad eum. Conf. *Aelianum V. H.* XII. c. 8.

ΠΡΟΣΚΥΡΕ'Ω, *appropinquo*, *propinquus*, *vicinus sum*. 1 Macc. X, 39. *τὴν προσκυροῦσαν αὐτῇ*, sc. *χώραν*, regionem illi *vicinam*. *Hesych. Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Photius*: *προσκυρεῖ*, *προσεγγίζει*. Inde et apud *Suidam* pro *προσκυνεῖ*, quod eodem modo ibi exponitur, bene legendum censet *Küsterus* *προσκυρεῖ*. Sic *Bielius*. Sed *Trommius* *προσκυροῦσαν* l. c. deduxit a *προσκυρόω*, *addico*, *adiudico*, ut *ἡ προσκυροῦσα*, sc. *χώρα*, sit *addicta alicui regio*. *Drusius* mavult *προσκυρουμένην αὐτῇ*, i. e. *auctoritate publica adiudicatum ei*. Nam, pergit, *προσκυρόω*, *adiudico*, activum est.

ΠΡΟΣΛΑΛΕ'Ω, *alloquor*. אָמַר. *Symm.* Ps. XXVI, 8. *προσλαλεῖν*. - דִּבֵּר *Pih. loquor*. Exod. IV, 16. ubi pro *προσλαλήσει* alii ob sequentia *πρὸς λαὸν* rectius habent *λαλήσει*. - *שׂוּחַ, *loquor*. *Symm.* Gen. XXIV, 62. sec. *Cat. Nic.* p. 304. *προσλαλῆσαι*. Sed ob לָשׂוּחַ, quod ibi legitur in textu hebraico, reponere mallem *πρὸς λαλῆσαι*, ita ut particulam ל per *πρὸς* expresserit. - *שִׂיחַ Hiph. per aphaeresin praeformantis ה. *Symm.* Ps. LIV, 5. ubi *προσλαλεῖν ἑαυτῷ*, se *ipsum alloqui*, notat *meditari*. Vox hebr. h. l. de *precibus* explicanda est. - *שִׂיחַ, *sermo*. *Symm.* Ps. LXIII, 2. *προσλαλοῦντός μου*, cum *preces facerem*. - שׁוּחַ, *incurvor*. *Symm.* Thren. III, 20. Pro Schin legit Sin. Sapient. XIII, 18. quodsi v. c. de felici connubio aut de prole preces sunt faciendae, *οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλῶν*, non pudet eum idola vita carentia *precibus adire*: ubi partim cum *προσεύχεσθαι*, partim cum *ἐπικαλεῖσθαι* permutatur. Simili modo et vernaculum *einen anreden*, *ansprechen* usurpatur.

ΠΡΟΣΛΑΜΒΑ'ΝΩ, et in medio *προσλαμβάνομαι*, *assumo*, *praesumo*, *recipio*. אָסַף, *congrego*. Ps. XXVI, 16. *ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με*, Dominus autem *recepit* me. Conf. Rom. XIV, 3. - הִמְשָׁה Hiph. *extraho*. Ps. XVII, 19. *προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν*, me *prehensum traxit* ex aquis

multis. - הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio.* Ps. LXIV, 4. μακάριος, ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου, beatus, quem elegisti seu dignum iudicas, qui in atriis tuis commoretur. - הִשִּׂיג Hiph. a נָשַׂג. *Aqu.* Iob. XXIV, 2. προσλαμβάνουσιν, h. e. *ad se rapiunt.* In textu hebr. legitur: *attigerunt terminos*, scil. *alienos. Vulg. transtulerunt.* - לָקַח. Ps. LXXII, 23. μετὰ δόξης προσελάβου με, cum gloria *recepisti me. Al.* Exod. XII, 4. προσλήψεται, *socium* sibi *adiunget, secum sumet.* Lectionem hanc tuetur quoque auctoritas *Philonis* p. 507. D. Vide συλλαμβάνω. - עָשָׂה, *facio.* 1 Sam. XII, 22. ὅτι ἐπιεικῶς Κύριος προσελάβετο ὑμᾶς ἑαυτῷ εἰς λαὸν, quia Dominus clementer vos sibi *assumsit* in populum. Sap. XVII, 11. ἀεὶ δὲ προσείληφεν τὰ χαλεπὰ συνεχομένη τῇ συνειδήσει, semper enim *praesumit*, h. e. *metuit*, molesta perturbata conscientia. Ita *Iosephus* de *B. I.* lib. III. c. 43. προσειλήφεσαν γὰρ ἐκ τοῦ σχήματος, μηδὲν αὐτὸν ἀρνήσεσθαι τῶν ὑπονοηθέντων. Quorsum, ut *Küsterus* observat, respiciens *Suidas*: προσειλήφεσαν, ὑπέλαβον, ἐνόησαν. Sir. XXIII, 27. προσληφθῆναί σε ὑπ' αὐτοῦ (sec. *Compl.*), *amari* a Deo ob recte facta, seu est effectus favoris Dei ob recte facta. 2 Macc. VIII, 1. τοὺς μεμενηκότας ἐν ἰουδαϊσμῷ προσλαβόμενοι, illos, qui permanserunt in Iudaismo, *assumentes.* 2 Macc. X, 15. τοὺς φυγαδευθέντας ἀπὸ Ἱεροσολύμων προσλαβόμενοι, Hierosolymis expulsos *recipientes.*

*ΠΡΌΣΛΗΨΙΣ, *assumtio*, *receptio.* Sirac. XIX, 20. sec. *Compl.* φόβος κυρίου ἀρχὴ προσλήψεως, principium *sapientiae* est timor Domini: ubi πρόσληψις, ut λῆμμα, מַשָּׂא, et lat. *assumtio*, est *doctrina*, *sapientia. Hesych.* πρόσληψις, γνῶσις, coll. Rom. XI, 15. ubi vid. *Gloss.*

ΠΡΟΣΛΟΓΙΖΟΜΑΙ, *imputo*, *supputo*, *acceptum fero*, *refero*, *adscribo*, *annumero.* חָשַׁב, *aestimo.* Lev. XXVII, 18. προσλογιεῖται αὐτῷ ὁ ἱερεὺς τὸ ἀργύριον, *imputabit* illi sacerdos argentum. Iob. XIII, 5. προσλογίζεται ταῖς πέντε σατραπείαις, *annumeratur* quinque satrapiis. Ps. LXXXVII, 4. προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον, *annumerabar* illis, qui descendunt in foveam. Conf. Baruch. III, 7. Sir. VII, 17. μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν πλήθει ἁμαρτωλῶν, ne *annumerari* aut *computari permittas* te ipsum multitudini peccatorum, h. e. ne *associes te et adiungas. Herodot.* lib. II. p. 94, 27.

*ΠΡΟΣΜΑΡΤΥΡΕΏ, *attestor*, *testimonium do*, *assevero aliquid*, *meo testimonio affirmo.* 3 Macc. V, 19. τῶν φίλων αὐτῷ προσμαρτυρησάντων, amicis *veritatem dictorum affirmantibus. Polyb.* III, 90. *Suidas*: προσμαρτυρῶ, δοτικῇ, καὶ αἰτιατικῇ δέ. κ. τ. λ.

*ΠΡΟΣΜΕΙΔΙΆΩ, *arrideo.* 4 Macc. VIII, 5. *Suidas*: προσμειδιῶ. δοτικῇ.

ΠΡΟΣΜΕ'ΝΩ, *permaneo, exspecto.* הוחיל Hiph. a יחל. Iud. III, 25. προσέμειναν αἰσχυνόμενοι, *exspectabant erubescentes*, s. ad pudorem usque. *Symm.* Exod. XXIV, 14. Sap. III, 9. πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ προσμενοῦσιν αὐτῷ, fideles in dilectione *permanent* apud illum. Sic Marc. VIII, 2. ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, dies tres *permanent* apud me.

*ΠΡΟΣΜΗΝΥ'Ω, *indico, significo.* Sap. XVIII, 19. sec. cod. *Alex.* προσεμήνυσαν. Reliqui libri habent προεμήνυσαν.

ΠΡΟΣΜΙ'ΓΝΥΜΙ, *admisceo.* Vide supra in λύπη. Adde 2 Macc. XV, 20. sec. *Alex.* προσμιξάντων. Ita enim legendum est loco προσμειξάντων.

*ΠΡΟΣΝΕ'ΜΩ, *attribuo, adscribo.* 4 Macc. VI, 33.

ΠΡΟΣΝΟΕ'Ω, *insuper mente agito et considero*, item: *adverto mentem, considero, contemplor.* השתומם Hithp. a שמם, *obstupesco.* Ies. LXIII, 5. προσενόησα, *stupens circumspiciebam.* – הֲוֵה מִשְׂתַּכַּל chald. *sum animadverteus.* Dan. VII, 8. – שור, *contemplor.* Num. XXIII, 9. Iob. XX, 9. Vide et Tob. XI, 4. ubi *eminus conspicere* notat. *Vulg. vidit a longe.* Fortasse tamen ibi legendum est προενόησεν. Eaedem voces permutatae quoque reperiuntur apud *Xenoph. Cyrop.* VI, 3, 4.

ΠΡΟ'ΣΟΔΟΣ, *proventus, reditus.* *יְבוּלָה, *productio.* *Inc.* Lev. XXVI, 20. – *תְבוּאָה, *proventus.* *Inc.* Lev. XIX, 25. et XXV, 3. sec. *Coisl.* et *Lips.* – תְבוּנָה, *intellegentia.* Prov. XXVIII, 16. προσόδων. Legerunt תְבוּאוֹת vel תְנוּבוֹת. Vide et 2 Macc. III, 3. (δι' ἐντεύξεως ἀργυρίου – καὶ προσόδου. *Hesych.* πρόσοδος, ἔντευξις, ἢ κέρδους προσθήκη.) IV, 8. IX, 16. et XIV, 3.

ΠΡΟΣΟΔΥ'ΡΟΜΑΙ, *adgemo, lamentor, ploro.* Sap. XIX, 3. προσοδυρόμενοι τάφοις νεκρῶν.

ΠΡΟΣΟ'ΖΩ, *male oleo.* הִבְאִישׁ Hiph. *foeteo, putresco.* Ps. XXXVII, 5.

ΠΡΟΣΟΙ'ΓΩ, *adaperio.* סָגַר, *claudo.* Gen. XIX, 6. τὴν δὲ θύραν προσέῳξεν ὀπίσω αὐτοῦ. *Fullerus Miscell. Sacr.* lib. III. c. 9. p. 328. pro προσέῳξεν hic legendum censet προσέωσεν, a προσωθεῖν, quod notat *ostium claudere*, et quidem *trudendo* et *obnixe a se dimovendo.* Sunt autem ξ et σ literae simillimi soni, quae saepius permutantur in codd. *Al.* ibi habet προσέαξεν, quod est aor. 1. Attic. a προσάγω, quod apud LXX aliquando respondet hebr. הֵשִׁיב, *reverti facio.* Vide Prov. XIX, 25. Iuxta illam itaque lectionem verba reddi possunt: *ostium reverti faciebat post se.* Et certe ex eadem lectione in aliis Codd. προσέῳξεν corrupte enatum esse opinatur *Bielius*, praesertim cum in MStis litera α ita saepius scripta sit, ut similitudinem quandam habeat cum litera ω.

ΠΡΟΣΟΝΟΜΑ'ΖΩ, *insuper nomino*, *cognomino*, vel simpliciter *nomino*, *appello*. 2 Macc. VI, 2. *Plut. vit. Alex. M.* c. 54. et de *Plac. Philos.* I, 17.

ΠΡΟΣΟΧΗ', *attentio*, it. *attentio ad rem*, *tenacitas*, nam *attentus ad rem parce vivit*. Sap. VI, 19. προσοχὴ νόμων, *attentio ad leges*, *observatio legum*. Sap. XII, 20. ὀφειλομένους θανάτῳ μετὰ τοσαύτης ἐτιμωρήσω προσοχῆς, morte dignos tanta tractasti cum *lenitate*, q. d. cum tanta *attentione*, *ne modum excederes in puniendo*. Conf. *Prol. Sir.* μετ' εὐνοίας καὶ προσοχῆς. ubi προσοχὴ est i. q. ἀνοχὴ, ἐπιείκεια, *lenitas*, *indulgentia*. Sir. XI, 17. ἐστὶ πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ, est qui ditescit per *tenacitatem* et parsimoniam suam. *Hesych.* προσοχὴ, κατανόησις, νῆψις.

ΠΡΟΣΟΧΘΕ'Ω, *offendor*, *infensus sum*, *indignor*, *aversor*, *abominor*. שָׁקַץ Pih. *Al.* Ps. XXI, 25. προσώχθησε. *Hesych.* οὐ προσώχθησαν, οὐκ ἀπεστράφησαν. *Gloss. Brem.* Οὐ προσώχθησεν, οὐκ ἐμίσησεν.

ΠΡΟΣΟΧΘΙ'ΖΩ, idem, item *abiicio*. גָּעַל, *fastidio*. Lev. XXVI, 43. τοῖς προστάγμασί μου προσώχθισαν, praecepta mea *aversantur*. Vide et v. 15. et 44. Conf. Sir. VI, 27. 2 Sam. I, 21. ὅτι ἐκεῖ προσωχθίσθη θυρεὸς δυνατῶν, ibi *cum contemtu abiectus* est clypeus potentium. - מָאַס, *sperno*. Psalm. XXXV, 4. κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθισε, malitiam autem non *aversatur*. - נִתְעַב Niph. *abominor*. 1 Par. XXI, 6. προσώχθισεν ὁ λόγος τοῦ βασιλέως τὸν Ἰωὰβ, *abominationi erat* verbum regis Ioabo. - קִיא, *evomo*. *Evomere* autem est signum fastidii et aversionis. Levit. XVIII, 25. προσώχθισεν ἡ γῆ τοῖς ἐγκαθημένοις, terra *aversatur* incolas, ubi non assentior *Scharfenbergio*, qui eos קוץ legisse putat: potius causam pro effectu posuerunt. Vide et v. 28. et Lev. XX, 22. - קוּט, *fastidio*. Ps. XCIV, 11. προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, *aversatus sum* hanc generationem. *Psalter. Rom. proximus fui.* Sc. vox graeca est ambigua, et notat *offensus fui*, et *proximus fui*. - קוּץ, *taedet*. Gen. XXVII, 46. προσώχθικα τῇ ζωῇ μου, *odi vitam meam*, h. e. *diutius vivere non opto*. Num. XXI, 5. ἡ δὲ ψυχὴ ἡμῶν προσώχθισεν ἐν τῷ ἄρτῳ, animam autem nostram *taedium tenet* panis. Conf. Sir. L, 27. Num. XXII, 3. προσώχθισε Μωὰβ ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, *abominabatur* Moab faciem filiorum Israel. - שָׁקַץ Pih. Deut. VII, 26. Ps. XXI, 25. Sir. XXV, 3. προσώχθισα σφόδρα τῇ ζωῇ αὐτῶν, valde *abominatus sum* vitam illorum. *Hesych.* προσώχθισα, ἐμίσησα, προσέκοψα. *Suidas:* προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, δυσηρεστήθην. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* προσώχθισα, ἐβδελυξάμην, ἐμυσάχθην. Rursus *Suidas:* προσώχθικε, προσκέκρουκε, προσκέκοφεν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἐπινηχόμενα ταῖς ὄχθαις προσκρούεσθαι.

ΠΡΟΣΟ'ΧΘΙΣΜΑ, *offensio*, *offendiculum*, *res abominanda*, *idolum*, *quo Deus offenditur*, *quod Deo abominationi*

est, it. *quod taedio est.* אֱלֹהִים, *Deus*, item: *idolum.* 1 Reg. XI, 33. Sermo ibi est de Astarte, idolo Philistaeorum et Sidoniorum. - בַּעַל, *Baal*, *idolum.* 1 Reg. XVI, 32. ἐν οἴκῳ τῶν προσοχθισμάτων, in templo *idolorum.* - שַׁקֵּץ inf. Pih. *detestando.* Deut. VII, 26. - שִׁקּוּץ, *detestatio*, *abominatio.* 2 Reg. XXIII, 13. τῇ Ἀσὰλ τῷ προσοχθίσματι Σιδωνίων, καὶ τῷ Γαμὼς προσοχθίσματι Μωὰβ, Asal *idolo* Sidoniorum, et Gamos *idolo* Moabitarum. 2 Reg. XXIII, 24. πάντα τὰ προσοχθίσματα, omnia *idola.* Vide et Ezech. V, 11. VII, 20. 3 Macc. II, 18. - תּוֹעֲבוֹת plur. *Theod.* Ezech. V, 11. προσοχθίσματα. Conf. *Orat. Manass.* v. 10. *Suidas:* προσοχθίσματα, ἡ γραφὴ καλεῖ τὰ εἴδωλα. Sir. XXVII, 13. διήγησις μωρῶν προσόχθισμα, narratio stultorum *taedio* seu *odiosa est.* Mallem: *alios offendit et ad peccandum seducit. Tigurina: offensionem habet.* Potest etiam reddi: *narrant sua malefacta et delicta.*

ΠΡΟΣΟΧΥΡΟ'Ω, *insuper* vel *amplius munio.* 1 Macc. XIII, 48. et 53.

ΠΡΟ'ΣΟΨΙΣ, *aspectus*, *facies*, *prospectus.* מְגַמָּה, *oppositio*, sec. alios *haustus. Symm.* Hab. I, 9. πρόσοψις τοῦ προσώπου, *pars illa vultus*, *qua videtur*, h. e. *vultus ipse*, seu: *facies ipsa*, *quae videtur. Hieron. facies eorum.* Sic quoque *Chaldaeus.* Nonnullis videntur מְגַמַּת accepisse, quasi idem esset cum לְעֻמַּת, quod *ex adverso* Hebraeis significat. *Bahrdtius* in *App. Crit.* ad h. l. πρόσοψιν per *intentionem* transtulit, ut legerit: מְזִמַּת, *intentio ipsorum pestilentissima est.* Equidem verba *Symmachi* reddenda arbitror *antica facierum*, ut respexerit arab. جبأ, *apparentia*, *res exstans*, *conspicua.* - פֵּאָה, *angulus. Al.* Lev. XIX, 27. πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς. - צְפִירָה, *cidaris matutina*, sec. alios *matutinum tempus. Symm.* Ezech. VII, 7. 10. Vide supra s. v. προσκόπησις. - רֵוָה chald. *forma.* Dan. II, 31. sec. cod. *Chis. Theodot.* ibi ὅρασις habet. Vide et 2 Macc. VI, 18.

ΠΡΟΣΠΑΙ'ΖΩ, *ludo*, *illudo*, *ludificor*, etiam *conversor*, *familiaris sum.* רָקַד, *salto.* Iob. XXI, 11. τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν, infantes autem illorum *inter se ludunt.* Sir. VIII, 5. μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ. *Bielius* perperam transtulit: *ne ludificeris indoctum.* (Conf. *Aelian. V. H.* IX, 28.) Potius: *ne familiariter vivas*, aut *communionem habeas cum indisciplinato. Vulgatus: non communices homini indocto*, ut metaphora desumta sit a pueris, qui cum familiaribus suis ludunt et iocantur.

**ΠΡΟΣΠΑΙ'Ω*, *impingo*, *offendo.* נָגַף, *impingo. Symm.* (sec. *Eusebium* in *Comment.* p. 597.) Ps. XC, 12. ἵνα μὴ προσπαίσῃ ἐν λίθῳ ποδί σου.

ΠΡΟΣΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, *insuper* vel *praeterea adhortor*, 2 Macc. XII, 31. *Polyb.* III, 64, 11.

ΠΡΟΣΠΑ'ΣΣΩ, *adspergo, inspergo.* Tob. XI, 7. *προσέπασε τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς.*

ΠΡΟΣΠΕ'ΜΠΩ, *insuper mitto, admitto, deduco.* 3 Esdr. IV, 47.

ΠΡΟΣΠΙ'ΠΤΩ, *procido, irruo, ruo, accido, evenio, nuntior, pervenio.* הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *appropinquare facio.* Exod. IV, 25. *προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, procidebat* ad pedes eius. Conf. Marc. VII, 25. - יָצָא, *exeo,* h. l. *cito procedo,* ut et vernaculum *herausgehen* usurpatur. Prov. XXV, 8. *μὴ πρόσπιπτε εἰς μάχην ταχέως,* ne *irruas* in contentionem celeriter. *Iaegerus* coniicit *πρόπιπτε, ne praeceps ruas.* (*Προπίπτειν εἰς μάχην*, ut *εἰς φιλοποσίαν προαχθέντας, εἰς ἡδονὰς ἐκκυλισθέντας* apud *Xenoph. Mem.* I, 2, 22. ubi vid. *Ernesti* et *Ruhnkenius.*) Sed *προσπίπτειν* eundem sensum fundit. - כָּרַע, *incurvo me.* Ps. LXXI, 9. *ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται Αἰθίοπες,* coram illo *procident* Aethiopes. Ps. XCIV, 6. *προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ,* adoremus et *procidamus* coram illo. Ita Luc. VIII, 47. *προσπεσοῦσα αὐτῷ.* Ita etiam *Polybius* et *Plutarchus* locuti sunt. Vide *Raphelii annotatt. Polybian.* ad Marc. III, 11. et *Elsnerum* ad eundem locum p. 137. - נָפַל, *cado.* Gen. XXXIII, 4. *προσέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, eum amplexus est.* Esth. VIII, 3. *προσέπεσεν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, procidebat* ad pedes eius. - הִתְנַפֵּל Hithp. *prosterno me. Al.* Esdr. X, 1. *προσπίπτων.* Praeterea legitur Prov. XXV, 20. ubi verbis *προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι* nihil in textu respondet, et omnino videndus est *Iaegerus.* 3 Esdr. II, 17. *ὁ τὰ προσπίπτοντα,* sc. *γράφων,* qui scribit illa, quae *accidunt.* Conf. v. 25. et *Ioseph. A. I.* XI, 2. p. 549. *Haverc.* ubi idem *Rathymus* dicitur *ὁ πάντα τὰ πραττόμενα γράφων. Suidas: προσπέσῃ, συμβῇ. Lex. Cyrilli MS. Brem. τὰ προσπίπτοντα, τὰ ἀπαντῶντα, τὰ συμβαίνοντα.* 3 Esdr. VIII, 9. *προσπεσόντος δὲ τοῦ γραφέντος προστάγματος παρὰ Ἀρταξέρξου βασιλέως πρὸς Ἔσδραν,* cum autem mandatum scriptum ab Artaxerxe rege *perveniret* ad Esdram. 3 Macc. IV, 1. *πάντῃ δὲ, ὅπου προσέπιπτε τοῦτο τὸ πρόσταγμα:* ubi etiam *προσπίπτειν* est *pervenire, annuntiare. Polyb.* V, 101, 3. *ἡ φήμη προσπίπτει αὐτοῖς.* Sic *διαπίπτειν* quoque usurpatur a *Iosepho* de *B. I.* II, 16. p. 186. *ἐμοὶ διαπίπτει ὁ λόγος.* Sir. XXV, 23. *μὴ προσπέσῃς ἐπὶ κάλλος γυναικὸς,* ne *capiaris* pulchritudine. mulieris. Vulg. *ne respicias.* Legit *προσίδῃς.* 2 Macc. V, 10. *προσπεσόντων δὲ τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν γεγονότων,* cum autem *nuntiarentur* seu *innotuissent* regi, quae facta essent. Vide et 2 Macc. VIII, 12. IX, 3. XIII, 1. 3 Macc. I, 16. loco *προπεσόντων* codex *Alex.* habet *προσπεσόντων. Suidas: προσπεσόντων, ἀγγελθέντων. Πολύβιος· προσπε-*

σόντων δὲ τούτων εἰς Τάραντα, καὶ τοὺς Τυρίους, ἠγανάκτει τὰ πλήθη. Idem *Suidas*: προσπιπτούσης, ἀντὶ τοῦ ἀγγελλομένης.

ΠΡΟΣΠΛΟΚΗ', *complexus*. כְּפִי תַחְרָא, *os loricae*. *Aqu.* sec. cod. *Basil.* Exod. XXVIII, 32. Mihi haec nota hexaplaris admodum suspecta est.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'Ω, proprie *facio, ut meum sit*, *acquiro*. Sir. XXXI, 35. προσποιῶν τραύματα, *acquirens* vulnera.

**ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ*, *vindico mihi*, *acquiro*, *in potestatem redigo*, it. *simulo*. הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono*. *Inc.* 2 Sam. XIII, 20. μὴ προσποιοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου τοῦ λαλῆσαι, h. e. interprete *Montfauconio*: *ne simules in corde tuo, ut loquaris*. Versio haec nullum plane sensum fundit, et a textu hebr. est admodum aliena. Quid si legatur προσπονοῦ? Favet huic coniecturae *Vulgatus Int.* (qui habet: *neque affligas cor tuum pro hac re*), et ipsa formula hebr. הֵשִׁית אֵת לֵב, sequ. לְ, quae h. l. notat *in animum revocare* s. *angi*, cui tamen obstare videtur τοῦ λαλῆσαι. Sed illud τοῦ λαλῆσαι sine dubio huc e versione LXX Intt. irrepsit, atque eius loco substituendum erit τῷ ῥήματι τούτῳ ex *Vulgato Int.* hoc sensu: *ne affligaris* aut *moerore te confici patiaris per hoc inhoneste factum*. — *הִתְהֹלֵל, *fingo me furere*. 1 Sam. XXI, 13. προσεποιήσατο sec. cod. *Vat.* ubi supplendum est μαίνεσθαι, aut μανίαν. E quo tamen loco luculenter apparet, προσποιέομαι etiam notare *fingo me aliquid esse aut facere*, *affecto*, *simulo*. Praeterea legitur Dan. XIII, 10. sec. cod. *Chis.* ἕτερος τῷ ἑτέρῳ οὐ προσεποιεῖτο τὸ κακὸν, pro quo in Cod. *Vat.* legitur οὐκ ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις κ. τ. λ. ubi, si lectio sana est, προσποιεῖσθαι erit *communicare cum altero*, *notum facere*, aut, deleto οὐ, per *celare*, *occultare*, reddendum erit. Conf. *Theod.* v. 10. et 11. *Hesych.* προσποιεῖται, σχηματίζεται. *Photius Lex.* προσποιεῖται, οἰκειοποιεῖται, ἢ πλάττεται καὶ ὑποκρίνεται.

**ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ ΚΟΛΑΚΕΥ'ΩΝ*, *simulo adulans*, seu *in speciem adulor*. חָנַן. *Symm.* (sec. cod. *Reg.*) Iob. XIX, 17. προσεποιούμην κολακεύων, quae vera lectio mihi videtur. Προσεκαλούμην, quod habet Cod. *Colbert.*, e versione Alex. mihi irrepsisse videtur.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ ΕΝΟΧΛΕΙ͂ΣΘΑΙ, *simulo, me morbo vexari*. הִתְחַלָּה Hithp. idem. 2 Sam. XIII, 5. προσποιοῦ ἐνοχλεῖσθαι, *morbum simula*. Conf. Luc. XXIV, 28. et *Aelian. V. H.* VIII, 5.

ΟΥ' ΠΡΟΣΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ, *non vindico mihi, non pro meo agnosco, negligo*. חָדַל, *desisto*. Iob. XIX, 14. οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοί μου, *non vindicarunt me sibi*, *non pro suo me vindicarunt*, vel: *neglexerunt me proximi mei*. Ita apud *Suidam* v. προσποιεῖται in fragmento *Incerti*: οἱ δὲ οὐ προσποιοῦνται κακουμένους Ῥωμαίους, καίπερ αὐτῶν φίλοι ἐκ παλαιοῦ ἐς τὰ μάλιστα ὄντες. Apud *Hesychium* οὐ προσεποιήσαντο redditur: οὐκ ἠγάπησαν.

ΠΡΟΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *accedo*, it. *adhaereo*, *partes sequor*, *familiaritatem contraho*. בּוֹא, *venio*. 2 Par. XIII, 9. - גּוּר, *peregrinor*. Lev. XIX, 34. Num. XV, 24. - הָלַךְ, *eo*. Gen. II, 14. Ios. VIII, 35. τοῖς προσηλύτοις τοῖς προσπορευομένοις τῷ Ἰσραὴλ, proselytis, qui *adhaerent* Israeli, vel qui *partes sequuntur* Israelis, aut *familiaritatem contraxerunt* cum Israelitis. Sic Sirac. XII, 18. τὸν προσπορευόμενον ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ. - נִבְדַּל Niph. a בָּדַל, *separo me*. Nehem. X, 28. πᾶς ὁ προσπορευόμενος ἀπὸ λαῶν τῆς γῆς πρὸς νόμον τοῦ θεοῦ, omnis, qui a gentibus terrae (separans sc. se ab idololatria) ad legem Dei accedebat, h. e. omnis proselytus. - נָגַשׁ, *appropinquo*. Exod. XXIV, 14. ἐάν τινι συμβῇ κρίσις, προσπορευέσθωσαν αὐτοῖς, si alicui accidat lis, *accedat* ad illos. *Suidas*: προσπορευομένων, προσερχομένων μεθ' ἱκετηρίας. Προσπορευομένων δ' αὐτῷ τῶν ἠδικημένων, τοὺς μὲν διέσυρε χλευάζων, τῶν δὲ κατανίστατο, τοὺς δὲ ἐξέπληττε λοιδορῶν. Sunt verba *Polybii* l. IV. c. 3. annotante *Küstero*. Conf. Marc. X, 35. Exod. XXX, 8. ὅταν προσπορεύωνται πρὸς τὸ θυσιαστήριον, si *accedant* ad altare. - קָרַב, idem. Exod. XXXVI, 2. προσπορεύεσθαι πρὸς τὰ ἔργα, *accedere* ad opera. - קָרֵב, verbale. Num. I, 51. III, 38. XVIII, 7. Προσπορεύεσθαί τινι notat *rem habere*, *matrimonium inire*. Tob. VI, 21.

**ΠΡΟΣΠΡΟΑ'ΓΩ*. 3 Esdr. I, 33. sec. cod. *Alex*. τὰ δὲ προσπροαχθέντα. Legendum προπραχθέντα, aut potius προσπροπραχθέντα.

**ΠΡΟΣΠΡΟΠΡΑ'ΣΣΩ*, *praeterea prior s. prius ago*. Vide s. v. προσπροάγω.

ΠΡΟ'ΣΠΤΑΙΣΜΑ, *offendiculum*. מוֹקֵשׁ, *laqueus*. *Aqu*. Exod. X, 7. *Hesych*. πρόσπταισμα, πρόσκομμα. Idem: προσπταίοντες, προσκρούοντες, προσκόπτοντες.

ΠΡΟΣΠΥΡΟ'Ω, *amplius accendo*, item simpliciter *incendo*. 2 Macc. XIV, 11. ubi tamen sensu metaphorico adhibetur, ut sit *magis ad iram impellere et incitare*. Verba sunt: προσεπύρωσαν τὸν Δημήτριον. *Syrus*: *incendebant iram Demetrii*.

ΠΡΟΣΡΑΙ'ΝΩ, *aspergo*, *spargendo adiicio*. הִזָּה Hiph. a נָזָה, idem. Lev. IV, 6. VIII, 29. s. 30.

ΠΡΟ'ΣΡΗΞΙΣ, *impetus*. זֶרֶם, *inundatio*. *Aqu*. *Symm*. Hab. III, 9. πρόσρηξις τῶν ὑδάτων, impetus aquarum. *Schol*. *Hom*. *Il*. α', 34. Sic et verbum προσρήγνυμι significat *irruo*, *impetum facio*, et de *fluvio vehementi* usurpatur. Luc. VI, 48. προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. *Suidas*: προσρῆξαν, προσαράξαν.

ΠΡΟΣΡΗ'ΣΣΩ vel *ΠΡΟΣΡΗ'ΓΝΥΜΙ*, *illido*, *allido*, *affligo terrae*, *disrumpo*, *confringo*. נִפֵּץ *Pih*. *disrumpo*. *Aqu*. Ps. II, 9. προσρήξεις αὐτοὺς, *allides eos*. Sic ῥήσσειν Marc.

IX, 18. Idem Ies. XXVII, 9. *προσεῤῥαγμένους*. Vide *Eustathium* in lb. *α'*. p. 98, 48.

ΠΡΟΣΣΙΑΛΙ'ΖΩ, *spuo in aliquem*, *salivam emitto contra aliquem*, *adspuo*, *despuo*. רָקַק. Lev. XV, 8. *προσσιαλίσῃ* secundum libros nonnullos. In cod. *Vat.* legitur: *προσσιελίσῃ*, quod idem notat.

**ΠΡΟΣΣΙΕΛΙ'ΖΩ*, idem: nam *σίελος* pariter ac *σίαλος* scribitur. Vide s. v. *προσσιαλίζω*.

ΠΡΟΣΣΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, *simul adhaereo*. הִתְחַבֵּר Hithp. *misceo me*. *Al.* Dan. XI, 10. *προσσυμπλακήσεται*.

**ΠΡΟΣΤΑΓΗ'*, *edictum*. מִלָּה chald. *verbum*. Dan. III, 28. *Lycophr. Alex.* v. 138. *Schol. Thucyd.* IV. p. 305, 92. *Schol.*

ΠΡΟ'ΣΤΑΓΜΑ, *praeceptum*, *mandatum*, *edictum*, *iussus*. בְּכוֹרָה, *primogenitura*. Deut. XII, 6. sec. *Ald.* Scilicet lege Mosaica praescriptum erat, ut primogenita Deo consecrarentur. Ergo libere verterunt, nec de varia lectione cogitandum erit. - דָּבָר, *verbum*, it. *praeceptum*. Gen. XXIV, 50. ubi alii libri *πρᾶγμα* habent. Videtur esse alius interpretis. Deut. XV, 1. XIX, 4. Ios. VIII, 27. *Oἱ ἄλλοι* Prov. XXV, 2. ubi vide supra s. *πρᾶγμα*. Adde Dan. IX, 2. sec. *Chis.* coll. v. 12. - דָּת, *lex*. Esth. VIII, 14. - דָּבָר וְדָת, *verbum et lex*. Esth. II, 8. - חֹק, *statutum*. Gen. XLVII, 26. Exod. XVIII, 16. 20. Iob. XXVI, 10. ubi *πρόσταγμα terminum*, *finem non transgrediendum* notat, aeque ac Ps. CXLVIII, 6. Adde *Symm.* Prov. XXXI, 15. ubi *praescriptam portionem alimentorum* notat, i. q. *σιτομέτριον* in N. T. *Symm.* Ps. XCIV, 20. *Theod.* Mich. VII, 5. - חֻקָּה, idem. Lev. XVIII, 4. 5. XIX, 37. XX, 8. et alibi saepius. - יָד, *manus*. Iob. XXVI, 13. יָד h. l. *potentiam divinam* notat, quae etiam innuitur in SS., si Deo *loquela* tribuitur. - *יִרְאַת, *timor*. Prov. XIV, 27. Legerunt תּוֹרַת, ut cap. XIII, 14. sensu non incommodo. - *מִלְּתָא chald. *verbum*. Dan. II, 15. sec. cod. *Chis.* - מִצְוָה. Exod. XX, 6. Lev. IV, 2. XXVI, 14. et alibi. - מִשְׁמֶרֶת, *observatio*, etiam *quod est observandum*. Gen. XXVI, 5. Levit. XVIII, 30. Zach. III, 7. - מִשְׁפָּט, *ius*. Levit. XVIII, 26. XIX, 37. Psalm. VII, 7. - נְשָׁמָה, *halitus*. Iob. IV, 9. Non legerunt מִמִּצְוַת, ut nonnullis placuit, sed rem expresserunt, non vocis proprietatem. Nam flatus iste Dei est eius *imperium*. - פֶּה, *os*, et metonymice *ore prolatum*. Lev. XXIV, 12. Num. IX, 18. 20. 23. et alibi saepius. - *פִּקּוּד, *mandatum*. *Inc.* Ps. XVIII, 9. *Aqu.* et *Ed. Quinta* Psalm. CXVIII, 56. - תּוֹרָה, *lex*. 2 Par. XIX, 10. Ierem. XXXII, 23. De *lege Mosaica* adhibetur Iob. I, 6. coll. Baruch. IV, 1. Sir. I, 5. 3 Esdr. VII, 4. *sententia*, *mandatum*, chald. טְעֵם Esdr. VI, 14. 3 Esdr.

VIII, 8. *scriptum, epistola, qua aliquid mandatur*, chald. נִשְׁתְּוָן. Esdr. VII, 11.

ΠΡΟ'ΣΤΑΞΙΣ, ordinatio, it. *sumtus ordinatus, constitutus*. 2 Macc. IX, 16. sec. *Alex.* et *Compl.* In reliquis libris legitur *σύνταξις*.

ΠΡΟΣΤΑΡΑ'ΣΣΩ, amplius vel *praeterea turbo*. Sir. IV, 3. *καρδίαν παρωργισμένην μὴ προσταράξῃς*.

ΠΡΟΣΤΑ'Σ, porticus, vestibulum, spatium vacuum inter porticus, ante ianuas conclavium porrectas in aedificiis Graecis, ut testatur *Vitruvius* lib. VI. c. 10. אֵילָם, *vestibulum. Aqu. sec. primam edit.* Ezech. VIII, 16. *προστάδα*, ubi vid. *Montfauconius*. - מִסְדְּרוֹנָה, *excubitorium*. Iud. III, 23. *Hesychius: προστὰς, προστῷον.*

ΠΡΟΣΤΑΤΕ'Ω, praefectus sum, praesum. Esth. II, 9. sec. *Vet. Alt.* 1 Macc. XIV, 47. Vide et Sir. XLV, 33. ubi pro *προστάτην Grotius* bene legendum censet *προστατεῖν ἁγίων καὶ λαοῦ αὐτοῦ*, ut praeesset sanctis et populo ipsius.

ΠΡΟΣΤΑ'ΤΗΣ, praefectus, antistes, qui rei alicui praeest, eamque administrat. נִצָּב part. Niph. a יָצַב, *constitutus*. 2 Par. VIII, 10. - פְּקֻדָּה, *praefectura*. 2 Par. XXIV, 11. - פָּקִיד, *praefectus, praeses.* 2 Par. XXIV, 11. - שַׂר, *princeps*. 1 Par. XXVII, 31. XXIX, 6. Vide et 3 Esdr. II, 12. hebr. נָשִׂיא, Esdr. I, 9.

ΠΡΟΣΤΑ'ΤΤΩ, praecipio, mando. אָמַר, *dico.* Ion. II, 11. - גָּלָה, *revelo.* Esth. III, 14. - דָּבָר יָצָא, *verbum exit.* Esth. I, 19. - דִּבֵּר Pih. *loquor.* Ios. V, 14. - מַאֲמַר, *edictum.* Esth. I, 15. - מִנָּה Pih. *paro.* Ion. II, 1. IV, 7. ubi libere transtulerunt. - מִפְקָד, *mandatum.* 2 Par. XXXI, 13. - מִצְוָה, idem. Ies. XXXVI, 21. - פָּרַץ, *erumpo.* 2 Par. XXXI, 5. Arab. فرض, *praecipere, constituere.* - צִוָּה Pih. Gen. XLVII, 11. L, 2. *Symm.* Ps. LXVII, 29. *πρόσταξον*, ubi pro צִוָּה in praeterito legerunt aliis punctis צַוֵּה in imperativo. *Hieronymus* autem legisse videtur *προστάσσει*. Vertit enim *praecipit*. 3 Esdr. VIII, 11. ubi est *per mandatum alicui concedere aliquid*, i. q. nos *einem etwas bewilligen*. 3 Esdr. VI, 23. chald. שׂוּם טְעֵם, *mitto sententiam*, h. e. *mando*. Esdr. VI, 1. Vide s. *συντάσσω*.

**ΠΡΟ'ΣΤΕ ΔΕ', ad haec vero.* גַּם, *etiam. Symm.* Cohel. IX, 1. LXX habent: *καίγε*.

ΠΡΟΣΤΙ'ΘΗΜΙ, appono, addo, adiicio, augeo, colligo, et *προστίθεμαι, adiungo me partibus alicuius, transeo in partes, associo me, adhaereo.* אָסַף, *congrego.* Gen. XXV, 8. *προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, adiungebatur* populo suo, h. e. *moriebatur.* Vide et Gen. XLIX, 29. 32. Num. XX, 24. XXVII, 13. XXXI, 2. Gen. XXV, 17. *προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ, adiungebatur* familiae suae. Vide et v. 29.

Num. XX, 26. *Ἀαρὼν προστεθεὶς* (sc. *πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ*), *ἀποθανέτω ἐκεῖ*, Aaron *adiungatur* populo suo, et moriatur ibi. Conf. Num. XXVII, 13. Iud. II, 10. *προσετέθησαν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν*, *adiuncti sunt* patribus suis. Conf. Act. XIII, 26. et *Fesselii Adversaria Sacr.* lib. IV. c. 6. p. 362. 2 Reg. XXII, 20. *προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου*, *adiungo* te patribus tuis. Vide et 2 Par. XXXIV, 28. Iud. XVIII, 25. *προσθήσεις τὴν ψυχήν σου καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ οἴκου σου*, scil. *πρὸς τοὺς πατέρας σου*, adiunges animam tuam et animam familiae tuae patribus tuis, h. e. *morti trades*, vel: *auctor eris mortis tuae et familiae tuae.* Conf. quae in h. v. post hebr. יָסַף allata sunt ex Prov. XIX, 19. 1 Sam. XV, 6. *μὴ προσθῶ σε μετ' αὐτοῦ*, sc. *πρὸς τοὺς πατέρας σου*, ne adiungam te patribus tuis cum illo, h. e. ne te *morti tradam*, vel: *occidam* cum illo. Ita quoque ibi *Inc. Int.* In omnibus hisce locis LXX יָסַף nonnullis legisse videntur. Iob. XXVII, 19. pro *προσθήσει* legendum est *προσθήσεται*. Nam in textu hebr. legitur יֵאָסֵף. - *גֶּשֶׁם, *imber.* Zach. XIV, 17. Legerunt vel הַגַּשֵּׁשׁ, *palpatio*, vel הַגִּשָׁם, *accedere eos*, inf. Hiph. a נָגַשׁ, *accedo.* - *דּוֹבֵב, *leniter incedens et quasi irrepens. Symm.* Cant. VII, 9. *προστιθέμενος.* Sensum expressit. *Ita leniter incedens per labia ac dentes, ut quasi coniunctum cum iis videatur vinum. E Grotii* sententia דּוֹבֵק legisse videtur. - דָּבַק, *adhaereo.* Deut. XIII, 4. *πρὸς αὐτὸν προστεθήσεσθε*, eius *partes sequemini.* Ios. XXII, 5. sec. *Compl.* Ib. XXIII, 12. *ἐὰν γὰρ ἀποστραφῆτε, καὶ προσθῆσθε τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἔθνεσι τούτοις*, si enim deficiatis, et *in partes transeatis*, vel: *partes sequamini* harum gentium. Ita *Plutarchus* in *Arato* p. 1038. *Μεγαρεῖς τε γὰρ ἀποστάντες Ἀντιγόνου, τῷ Ἀράτῳ προσέθεντο, Megarenses, cum ab Antigono defecissent, Arati partes secuti sunt.* Ita et alii profani. Vide auctores *Wolfio* ad Act. II, 41. p. 1044. citatos. - דָּבַר, *loquor. Symm.* Cant. VII, 10. *προτιθέμενος.* Legit דִּבֵּק. - הֵעִיר Hiph. ab עוּר, *excito.* Ies. L, 4. *προσέθηκέ μοι ὠτίον τοῦ ἀκούειν*, *apposuit* mihi aurem ad audiendum. Libere verterunt. - הִרְבָּה Hiph. *multiplico.* Exod. XXX, 15. *ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει*, sc. *τὶ*, dives non plus *conferet.* - הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono.* Ps. LXI, 10. *μὴ προστίθεσθε καρδίαν*, h. e. ne *nimis ametis*, aut *studeatis.* Conf. infra s. v. *τάσσω.* - הֵתֵל Pih. *illudo.* Iob. XIII, 9. *εἰ γὰρ τὰ πάντα ποιοῦντες προστεθήσεσθε αὐτῷ*, si enim omnia facientes *adhaereatis* illi. N. L. - חָבֵר, *socius.* Ezech. XXXVII, 16. *τοὺς προστεθέντας αὐτῷ*, qui *partes eius sequuntur.* - טָפַל, *assuo. Symm.* Iob. XIII, 4. ubi *προστίθεσθαι ψεύσματι*, *adiungi mendacio*, est *fabricari*, seu: *concinnare mendacia.* - יָסַף: נוֹסַף: הוֹסִיף: הוּסַף, Kal, Niph. Hiph. et Hoph. Gen. IV, 2. *προσέθετο τεκεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*, *iterum* peperit fratrem eius, Gen. VIII, 12. *οὐ*

προσέθετο τοῦ ἐπιστρέψαι πρὸς αὐτὸν ἔτι, non *iterum* revertebatur ad illum. Vide et Lev. XXVI, 18. Num. XXII, 15. Deut. XXV, 5. et conf. Luc. XX, 11. Act. XII, 3. Gen. XXV, 1. *προςθέμενος Ἀβραὰμ ἔλαβε γυναῖκα*, *iterum* Abraam sumebat uxorem. Exod. I, 10. *προστεθήσονται καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους*, *transibunt* et hi *in partes* adversariorum. Lev. XXVII, 13. *προσθήσει τὸ ἐπίπεμπτον πρὸς τὴν τιμὴν αὐτοῦ*, *addet* quintam partem pretio eius. Vide et Num. V, 7. Deut. XIX, 9. *προσθήσεις σεαυτῷ ἔτι τρεῖς πόλεις*, *addes* tibi adhuc tres urbes. 1 Reg. XII, 11. et 14. *προσθήσω* (sc. *τὶ*) *ἐπὶ τὸν κλοιὸν ὑμῶν*, *addam* aliquid iugo vestro. 2 Par. IX, 6. *προσέθηκας* (sc. *τὶ*) *ἐπὶ τὴν ἀκοὴν*, *addidisti* aliquid famae. Vide et 2 Par. X, 11. 14. Esdr. X, 10. Iob. XXIX, 1. *ἔτι δὲ προσθεὶς Ἰὼβ εἶπε*, tunc *pergebat* Iobus in carmine suo. Vide et Iob. XXXVI, 1. et conf. Luc. XIX, 11. ac quae ex *Aristotelis Rhet.* III. c. 5. extr. notat *Schwartzius* ad *Olearium de stilo N. T.* p. 125. Prov. X, 28. *φόβος κυρίου προστίθησι ἡμέρας*, timor domini *auget* dies. Vide et Cohel. I, 18. Prov. XIX, 19. *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προσθήσει*, sc. *πρὸς τοὺς πατέρας*, h. e. *auctor* erit *mortis suae*. Cohel. I, 16. *προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ πᾶσιν*, h. e. omnes sapientia *superavi*. Vide et Cohel. II, 9. - נָדַף, *impello*. *Theod.* et LXX Iob. XXXII, 13. *κυρίῳ προσθέμενοι*, Domino *adhaerentes*. N. L. - נִלְוָה, *adiungo me*, Niph. Num. XVIII, 2. *προστεθήτωσάν σοι*, *adiungant* se tibi, pro quo v. 4. legitur *προστεθήσονται πρός σε*. Vide et Ies. XIV, 1. Esth. IX, 27. *ἐπὶ δὲ προστεθειμένοις ἐπ᾽ αὐτῶν*, super illos, qui *adiungerent* se ipsis. Dan. XI, 34. *προστεθήσονται ἐπ᾽ αὐτοὺς πολλοὶ*, multi sese illis *adiungent*. Adde *Inc.* Zach. II, 11. - נָפַל, *cado*. 2 Par. XV, 9. *προσετέθησαν πρὸς αὐτὸν τοῦ Ἰσραὴλ πολλοὶ*, *transibant in partes* eius multi Israelitae. Sic in l. vernacula: *einem zufallen*. - נִצַּל Niph. *evado*. Deut. XXIII, 15. *ὃς προστέθειταί σοι παρὰ τοῦ κυρίου αὐτοῦ*, qui *in partes* tuas *transiit* a domino suo. - נָתַן, *do*. Lev. XIX, 14. *ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον*, coram coeco non *appones* aut *pones* offendiculum. Adde Gen. XXIX, 33. sec. MS. *Oxon.* ubi cum *προσδίδωμι* permutatur in codicibus. - סוּף, *dissipo*. Amos. III, 15. Legerunt וַיֹּסִפוּ a יָסַף, *addidit*. - סָפָה: נִסְפָּה, Kal et Niph. *perdo*, *consumor*. Num. XXXII, 14. *προσθεῖναι* (sc. *τὶ*) *ἔτι ἐπὶ τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς κυρίου*, ut *adderetis* adhuc aliquid ad excandescentiam irae Domini, vel: ut *augeretis* excandescentiam irae Domini. 1 Sam. XII, 25. *ὑμεῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν προστεθήσεσθε*, sc. *πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν*, vos et rex vester *adiungemini* patribus vestris, h. e. *moriemini*. Alii ibi habent *ἀπολεῖσθε*. Non permutarunt invicem סָפָה et סָפָה, sed vox סָפָה praeter *perdendi* etiam *addendi* notionem habet, ut apparet e reliquis locis hic ad-

ductis. Vide et 1 Sam. XXVI, 10. 1 Sam. XXVII, 1. *προστεθήσομαι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ εἰς χεῖρας Σαοὺλ*, *incidam* in die quodam in manus Sauli. Ies. XXXI, 1. *προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας*, peccata peccatis *cumulare*. Conf. Sir. III, 26. – סָפַח, *associo*. Ies. XIV, 1. *προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακὼβ*, *associabit se* domui Iacob. – סִפֵּר Pih. *narro*. Ps. LXVIII, 31. *ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν*, sc. *τὶ*, dolori vulnerum meorum *addiderunt* aliquid. Legerunt יְסַפּוּ aut יוֹסִיפוּ, a יָסַף, Hiph., *addere*. – עָנָה, *respondeo*. Exod. XXIII, 2. *οὐ προστεθήσῃ μετὰ πλήθους*, non *adiungas* te multitudini. – עָרַךְ, *ordino*. Exod. XL, 21. *προσέθηκεν ἐπ' αὐτῆς τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως*, *certo ordine apposuit* in illa panes propositionis. Vide et Lev. XXIV, 8. *Symm.* Iob. XXIII, 3. ubi *προστιθέναι ἔμπροσθεν τινὸς* metaphorice sumtum notat *proponere alicui aliquid ad examinandum et diiudicandum*. *Symm.* Prov. IX, 2. *προσέθηκεν*, *apposuit* aut *cibis instruxit*. Vide supra s. *παρατάσσω*. – *צָבָה, *intumesco*. Num. V, 27. ubi loco *προσθήσεται*, quod habet ed. *Ald.*, legendum *πρησθήσεται* aut *πρισθήσεται*. – *רָקַע, *expando*. Num. XVI, 39. ubi pro *προσέθηκαν* alii habent *περιέθηκαν*, quod textui hebr. magis convenit. – שׁוּב, *revertor*. 2 Reg. I, 11. – שָׁנָה, *itero*. Iob. XXIX, 22. *ἐπὶ τῷ ἐμῷ ῥήματι οὐ προσέθεντο*, sc. *τὶ*, verbo meo non *addebant* aliquid. Praeterea legitur Dan. VI, 28. sec. *Chis.* *ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος προσετέθη πρὸς τὸ γένος αὐτοῦ*, rex Darius *mortuus* est, ubi nihil legitur in textu. Sic etiam vox *πρόσθες* 1 Paral. XXII, 15. apud LXX pariter ac alios Intt. ex fine autecedentis commatis, ubi תוֹסִיף legitur, additum est. *Vulgatus: habes quoque plurimos artifices*, ubi fortasse legendum *habe*, sc. *tibi*, h. e. *assume*. Sirac. V, 5. *προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις*, peccata peccatis *accumulare*. Sir. XVIII, 5. *τίς προσθήσει*, quis *adiiciet s. apponet animum*, h. e. *conetur*, *suscipiat*. Ibid. v. 6. *οὐκ ἔστιν ἐλαττῶσαι οὐδὲ προσθεῖναι*, *nihil est*, *quod demas aut addas*, h. e. *perfectae sunt*, *et omnibus numeris absolutae*. Sir. XIX, 13. *προστιθέναι*, *repetere*, *iterare*, i. q. *δευτεροῦν* v. 14. Sir. XXI, 15. *ἐπ' αὐτὸν προσθήσει*, *auctius illud reddet*. *Vulg.* *ad se adiiciet*, h. e. sibi applicabit, ut illud in actus moresque conferat. Legit *αὐτὸν* sensu non malo. 1 Macc. VIII, 1. ubi, ut lat. *proponere*, *postulare* notat.

ΠΡΟ'ΣΤΙΜΟΝ, *mulcta*, *poena*. 2 Macc. VII, 36. *θεοῦ κρίσει δίκαια τὰ πρόστιμα τῆς ὑπερηφανίας ἀποίσῃ*, Dei iudicio iustas *poenas* superbiae feres. *Suidas*: *πρόστιμα*, *ἐπίχειρα*. *Τοιάδε μὲν τοῖς κακοῖς βουλευομένοις δίδωσι τὰ πρόστιμα ἡ δίκη*. *Καὶ πρόστιμον*, *ζημία*, *ἐπιτίμιον*, *παραγραφή*. *Πολύβιος*· *Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν*. Confer *Polyb.* lib. I. c. 17. ubi aliter, ob-

servante *Küstero*, legitur. Vid. quoque ad h. l. *Ernesti* ad *Suidae* et *Phavorini Glossas Sacras* p. 174.

ΠΡΟΣΤΡΕ'ΧΩ, accurro. רוּץ, *curro.* Gen. XVIII, 2. et XXXIII, 4. Eandem vocem quoque de suo addidit *Symmachus* Thren. V, 6.

ΠΡΟΣΤΡΙ'ΒΩ, attero, affrico. מָלַל, *loquor. Symm.* Prov. VI, 13. προστρίβων. Ita enim h. l. explicandam esse putavit formulam hebr. *pedibus loqui.* – *שׁוּף, quod in l. arab. ساف, *conterere*, notat, et a *Kimchio* per מַכָּה וּכְתִיתָה, *concussionem et percussionem*, explicatur. *Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* (Vide *Eichhornii Repertorium Bibl. et Orient. Literat* T. IV. p. 260.) Gen. III, 15. προστρίψει.

ΠΡΟΣΤΥΜΠΛΕ'ΚΟΜΑΙ, הִתְגָּרָה Hithp. *misceo me.* Dan. XI, 10. sec. cod. *Alex.* Sed rectius ibi in *Compl.* legitur προσσυμπλακήσεται, quod vide supra.

ΠΡΟΣΥΝΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ. מוּת, *morior.* Exod. XXI, 29. sec. *Compl.* προσυναποθανεῖται. Legendum προσσυναποθανεῖται.

ΠΡΟΣΥΠΟΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, amplius in memoriam revoco. 2 Macc. XV, 9.

ΠΡΟΣΥΣΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ, contrahor. 3 Macc. II, 29. προσυνεσταλμένη αὐθεντία. Grotius interpretatur *ius concisum*, h. e. libertas par Aegyptiorum conditioni, quae minor quam Macedonum, quibus olim aequati fuerant Iudaei.

ΠΡΟΣΥΨΟ'Ω, extollo. 1 Macc. XII, 36. Adde *Ioseph. B. I.* III. p. 241. §. 30, 3.

ΠΡΟΣΦΑΙ'ΝΟΜΑΙ, appareo. 4 Macc. IV, 10. προσεφάνησαν, *apparebant.*

ΠΡΟ'ΣΦΑΤΟΣ, proprie *recens* s. *nuper interfectus et mactatus*, (*Homer. Il.* ω. 757.) deinde in genere: *recens, novus.* זָר, *alienus.* Ps. LXXX, 7. θεὸς πρόσφατος, Deus recens, qui a piis maioribus non cultus fuit, adeoque Deus alienus. – חָדָשׁ, *novus.* Cohel. I, 10. – לַח, *virens.* Num. VI, 3. σταφυλὴν πρόσφατον, uvam *recentem.* -מִקָּרוֹב, *e propinquo.* Deut. XXXII, 17. καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκουσιν, novi et recentes veniunt. Sirac. IX, 14. de amico, ubi opponitur τῷ ἀρχαίος. *Hesych.* πρόσφατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, νεαρόν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πρόσφατον, ἀρτίως, πρὸ μικροῦ, νεωστὶ γενόμενον. Conf. *Alberti Obss.* ad Act. XVIII, 2. p. 256. et not. ad *Gloss. Gr. N. T.* p. 176. De etymologia huius vocis ita *Suidas:* πρόσφατος, κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου, ἐκ τοῦ φῶ, τὸ φονεύω. ἐξ οὗ τό· Πέφαται δ' ἄριστος Ἀχαιῶν. καὶ ἀρηΐφατος. Vide et *Ammonium* v. νεαρόν.

ΠΡΟΣΦΑ'ΤΩΣ, recenter. חֲדָשָׁה foem. *nova*, sc. γυνή, *foemina, uxor.* Deut. XXIV, 5. – בְּקָרוֹב, *in propinquo.* Ezech. XI, 3. Vide et Iudith. IV, 3. 4.

ΠΡΟΣΦΕ'ΡΩ, *affero*, *offero*, *adhibeo*. הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio* Gen. XXVII, 31. XLIII, 26. Exod. XXXVI, 6. et alibi saepius. - הִגִּישׁ Hiph. a נָגַשׁ, *accedere facio*. Gen. XXVII, 25. Exod. XXXII, 6. 1 Sam. XXVIII, 24. et alibi saepius. - *הוֹצִיא, *educo*. Gen. XXIV, 53. sec. *Compl.* Bene quoad sensum. - הִמְצִיא Hiph. a מָצָא, *invenire facio*, *trado*. Lev. IX, 12. 13. 18. - הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*, etiam *offero*. Num. VI, 20. - הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio*, *offero*, speciatim sacrificium. 1 Reg. XVIII, 36. Iob I, 8. Ierem. XIV, 12. - הִקְטִיר Hiph. *adoleo*. Lev. II, 12. 2 Reg. XVI, 15. - הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio*. Exod. XXIX, 3. Lev. I, 3. II, 1. Num XXXI, 50. προσενηνόχαμεν τὸ δῶρον κυρίῳ, obtulimus donum domino. Conf. Hebr. XI, 17. *Hesych.* προσενηνόχασι, προσαγηόχασι.- הַקְרֵב chald. Aph. Esdr. VI, 17. Dan. VII, 13. - הֲוָה מְהַקְרֵב chald. Esdr. VI, 10. - הֵרִים Hiph. a רוּם. *Inc.* Lev. XXII, 15. הֵרִים, *elevare*, de sacrificiis adhibitum *offerre* notat. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio*. Ps. LXXI, 10. *Al.* Prov. XIX, 24. προσενέγκῃ. - זָבַח, *macto*. Deut. XVII, 1. - *נִגַּשׂ, *oppressus sum*. *Symm.* Ies. LIII, 7. προσηνέχθη. *Vulg. oblatus est.* Uterque legit cum Schin נִגַּשׁ. - עָשָׂה, *facio*, etiam *sacrifico*. Lev. XVI, 9. - *קָרַב, *appropinquo*. Lev. XVI, 1. sec. *Ald.* et *Compl.* - שְׂאֵת, *excellentia*. Gen. IV, 7. שְׂאֵת pro infinitivo et de oblatione sacrificiorum acceperunt. Prol. Sir. προσφέρεσθαι σπουδὴν, *adhibere* diligentiam. Ib. προσφέρεσθαι ἀγρυπνίαν. Polyb. I, 8, 11. πᾶσαν σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφερόμενος. Προσφέρεσθαι etiam notat *ferri ad aliquid studio vel desiderio*, et de cibis *capere*. Sap. XVI, 21. *Ioseph. de B. I.* V. c. 10. p. 352. προσφέρεσθαι τροφῆς. *Xenoph. Mem.* III. c. 11, 13.

ΤΑ' ΠΡΟΣΦΕΡΟ'ΜΕΝΑ, *quae afferuntur*. תְּרוּמָה אֲשֶׁר הֵבִיאוּ, *oblatio*, *quam offerunt*. Exod. XXXVI, 3.

ΠΡΟΣΦΕΥ'ΓΩ, *confugio*. נָפַל, *cado*. *Symm.* 1 Sam. XXIX, 3. προσέφυγε. *Vulg. ex die, qua transfugit ad me.* Sic h. l. נָפַל quoad sensum transferri potest, nam proprie est h. l. lat. *incidere in aliquem.*

ΠΡΟΣΦΙΛΗ'Σ, *amabilis*, *gratus*, *iucundus*. Sir. IV, 7. *affabilis*, ut recte transtulit *Vulg. Int.* Ib. XX, 12. Addit. Esth. XV, 5. ὡς προσφιλὲς, quasi ad amorem excitandum compositum. Conf. quae ex *Iosepho* annotat *Ottius Spicil. ex eodem ad N. T.* p. 414.

ΠΡΟΣΦΙΛΙ'Α, *amicitia*. יְדִיד, *dilectus*. *Aqu.* Ps. XLIV, 1. *Aeschyl. Sept. c. Theb.* 521. ubi vid. *Schol.*

ΠΡΟΣΦΟΡΑ', *oblatio*. מִנְחָה, idem. Ps. XXXIX, 9. - קָרְבָּן, *idem*. *Aqu. Symm.* Lev. I, 2. Vide et *Cant. tr. puer.* v. 11. 3 Esdr. V, 75. Sir. XIV, 11.

ΠΡΟΣΦΥ'ΓΙΟΝ, *refugium*. מַשְׂאֵת, *oblatio*, *donum*. *Incert.* 2 Sam. XIX, 42. Conjicere facile aliquis posset, corru-

ptam esse h. l. hanc vocem, eiusque loco legendum *προσφορὰν*; nisi facilius esset statuere, eum etymologiam respexisse a נָשָׂא, *extulit, elevavit in altum, sustulit.* Nam loca alta sunt loca refugii.

**ΠΡΟΣΦΥ'Ω*, *agnasci facio*, et *προσφύομαι*, *agnascor, adcresco.* סְלַק et סְלִק chald. *ascendo.* Dan. VII, 20. sec. cod. *Chis. τοῦ προσφυέντος*, sc. *κέρατος*. *Aristoph. Nub.* v. 371. Hoc composito augmentum accedere poterit *H. Stephani Thesauro.* Subst. *πρόσφυμα* reperitur apud *Demetr. Phaler.* de *elocutione* §. 55. p. 41. *Hesych. προσφυεὶς, προσπλακείς.* Idem: *προσφυὲς, προσοικειωμένον.*

ΠΡΟΣΦΩΝΕ'Ω, *acclamo, alloquor, compello, colloquor.* הִשְׁתַּחֲוָה Hithp. a שָׁחָה, *prosterno me.* 2 Par. XXIX, 28. sec. *Ald. προσεφώνει.* Statui quidem potest, *προσεφώνει* h. l. ortum esse ex *προσεκύνει*, sed fortasse est alius interpretis, qui sensum suo modo exprimere voluit, ut *προσφωνεῖν* h. l. vel sit lat. *accinere*, vel explicandum sit de festivis acclamationibus, quae erant pars cultus externi. Interdum *προσφωνεῖν* simpliciter notat *dicere s. referre ad aliquem*, et in pass. *certiorem fieri de aliqua re, v. c. per literas.* 3 Esdr. VI, 6. *προσφωνηθῆναι.* *Vulg. et responsum acciperetur.* *Syrus:* ܠܘܬܗ ܐܬܦܢܝ. Ib. v. 22. *προσφωνησάτω ἡμῖν περὶ τούτων.* Chald. שְׁלַח Esdr. V, 11. *Vulgatus: scribat de his nobis.* 3 Esdr. II, 21. ubi *προσφωνῆσαι τῷ κυρίῳ βασιλεῖ* ii dicuntur, qui ad regem de rebus Iudaeorum scripserant, quo in loco *Vulg. notum facere* habet, et paulo post ipse auctor libri v. 24. *ὑποδεικνύειν* ponit. Interdum de *inscriptione* et *dedicatione libri* adhiberi, ex *Plutarcho* docuit *Steph. in Thes. Gr. L.* s. h. v. Conf. etiam *Cic. ad Attic.* VI, 11. XV, 13. 3 Esdr. IV, 14. chald. הוֹדַע Esdr. IV, 14. Sic etiam *ἀντιφωνεῖν*, quod vide supra. Est quoque *προσφωνεῖν* simpliciter *proloqui, dicere*, 2 Macc. XV, 15. ubi autem non sine emphasi dicitur, coll. Act. XXI, 40. *Hesych. προσφωνεῖ, προσαγορεύει.* *Phavor. προσφώνησις, κήρυξις.*

ΠΡΟΣΧΑΙ'ΡΩ, *gaudeo, laetor in aliquo*, q. d. *adgaudeo.* שַׁעֲשׁוּעִים plur. *deliciae.* Prov. VIII, 30. Voce *προσχαίρειν*, quam nusquam se reperisse dicit *Steph.* in Thes., usus est quoque *Chrysost.* T. IV. p. 73. D.

ΠΡΟΣΧΕ'Ω, *affundo, infundo.* זָרַק, *spargo.* Exod. XXIV, 6. ubi Cod. *Oxon. ἐπέχεεν* habet. Levit. I, 5. Ezech. XLIII, 18. et alibi saepius. - *לָקַח. *Inc.* Exod. XXIX, 21. sec. *Montf.* Sed referendum potius est ad זָרַק in fine v. 20. - שָׁפַךְ. Deut. XII, 27. 2 Reg. XIX, 32.

**ΠΡΟΣΧΡΑ'ΟΜΑΙ*, *insuper utor, utor.* *Addit. Esth.* XVI, 17. *μὴ προσχρησάμενοι τοῖς — γράμμασι.* Forsitan *προσχω-*

ρησάμενοι legendum. In *Usserii ed. vet. alt.* *μὴ προσέχοντες* exstat. Praestat vulgatum. *K.*

ΠΡΟΣΧΥ'Ω, *affundo.* זָרַק, *spargo. Inc.* Exod. XXIV, 6. *προσέχυσε.* *Aretaeus* p. 55, 56.

ΠΡΟ'ΣΧΩΜΑ, *agger*, *terra aggesta*, a *προσχωννύω*, *terram accumulo.* סֹלְלָה, idem. 2 Sam. XX, 15. sec. *Vat.* 2 Reg. XIX, 32. Dan. XI, 15.

ΠΡΟΣΧΩΡΕ'Ω, *accedo*, *confero me ad aliquem.* דָּבַק, *adhaereo. Inc.* 2 Sam. XX, 2. *προσεχώρησαν.* - נָפַל, *cado.* 1 Par. XII, 19. 20. ubi sermo est de iis, *qui ad aliquem deficiunt.* Ierem. XXI, 9. Vide et 1 Macc. X, 26. *οὐ προσεχωρήσατε τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν*, non iniistis societatem cum hostibus nostris.

ΠΡΟΣΩΘΕ'Ω, *impello*, *propello.* 2 Macc. XIII, 6. Vide notata supra in *προσοίγω.*

**ΠΡΟΣΩΠΕΙ~ΟΝ*, *larva*, *persona*, *vultus fictus.* 4 Macc. XV, 15. *Photius Lex.* *προσωπεῖον*, *πρόσχημα.*

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ, *facies*, *vultus*, *superficies*, it. *persona.* אַף, dual. אַפַּיִם. Gen. II, 7. III, 19. XIX, 1. et alibi. - *בַּיִת, *domus. Inc.* 2 Sam. XI, 8. Liberius quidem vertit, sed exacte ad historiam. Nam *Urias* non de domo regis discesserat, sed tantum de facie eius. Conf. v. 9. - טַעַם, *sapor*, it. *facies.* 1 Sam. XXI, 13. Ps. XXXIII, 1. *ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*, *gestum* suum mutavit. - כָּנָף, *ala.* Ezech. I, 9. coll. v. 8. - *לֵב. Dan. X, 12. sec. cod. *Chis.* - לְחִי, *gena.* Ies. XXX, 28. Deut. XXXIV, 7. sec. cod. *Oxon.* - *מְרוֹרָה, *fel*, *venenum. Aqu. Theod.* Iob. XX, 25. *ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.* Legerunt sine dubio מִמַּרְאֵהוּ. - מַשָּׁאָה, *onus*, it. *debitum.* Prov. XXII, 26. *αἰσχυνόμενος πρόσωπον*, *magna alicuius auctoritate commotus.* Manasse videtur a שְׂאֵת, *eminentia*, et מ, *propter.* - נֶגֶד, *coram.* Ios. VI, 5. Psalm. IX, 27. et XXX, 29. - *נְתִיבָה, *semita.* Iob. XIX, 8. *ἐπὶ πρόσωπόν μου σκότος ἔθετο.* Libere verterunt, sed sensu non mutato. *Semlerus* tamen legere mavult *ἀτραπόν.* - עַיִן, *oculus.* Gen. XX, 16. 1 Sam. XVI, 7. 1 Par. XXVIII, 8. *κατὰ πρόσωπον πάσης ἐκκλησίας κυρίου*, *coram* toto coetu Domini. Conf. 2 Cor. VIII, 24. Ita et *Polybius* *κατὰ πρόσωπον αὐτῶν*, *coram* illis. Vide *Raphelii annotatt. ex eodem* ad Gal. II, 11. p. 515. - פֵּאָה, *angulus.* Ierem. IX, 25. XLIX, 31. Ezech. XLVII, 19. *κατὰ πρόσωπον ἀνατολῶν*, *versus* orientem. Ita *Ctesias* in *Excerpt.* p. 646. *ἀνέμου κατὰ πρόσωπον Βακτρίων πνεύσαντος*, quoniam ventus *versus* Bactrios spirabat. Caeterum *Cappello* videntur in omnibus hisce locis legisse פֶּה, et illud accepisse pro *tota facie*, quomodo Latini *os* pro *vultu* ponere solent. - פֶּה, *os.* Ps. XVII, 10. LIV, 23. Prov. II, 6. *ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*, ubi legisse videntur מִפָּנָיו. Sed *Clemens Alex.* p. 282. habet *ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ στόματος.* - *פָּנָה, *verto faciem*, *converto*, *obverto*, sequente בֹּקֶר, *mane.* Ps.

XLV, 5. τῷ προσώπῳ. Versio haec respondens verbis לִפְנוֹת בֹּקֶר, h. e. *mane*, omni sensu caret. Reponendum sine dubio τῷ πρὸς πρωῒ vel τὸ πρὸς πρωῒ πρωῒ, ut legitur in cod. *Alex. Ald. et Compl.* et expressit *Vulgatus: mane diluculo.* Neque temere me sic coniicere docet locus Gen. XXIV, 63. ubi לִפְנוֹת עֶרֶב LXX transtulerunt τὰ πρὸς δείλης. *Grabius* edidit: τῷ προσώπῳ πρωῒ. - *פִּנָּה, *e conspectu removeo*, et, si de via sermo est, *complano*. Ies. LVII, 14. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Legerunt מִפָּנָיו. - פָּנִים plur. Gen. II, 6. πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, omnem *superficiem* terrae. Sic *Aristotelem de insecabil. lin.* p. 1176. πρόσωπον pro *superficie* posuisse docet *Schwartzius Spicil. Observ.* ad *Olearium de stilo N. T.* p. 469. Conf. etiam *Lex. N. T.* s. h. v. Gen. III, 8. ἐκρύβησαν ἀπὸ προσώπου κυρίου, abscondebant se a facie Domini. Vide et Gen. IV, 13. 2 Reg. III, 24. 2 Par. X, 2. Ion. I, 3. Ps. CXXXVIII, 6. ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω; a facie tua quorsum fugiam? Vide et Ion. I, 3. Ita *Ctesias* in *Excerpt.* p. 637. φυγεῖν ἀπὸ προσώπου κύρου. Deut. XXXI, 21. ἡ ᾠδὴ αὕτη, κατὰ πρόσωπον αὐτῶν μαρτυροῦσα, canticum hoc, quod contra illos testatur. Mal. I, 8. λήψεται πρόσωπόν σου, respiciet *personam* tuam. Vide et v. 9. et Mal. II, 9. His locis a *Bielio* laudatis addam alia nonnulla. *Inc.* ac *LXX* 2 Sam. XIV, 20. πρόσωπον τοῦ ῥήματος s. τοῦ λόγου est *id, quod oratio, ut primum se oratori aut lectori offert, et* κατὰ τὸ ῥητὸν *sumta, prae se fert, aut declarare videtur. LXX sec. Hex.* 1 Reg. XIV, 9. εἰς πρόσωπόν σου, *ante te*, h. e. *qui ante te regnarunt*, aut: *quorum successor fuisti in regno.* Hos. XI, 3. Legerunt divisim מִפְּנֵי הֵם. Iob. XXXIII, 26. Vide supra s. ἱλαρὸς et καθαρός. - קֳבֵל chald. *coram*. Dan. II, 31. - קֳדָם chald. idem. Dan. II, 15. VI, 26. - שָׂפָה, *labium*. Ios. XIII, 16. κατὰ πρόσωπον φάραγγος. Bene quoad sensum. Praeterea legitur 1 Sam. I, 14. ubi nihil in textu hebr. respondet, et in codd. cum τόπος permutatur. Templum recte dici poterat πρόσωπον κυρίου, quia Deus ibi maxime praesens esse putabatur. Sirac. XIV, 8. πρόσωπον ἀποστρέφων, sc. ab inope et indigo, sc. ne videat alienam miseriam, cui cogatur succurrere. Sir. XVI, 30. de *superficie* terrae. 1 Macc. I, 23. πρόσωπον τοῦ ναοῦ, *parietes* templi. Ita *Syrus*. Sirac. XXVI, 5. ἐπὶ τῷ τετάρτῳ προσώπῳ ἐφοβήθην, ubi *rem* notat, et plane superfluum est, ut quoque a *Syro* omissum est. Vide quoque Sir. XIX, 11. Iudith. II, 5. 2 Macc. XIV, 24. εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, semper Iudam *amore et honore adficiebat. Vulg. habebat Iudam semper charum ex animo. Syrus: amplexus est magno amore. Orat. Manass.* τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεως, ubi ἀπὸ προσώπου *propter* notat ad imitationem hebr. מִלִּפְנֵי 2 Par. XXXII, 7. et 1 Sam. VIII, 18. Tob. III, 14. διδόναι εἴς τινα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ πρόσωπον, ad aliquem

dirigere oculos suos et faciem convertere, h. e. ab aliquo unice liberationem ac salutem sperare.

*ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ Ι'ΣΧΥΡΟΥ˜. פְּנִיאֵל, *Peniel, nomen propr. Aqu.* Gen. XXXII, 30. Legit divisim פְּנֵי אֵל.

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *personam respicio.* נָשָׂא פָּנִים, *suscipio faciem. Theod.* Iob. XIII, 8. πρόσωπον λαμβάνετε, *personarum respectum habetis.* Conf. θαυμάζω πρόσωπον supra. – Vide alibi ἄρτοι.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙ˜Α, *prosopopoeia.* פָּנִים plur. *facies. Symm.* 2 Sam. XIV, 20. προσωποποιΐαν τοῦ ῥήματος. *Vulg. figuram sermonis huius.*

ΠΡΟΤΑ'ΣΣΩ, *praeordino, antea constituo.* מְחֹקֵק, *legislator. Symm.* Ps. LIX, 8. προτάσσων, ubi alii βασιλεύς. 2 Macc. VIII, 36. ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένοις νόμοις, obsequi legibus ab ipso *antea constitutis.*

ΠΡΟΤΕΙ'ΝΩ, *protendo.* 2 Macc. II, 30. προτείνουσαι τὰς χεῖρας, *protendentes* manus. Vide et 2 Macc. VII, 10. XIV, 32. 34.

ΠΡΟΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *antemurale* seu *murus, quo quis praemunitur, propugnaculum.* רֹחַב בִּנְיָן, *latitudo aedificii.* Ezech. XL, 5. – חוֹמָה, *murus.* 2 Par. XXXII, 5. – חֵל contr. ex חַיִל. 2 Sam. XX, 15. 1 Reg. XXI, 23. Thren. II, 8. *Inc.* Ps. CXXI, 7. – *חִיל, *profanus.* Ezech. XLII, 20. et XLVIII, 15. Legerunt חֵל pro חַיִל a rad. חוּל. Vide ad h. l. *Montf.* – מַדְרֵגָה, *praecipitium, et omnis locus editus, ad quem per gradus ascenditur.* Cant. II, 14. – Vide alibi τεῖχος.

ΠΡΟΤΕ'ΡΗΜΑ, *priores partes, privilegium, praerogativa.* תִּפְאֶרֶת, *gloria.* Iud. IV, 9. οὐκ ἔσται τὸ προτέρημά σου, tua non erit honoris praerogativa. Sermo ibi est de *gloria expeditionis bellicae*, aut *victoria. Hesych.* προτέρημα, πρόκριμα, προτίμησις.

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΣ, adiect. *prior.* לִפְנֵי. Exod. XXIII, 28. ἀποστελῶ τὰς σφηκίας προτέρας σου, mittam vespas *ante* te. Ios. I, 14. πρότεροι τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, *ante* fratres vestros. Vide et Ios. III, 14. Ies. LII, 12. et conf. Sir. I, 4. et *Drusium* ad h. l. – עַל פְּנֵי. Exod. XXXIII, 19. – לְפָנִים. *Al.* Deut. II, 10. – רִאשׁוֹן. Gen. XXXVIII, 28. XL, 13. Sir. XII, 7. πρότερόν σου, *te praevenisse.*

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, ΤΟ' ΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, et ΤΟΠΡΟ'ΤΕΡΟΝ, adverbium, *prius, ante.* *אוּלָם, *utique. Aqu.* Gen. XXVIII, 19. Hinc aliquid stabilitatis accipit sententia *Hieronymi Quaest. ad h. l.,* אולם *nihil aliud signare, nisi ante aut prius.* Vide *Rhenferdii Opera Philol.* p. 798. Sed *Scharfenbergius* ad h. l. statuit, vel *Aquilam* h. l. scripsisse πρόθυρον, vel πρότερον huc migrasse e LXX Intt., in quorum versione illud respondet hebr. לְרִאשֹׁנָה, *antea, olim.* – לְפָנִים. Deut. II, 10. 12. Ios. XI, 10. et alibi. – לִפְנֵי. Exod. III, 2. ubi πρό-

τερον cum πρὸ προσώπου in codd. permutatur. Lev. XVIII, 27. Ios. X, 14. – קָדָם, *antiquum*. Ierem. XXX, 17. – רִאשׁוֹן. Gen. XXVI, 1. Num. VI, 12. αἱ ἡμέραι αἱ πρότερον, dies *priores*. Sic *Aeliano V. H.* III. c. 18. αἱ πρότερον ἐπιθυμίαι sunt *pristinae* voluptates. *Inc.* 2 Sam. XIX, 43. – רֵאשִׁית, *initium*. Ies. XLVI, 10. – תְּחִלָּה, idem. Gen. XIII, 3. – *תְּמוֹל שִׁלְשֹׁם, *heri nudius tertius*. *Symm.* Exod. V, 7. *Vulgatus: sicut prius*. 1 Macc. XI, 27. τοπρότερον, *prius*.

ΠΡΟΤΙ'ΘΗΜΙ, *propono*. *נָתַן אֶת לֵב, *do cor*. *Symm.* Cohel. I, 13. *Vulg.* e *Symmacho: proposui in corde meo*; unde apparet, eum in *Symmacho* plenius legisse προεθέμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου. – עָרַךְ, *dispono*. Exod. XL, 4. *Al.* Lev. XXIV, 8. προθήσετε. – שׂוּם, *pono*. Psalm. LIII, 3. LXXXV, 13. – שִׁית, idem. Ps. C, 4. Vide et 3 Esdr. II, 7. 1 Macc. X, 58.

ΠΡΟΤΙΜΑ'Ω, *praehonoro*, *praefero*, *pluris facio*. כָּבֵד Pih. *Symm.* 1 Sam. II, 29. προετίμησας, *praetulisti*, *pluris fecisti*. Sic apud *Ioseph. A. I.* IV, 6. p. 220. ἡδονὴν προτιμήσαντες τοῦ θεοῦ. 2 Macc. XV, 2. τῇ προτετιμημένῃ ἡμέρᾳ, *prae caeteris honoratae* diei. 4 Macc. I, 15.

ΠΡΟΤΟΜΗ', *effigies s. imago hominis umbilico tenus ducta*. Προτομαὶ dicuntur *facies animantium ratione carentium*, ut πρόσωπα hominum propria sunt. רֹאשׁ, *caput*. 1 Reg. X, 19. προτομαὶ μόσχων, facies vitulorum, aut: *summae vitulorum partes*. תְּרָפִים. *Aqu.* 1 Sam. XIX, 16. προτομαί. *Hesych.* προτομή, εἰκὼν βασιλική, ἕως τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ σώματος εἶδος, ubi vide *Intt. Suidas*: προτομαὶ βασιλικαί, εἰκόνες βασιλικαί· καὶ προτομαὶ λεόντων καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἡ προτομὴ λέγεται. Τοῖς δὲ τῶν πλοίων ἄκροις τετραπόδων προτομὰς ἀποτυπώσας χαλκῷ περιέβαλε, διὰ τὸ τῶν ἐμβόλων χρειῶδες. Idem: προτομή, ἐπὶ ζώων ἀλόγων οὕτω λέγεται, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων πρόσωπον. Est a προτέμνω, *proscindo*, *praescindo*.

ΠΡΟΤΡΕ'ΠΟΜΑΙ, *propello*, *incito*, *adhortor*. Sap. XIV, 18. εἰς ἐπίτασιν δὲ θρησκείας καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας ἡ τοῦ τεχνίτου προετρέψατο φιλοτιμία, ad intensionem autem cultus, vel: ut cultus illis eo maior redderetur, ignorantes artificis *incitavit* ambitio. 2 Macc. XI, 7. προετρέψατο τοὺς ἄλλους, *adhortabatur* alios. Conf. Act. XVIII, 27. *Hesych.* προτρέπου, παρακάλει.

ΠΡΟΤΡΕ'ΧΩ, *praecurro*. רוּץ לִפְנֵי, *curro ante*. 1 Sam. VIII, 11. 2 Sam. XV, 1. *Compl.* ubi προτρέχειν simpliciter *currere* notat, quia sequitur πρὸ προσώπου. *Al.* 1 Reg. I, 5. Vide et Tob. XI, 2. et conf. Ioh. XX, 4.

**ΠΡΟΥ'ΠΑ'ΡΧΩ*, *ante sum*. Iob. XLII, 17. προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα.

*ΠΡΟΥΠΟΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, i. q. simplex ὑποτάσσομαι, *curae meae et custodiae aliquid demandatum habeo.* 3 Macc. I, 2. παραλαβὼν τῶν προϋποτεταγμένων αὐτῷ ὅπλων κράτιστα, sumens ex *commissis suae custodiae* armis optima.

ΠΡΟΥΦΙ'ΣΤΗΜΙ, prius in naturam rerum produco. Passivum: προϋφίσταμαι, *prius in naturam rerum producor, prius subsistentiam habeo, praeexisto.* Sap. XIX, 7. ἐκ προϋφεστῶτος ὕδατος, ex *praeexistente* aqua.

ΠΡΟΦΑΙ'ΝΟΜΑΙ, ante appareo, in lucem prodeo. 2 Macc. III, 26. Ita *Bielius.* Sed ibi est *apparere* simpliciter, quare etiam *Vulgatus* bene: *apparuerunt.* Adde *Homer.* Il. ω', 332.

ΠΡΟΦΑΝΩ͂Σ, conspicue, aperte, item: *promte, alacri animo.* Sir. LI, 18. ἐζήτησα σοφίαν προφανῶς ἐν προσευχῇ μου, quaesivi sapientiam *alacri animo* in precibus meis. *Hesych.* προφανῶς, προθύμως. 4 Macc. VII, 25. ubi *aperte, conspicue* notat.

ΠΡΟΦΑΣΙ'ΖΟΜΑΙ, praetextum vel *occasionem quaero, fingo causas, praetexo, praetendo.* הִתְאַנָּה Hithp. *occasionem quaero* 2 Reg. V, 7. προφασίζεται οὗτός με, *occasionem* hic in me *quaerit*, nempe *bello invadendi me.* – הִתְעַלֵּל Hithp. *factito* vel *occupatum me gero.* Ps. CXL, 4. τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, ut occasiones *quaeram* ad peccata.

ΠΡΟ'ΦΑΣΙΣ, causa, praetextus, occasio. אָלָה, *exsecratio.* Hos. X, 4. προφάσεις ψευδεῖς, falsos *praetextus.* Eodem sensu vox passim legitur apud *Polybium.* Vide *Raphelii annotatt. Polyb.* ad Phil. I, 18. p. 552. Caeterum Hos. l. l. LXX aliis אֹרוֹת, aliis vero עִלּוֹת legisse videntur. *Vulg. verba visionis inutilis.* Suspicatur *Bahrdtius*, vocem *visionis* ortam esse ex varia lectione, nempe ὁράσεις pro προφάσεις, nisi omnino pro *visionis* rescribendum sit *rationis.* – עִלָּה chald. Dan. VI, 5. οὐχ εὑρήσομεν κατὰ Δανιὴλ πρόφασιν, non inveniemus *causam* adversus Danielem. Vide et Dan. VI, 4. – עֲלִילָה. Ps. CXL, 4. *Symm.* 1 Sam. II, 3. – *תֹּאֲנָה, *occasio semet offerens. Aqu.* Iud. XIV, 5. *praetextus* s. *occasio se ulciscendi.* – תַּאֲוָה, *desiderium.* Prov. XVIII, 1. προφάσεις ζητεῖ, *occasiones quaerit.* Errantes in literis נ et ו, quae sunt affines (ut censuit *Drusius* Ep. 84.), legerunt תֹּאֲנָה cum *Vulg.* et *Arabe* sec. *Cappellum Crit. S.* p. 604. *Hesych.* πρόφασις, αἰτία, ἀφορμή.

ΠΡΟΦΑΣΙΣΤΙΚΟ'Σ, qui speciem vel praetextum habet. עֲלִילָה, *occasio, praetextus.* Deut. XXII, 14. ἐπιθῇ αὐτῇ προφασιστικοὺς λόγους, imponat illi res, quae praetextum vel speciem habent. Sermo ibi est de iis, qui criminationibus speciosis famam puellae laedunt. *Vulg. occasiones.*

ΠΡΟΦΕ'ΡΩ, *profero.* *הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *educo. Symm.* Ps. CXXXIV, 7. - מָצָא, *invenio.* Prov. X, 13. Libere verterunt. Προφέρεσθαι ἑαυτὸν, *progredi, ulterius procedere.* 3 Macc. I, 12. οὐδαμῶς ἀπέλιπε προφερόμενος ἑαυτὸν, non destitit *progredi.* Tob. IX, 6. *in medium proferre, apportare.* Interdum, ut latinum *proferre*, de sermone usurpatur, et est *dicere.* 3 Macc. VII, 11. et V, 39. Sed iudice *Bretschneidero* in utroque loco verti quoque potest *exprobrare, obiicere*, de qua notione vide *Reiskii Ind. Demosthen. Hesych.* πρόφερε, ὀνείδιζε.

ΠΡΟΦΗΤΕΙ'Α, *prophetia, vaticinium, praedictio.* חָזוֹן, *visio.* 2 Par. XXXII, 32. Dan. XI, 14. sec. *Chis.* - נְבוּאָה. 2 Par. XV, 8. Esdr. VI, 14. - נְבִיאַיָּא *Chald.* plur. *prophetae.* Esdr. V, 1. Adde Prolog. Sir. ubi αἱ προφητεῖαι sunt *libri a prophetis scripti.* Sir. XXIV, 33. ὡς προφητείαν, tanquam *oraculum divinum.*

ΠΡΟΦΗΤΕΥ'Ω, *propheto, vaticinor, prophetam s. divinum legatum me gero*, et ex adiuncto, *miracula patro.* הָלַךְ, *eo, ambulo.* Ezech. XIII, 3. τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, qui suas opiniones vaticinantur, s. proferunt. Bene quoad sensum. Lectio πορευομένοις, quam alii libri habent, est mera emendatio ad textum hebr. - נָבָא: הִתְנַבֵּא, Niph. et Hithp. Num. XI, 25. 27. 1 Sam. X, 5. et alibi saepius. - נָבִיא, *propheta.* Ierem. XXIII, 26. *Symm.* 1 Par. XXV, 3. Sir. XLVIII, 14. ubi de Elia, qui in sepulcro iam iacens hominem mortuum in vitam revocaverat, dicitur: ἐν κοιμήσει προεφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ, coll. v. 15. ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ θαυμάσια ἔργα ἐποίησε. *Syrus: in morte sua mortuum vivificavit.*

ΠΡΟΦΗ'ΤΗΣ, *propheta, vates.* זָקֵן, *senex.* Thren. IV, 16. ubi tamen pro προφήτας sec. ed. *Rom.* legendum esse πρεσβύτας e Cod. *Alex. et Compl.* censuerunt *Cappellus* in Crit. S. p. 679. et *Scharfenbergius.* Mihi vero προφήτας vera lectio esse videtur ob antecedens ἱερέων, et πρεσβύτας emendationi ad textum hebr. ortum suum debere. - חֹזֶה part. *videns.* 2 Par. XIX, 2. XXIX, 30. XXXV, 15. - *חָסִיד. *Ed. Sexta* Psalm. LXXXVIII, 20. Prophetae etiam in aliis SS. locis *sancti Dei* dicuntur. - מַלְאָךְ, *nuncius.* 2 Par. XXXVI, 15. - נִבָּא part. Niph. *prophetans.* 1 Par. XXV, 2. Ierem. XXVI, 18. - נָבִיא. Exod. VII, 1. ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται προφήτης σου, Aaron frater tuus erit *interpres* tuus. Hic Aaron dicitur propheta Mosis, quod Moses, tanquam Deus per prophetas, ita per illum et os eius ad populum loqueretur. Inde verba adducta *Kimchius* bene explicat ex Exod. IV, 16. *Aaron tibi erit vice oris.* Conf. Ier. XV, 19. Sic poetae gentilium, qui τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν, ut loquitur *Eustathius* ad Il. α'. p. 8. ed. *Bas.* cognoscere, et per quos Musae loqui credebantur, quique propterea στόματα Μουσῶν (conf. notata

ΠΥΚΑ'ΖΩ, condenso, tego, obumbro, orno, frondosus sum et virens. עֲבֹתִים sing. *contortus funis*, item: *ramus densus, umbrosus.* Ps. CXVII, 26. συστήσατε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν (sc. κλάδοις) ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, sistite vel figite festum *obumbrantibus ramis* usque ad cornua altaris, h. e. si verba per hypallagen quandam accipiamus: figite in festo obumbrantes ramos usque ad cornua altaris. Conf. Lev. XXIII, 40. ubi, qui hic sunt πυκάζοντες, LXX vocant κλάδους ξύλου δασεῖς. *Schol.* ad h. l. πυκάζουσιν, σκιάζουσιν, καλύπτουσιν, κοσμοῦσιν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πυκάζουσιν, σκιάζουσι, στεφανοῦσιν. Ita et *Suidas.* Idem *Suidas:* πυκάζουσι, τουτέστι πεπυκνωμένοις, στενοχωρουμένοις, ubi verba Psalmi adducta statim subiungit. *Hesych.* πυκάζουσι, καλύπτουσι, στεφανοῦσι, πυκνοῦσι, κρύπτουσι, θυλάσσουσι, σκέπουσι, περιβάλλουσι, στεγάζουσι, σκιάζουσι. Adde *Homer. Il.* ξ'. 289. et ψ'. 503. — רַעֲנַן Pih. *viresco.* Iob. XIV, 32. ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ, ramus eius neutiquam *obumbret*, h. e. *nulla folia habebit*, seu *exarescet. Vulg. arescent.* Conf. *Hexapla.* - רַעֲנָן, *viridis.* Hos. XIV, 9. ὡς ἄρκευθος πυκάζουσα, sicut iuniperus *frondosa et virens. Gloss. MS. in Proph.* πυκάζουσα, σκεπάζουσα. Conf. *Hesychium* in πυκάζουσαι. 3 Macc. IV, 5. γεραιῶν πλῆθος πολιᾷ πεπυκασμένων, senum multitudo canitie *ornatorum.* Sic *Theocritus Idyll.* α'. v. 22. ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπήναν: ubi *Schol.* ἐπύκαζεν, ἐκόσμει. *Suidas:* πυκάζεται, σκεπάζεται, κοσμεῖται.

ΠΥ'ΚΑΣΜΑ, densum quid, ramus densus. עֲבֹת, idem. *Symm.* Ps. CXVII, 26. συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, colligate in festivo populi conventu *ramos densos*, aut: *serta densa.*

ΠΥΚΝΟ'Σ, densus, item *creber, frequens.* חֹרֶשׁ, *sylva. Inc.* et LXX Ezech. XXXI, 3. 3 Macc. I, 28. πυκνοτάτη κραυγὴ, *densissima* vociferatio, h. e. *vehementissima vociferatio hominum multorum constipatorum et conglobatorum.* Ibid. IV, 11. ἐκπορεύεσθαι πυκνότερον, *frequentius* exire. Adde 2 Macc. VIII, 8.

**ΠΥΚΝΟ'ΤΑΤΟΣ.* Vide s. v. πυκνός.

ΠΥΚΝΟ'ΤΕΡΟΝ, adverb. compar. *frequentius.* Vide s. v. πυκνός.

**ΠΥΚΝΟ'ΤΕΡΟΣ, frequentior.* 4 Macc. XII, 12. πυκνοτέρῳ πυρὶ, *vehementiore* igne.

*ΠΥΚΝΟ'ΤΗΣ, *densitas*, *spissitudo*. 3 Macc. I, 28. πυκνότητος sec. ed. *Ald.* ubi tamen reliqui libri rectius πυκνοτάτης habent.

ΠΥ'ΛΗ, *porta*. *אובל, *rivus*. Dan. VIII, 2. et 3. sec. cod. *Chis*. Syris et Chaldaeis ܒܒܠ et אבולא *porta* dicebatur. Vide ad h. l. *Editorem Romanum* et *Segaarium*. - דֶּלֶת, *ianua*. Deut. III, 5. Ios. VI, 26. Iob. XLI, 6. et alibi. - *דֶּרֶךְ, *via*. 1 Sam. IV, 13. ubi portam pro via posuerunt, quia per portam exitur in viam. - *חוֹמָה, *murus*. Nehem. XII, 31. sec. *Compl.* - חָצֵר, *atrium*. Ezech. XL, 49. Num ibi loco πύλην fortasse legendum est αὐλὴν? coll. v. 34. ut alii libri habent. - מָסָךְ, *tegumentum*. Ies. XXII, 8. Vox hebr. h. l. *urbes munitas* notat. - סף, *limen*. *Al.* 1 Par. IX, 19. τὰς πύλας. 2 Par. XXXIV, 9. πύλην. - עִיר, *urbs*. Ierem. XLIV, 6. ubi vel statuendum est per synecdochen partis rei pro re integra *portas urbis* h. l. pro *urbibus* poni (Conf. *Lex. N. T.* T. II. p. 721.), vel loco πύλαις reponendum est πόλεσι (coll. v. 21. Literae υ et ο in codd. GG. haud raro permutantur. Vide *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de *sera num. vindicta* p. 35.), vel denique LXX inserto Schin בְּשַׁעֲרֵי loco בְּעָרֵי legisse. - פתח, *ianua*. Gen. XXXVIII, 14. Psalm. XXIII, 7. 9. Ierem. XLIII, 9. - *פִּתּוּחַ, *sculptura*, *caelatura*. *Symm.* Ps. LXXIV, 6. Legit פֶּתַח cum LXX, qui h. l. θύραν habent. - *פְּתִחָה, *gladius*. *Symm.* *Theod.* *Mich.* V, 5. Scil. vox hebr. *quamvis aperturam*, etiam *portam*, *ianuam* notat, unde ad *gladios evaginatos* transfertur. - שׁוּל, *fimbria*. Thren. I, 10. ubi tamen pro πρὸς πυλῶν αὐτῆς, vel, ut Al., πρὸς ποδῶν αὐτῆς, *Drusius* suspicatur interpretes scripsisse πρὸς τὸ λῶμα αὐτῆς vel λῶμ' αὐτῆς, ultima per apostrophen reiecta. Vide *Quaest. Hebr. libr. III. qu.* 52. Mihi lectio ποδῶν praeferenda videtur, quam habet cod. *Alex.* et praeter *Arabem* confirmat *Vulgatus*, qui vertit *in pedibus eius*. Videntur nempe *fimbrias* pro *omni extremitate* accepisse. - שַׁעַר, *porta*. Gen. XXVIII, 17. ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ, *porta* coeli. *Homerus* alias nubes vocat πύλας οὐρανοῦ. *Suidas*: πύλας οὐρανοῦ Ὅμηρος τὰ νέφη λέγει. Vide Il. ε', v. 749. Unde et *Hesychius*: πύλαι οὐρανοῦ, τὰ νέφη. Vulgo haec male distinguuntur ita: πύλαι, οὐρανοῦ τὰ νέφη. Conf. 3 Macc. VI, 18. Iob. XXXVIII, 17. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, aperiuntur autem tibi timore *portae mortis*. Ps. IX, 14. ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, exaltans me ex *portis mortis*. Vide et Ps. CVI, 18. Ies. XXXVIII, 10. πορεύσομαι ἐν πύλαις ᾅδου, proficiscar ad portas inferni s. mortis. Conf. Sap. XVI, 13. et 3 Macc. V, 51. Sic passim τῶν πυλῶν ᾅδου et θανάτου mentio fit apud exteros. Vide praeter auctores *Wolfio* ad Matth. XVI, 18. laudatos *Alberti* ad eundem locum p. 111. sequ. ac

Lexicon N. T. s. h. v. Ps. CXVII, 19. Ad quem locum respiciens *Suidas*: πύλαι δικαιοσύνης, αἱ διάφοροι τῆς ἀρετῆς ἰδέαι. δι' ἐκείνων γὰρ δυνατὸν ἀξίως ὑμνῆσαι τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Δαβίδ· ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης. Haec sumta esse ex *Theodoreto* ad Ps. cit. p. 875. annotat *Küsterus*. Rectius autem alii aliter *portas iustitiae* interpretantur. Vide Intt. Adde *Inc.* Deut. XII, 12. ubi vide *Scharfenbergium*, qui etiam conferendus est ad Deut. XXIII, 17. Prov. XII, 13. ὁ συναντῶν ἐν πύλαις. *Schol.* ὁ περίεργος καὶ πολυπράγμων. – שֹׁעֵר, *ianitor.* 2 Sam. XVIII, 26. 2 Reg. VII, 10. 1 Par. IX, 18. sec. *Vat.* et *Alex.* 1 Par. XXVI, 1. Praeterea legitur Ps. LXXII, 28. ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιὼν, id quod in hebr. non reperitur, sed mutuo sumtum videtur ex Psalm. IX, 15.

*ΤΗ͂Σ ΠΥ'ΛΗΣ ΣΤΗ'ΡΙΓΜΑ, *portae sustentaculum.* אֵילָיו, *postes eius. Inc.* Ezech. XL, 9. ubi vid. *Montfauconius.* Equidem referre mallem ad אֻלָם הַשַּׁעַר, *vestibulum portae*, in sequentibus.

ΠΥΛΩ'Ν, *vestibulum*, it. *porta.* סַף, *limen.* 2 Par. III, 7. Soph. II, 14. – פֶּתַח, *ianua.* Gen. XLIII, 19. 1 Reg. VI, 8. 32. XIV, 28. et alibi. – שַׁעַר. Iud. XVIII, 16. 17. 1 Par. XXVI, 13. Conf. Apoc. XXI, 21.

*ΠΥΛΩΡΕ'Ω, *custodiae portae praesum.* לַשַּׁעַר, *ad portam.* 1 Par. XVI, 42. τὸ πυλωρεῖν sec. *Compl.* Bene quoad sensum. *Photius Lex.* πυλωρεῖ, φυλάσσει. Idem *Suidas* quoque tradit.

ΠΥΛΩΡΟ'Σ, *ianitor*, *custos ianuae s. portae.* שֹׁעֵר, idem. 1 Par. IX, 17. 18. 2 Par. VIII, 14. Esdr. II, 42. – שַׁעַר, *porta.* Nehem. XII, 25. 30. Iob. XXXVIII, 17. πυλωροὶ ᾅδου, ianitores orci. Similiter profani inferno ianitorem tribuerunt. Vide *Homerum* Il. θ', v. 367. *Virgil. Aen.* VI, 400. et conf. *Hesychium* in voce Πυλάρταο, ac *Elsnerum* ad Matth. XVI, 18. p. 78. Caeterum in omnibus his locis laudatis LXX שֹׁעֵר legerunt. – חָרָעַיָּא chald. plur. Esdr. VII, 23. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πυλωρὸς, ὁ τῶν πυλῶν φύλαξ.

ΠΥΝΘΑ'ΝΟΜΑΙ, *sciscitor*, *percontor*, *interrogo.* דָּרַשׁ, *quaero.* Gen. XXV, 22. ἐπορεύθη πυθέσθαι παρὰ κυρίου, ibat, ut *percontaretur* a Domino. Conf. Matth. II, 4. Ioh. IV, 52. Adde *Symm.* 2 Reg. I, 2. – עֲנָה chald. *respondeo. Inc.* Dan. II, 15. ἐπυνθάνετο αὐτοῦ, *interrogabat* illum. Ita quoque transtulit *Vulgatus.* Scil. עֲנָה in universum *loqui* notat, adeoque sensu, uti h. l., ita postulante, de *interrogationibus* quoque accipi potest. 2 Macc. III, 9. 3 Esdr. VI, 11. (ubi v. 12. est ἐπερωτᾷν) respondet chald. שְׁאַל Esdr. V, 9. *Suidas*: πυνθάνομαι, γενικῇ, ἐρωτῶ.

ΠΥ'ΞΙΝΟΣ, *buxinus.* גֹּפֶר, *cupressus. Incert.* Gen. VI, 14.

ΠΥΞΙΌΝ, *tabella scriptoria sic dicta, quod olim ex buxo fieri solebat*, etiam *quaevis alia tabula*, ut sit i. q. πλάξ. לוּחַ, *tabula*, it. *parva pyxis.* Exod. XXIV, 12. δώσω σοι τὰ πυξία τὰ λίθινα, dabo tibi *tabulas* lapideas: ubi *Aq. Symm. ac Theod.* τὰς πλάκας habent. *Hesych.* πυξίδα (*Bernardus* bene legit πυξία ex Exod. l. c.), δίπτυχα. Ies. XXX, 8. γράψον ἐπὶ πυξίου ταῦτα, scribe haec in *tabula. Symm.* πτυχί. Hab. II, 2. ubi *Montf.* pro πυξίον coniicit legendum πυκτίον, *librum*, qua tamen coniectura facile supersedere possumus. *Symmachus:* ἐπὶ σελίδων. – עֶשֶׁת, *nitor.* Cant. V, 15. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον, venter eius *pyxidicula* eburnea. עָשַׁת notat *fabricavit.* – צַלַּחַת, *paropsis, catillus. Inc.* et LXX sec. *Compl.* 2 Reg. XXI, 13. πυξίον.

ΠΥ͂ΞΟΣ, *buxus. Theophrast. Histor. plant.* lib. V. c. 4. et Lib. III. c. 15. Faciunt a πυκάζω, quia densum eius lignum. שְׁטָה, *cedri species.* Ies. XLI, 19. – תְּאַשּׁוּר, *cedrus. Aqu. Symm.* Ies. XLI, 19.

**ΠΥΡΑΙΌΩ*, *rubeo, rutilo*, i. q. πυράζω, πυῤῥάζω, et πυῤῥίζω. הָאְדִּים Hiph. ab אָדַם, idem. Ies. I, 18. sec. MS. *March.* ἐὰν πυραιῶσιν.

ΠΥ͂Ρ, *ignis, holocaustum.* Plur. τὰ πυρά, *ignes, holocausta.* אוּר, idem. Ezech. V, 2. – אָכְלָה, *cibus. Al.* Ezech. XXIII, 37. διὰ πυρός. Recte; nam sermo ibi est de *consumtione per ignem*, ac sacrificiis Molocho offerri solitis. – *אִישׁ, *vir.* Ierem. L, 42. ubi pro כְּאִישׁ legerunt כָּאֵשׁ. Idem valet de loco Ierem. VI, 23. – אֵשׁ. Gen. XV, 17. Exod. III, 2. et alibi saepius. – *אֵשׁ, pro אִישׁ. Mich. VI, 10. Legerunt אֵשׁ. – אֶשָּׁא chald. Dan. VII, 11. – אִשֶּׁה, *sacrificium ignitum.* 1 Sam. II, 30. *Inc.* Levit. VI, 17. et VII, 33. *Theod.* Lev. XXIV, 2. *Aqu.* Lev. II, 3. sec. *cod. Paul. Lips.* ἀπὸ πυρῶν κυρίου: ubi tamen sine dubio πυρὸς legendum, uti habet *Theodot.* ἀπὸ τῶν τοῦ πυρὸς κυρίου. *Aqu.* Lev. X, 12. sec. *Hesych.* ἀπὸ τῶν πυρῶν. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* – אֲשֶׁר, *qui.* Num. XXI, 30. Hic perperam legerunt אֵשׁ. – אִשָּׁה, *mulier.* Ps. LVII, 8. Ex nonnullorum sententia legerunt אֶשָּׁה (coll. Ierem. VI, 29.) (ac πῦρ in notione *febris inflammatoriae* adhibuerunt): secundum *Cappellum* vero (in *Crit. S.* p. 219.), *Bielium* ac *Trommium* legerunt אֵשׁ. Sed neutra coniectura opus est. Nam, ut bene monuit *Genebrardus*, אֶשָּׁה idem est quod אֵשׁ poetice et syriace. Chaldaeis dicitur אֶשָּׁתָא – *אַתְּ. Hos. VII, 7. Legerunt אֵשׁ, aut potius ת ut s aut th blaesum extulerunt. Conf. *Cappelli Crit. S.* p. 579. et ad h. l. *Scharfenbergium.* – *בְּאֹשׁ, *foetor.* Amos. IV, 10. Legerunt בָּאֵשׁ, ἐν πυρί. – בְּעֵרָה, *incendium.* Exod. XXII, 6. – חֹשֶׁךְ, *tenebrae.* Deut. V, 23. Per *tenebras* h. l. intellegendae sunt *nubes fulmina iaculantes.* – לֶהָבָה, *flamma.* Ies. X, 17. – *נֶגֶב, *meridies.* Huic enim voci sine dubio πῦρ respon-

det apud *Hebr. Int.* Ezech. XX, 47. *Syr.* ܝܒܫ, *exsiccavit.* Eandem significationem habet quoque haec vox in l. *chald.* et *samaritana.* - נור: נוּרָא chald. Dan. III, 6. 11. VII, 9. 10. et alibi. - צָרֶבֶת, *adurens. Theod.* Prov. XVI, 27. - רֶשֶׁף, *pruna ignita.* Psalm. LXXVII, 53. Conf. Apoc. VIII, 5. - שְׂרֵפָה, *ustio.* Gen. XI, 3. Amos. IV, 11. Sap. XVI, 16. πῦρ, *fulgura ignita grandini mixta* (coll. Exod. IX, 24. Ps. CIV, 32.) et ib. v. 22. Sir. VII, 19. πῦρ καὶ σκώληξ, *afflictiones* s. *poenae gravissimae*, collato Iudith. XVI, 17. Ies. LXVI, 24. et Marc. IX, 44. 48. Sirac. XXIII, 23. ubi de *libidine venerea*, ut πυροῦσθαι 1 Cor. VII, 9., adhibetur. Conf. *Lexicon N. T.* s. v. πυροῦσθαι. Sir. VIII, 3. μὴ ἐπιστοιβάσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα, h. e. *ardorem loquendi ac se vindicandi* accendes magis, perinde facis, ac si ligna igni suggeras, flamma magis exardescet. Sir. VIII, 10. πῦρ φλογὸς, *ira*, *excandescentia*, *affectus animi vehementiores.* *Ignis* quoque passim pro *ira* ponitur. Vid. *Barth.* ad *Claud.* lib. I. in *Ruf.* v. 182. Sir. XV, 16. ubi πῦρ καὶ ὕδωρ notat *quaelibet contraria*, v. c. mala et bona, noxia et salutaria, nam ignis nocet, aqua est salutaris. Sir. XVI, 6. πῦρ, *poenae divinae*, i. q. ὀργὴ in sequ.: nam ultio Dei instar ignis est. 2 Macc. I, 18. πῦρ, *ignis sacer*, coll. v. 19. ubi πῦρ τοῦ θυσιαστηρίου dicitur. Adde II, 1.

"ΑΓΩ ΔΙΑ' ΠΥΡΟ'Σ, *duco per ignem.* הֶבְעִיר בָּאֵשׁ, *comburo in igne.* 2 Par. XXVIII, 3.

ΠΥΡΑ', *pyra*, *strues lignorum igne accensa*, etiam *ignis*, *flamma*, et quidem *ingens acervus ignium collucentium.* Iudith. VII, 5. Sap. XVII, 6. *conglobata fulmina.* 2 Macc. I, 22. πυρὰ μεγάλη. *Vulgatus: ignis magnus*, i. q. φλὸξ v. 32. Vide quoque *Symm.* Sirac. LI, 4. πυρὰ et πῦρ in codd. confunduntur. *Hesych. et Etym. M.* πυραὶ, πυρκαϊαὶ, ἀπὸ τοῦ φύρω. *Phavorinus:* πυρὰ θηλυκῶς, τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἁπτόμενον, καὶ ὁ τόπος, ἐφ' ὃν τὸ πῦρ ἅπτεται.

ΠΥΡΑΜΙ'Σ, *pyramis*, *moles maxima geometrica ratione constructa*, *ex lapidibus quadratis a lato in acutum tendens*, ita dicta ab ignis similitudine, qui surgens latior in acutum desinit. Tales septem exstructae fuisse dicuntur 1 Macc. XIII, 28. scil. more Aegyptiorum. 1 Macc. XIII, 28. *Hesych.* πυραμίδες, οἰκοδομήματα γεωμετρικὰ ἐπὶ τὰ κάτω κατερχόμενα. De etymo v. *Iablonski* T. I. *Opp.* p. 219.

ΠΥΡΓΟΒΑ'ΡΕΙΣ, *munitiones turritae*, *propugnacula*, *turrita palatia.* אַרְמוֹן, *palatium.* Ps. CXXI, 7. εὐθηνία ἐν τοῖς πυργοβάρεσί σου, felicitas in *propugnaculis* tuis. *Hesych.* πυργοβάρεις, οἱ προμαχῶνες. *Suidas:* πυργοβάρεις, προμαχεῶνες, οἱ ὀχυρώτατοι τῶν πύργων, ἢ τείχη ὀχυρά. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πυργοβάρεις, οἱ προμαχίονες (scr. προμαχεῶνες vel προ-

μαχῶνες) *τῶν πύργων οἱ ὀχυρώτεροι*. *Bochartus Hier.* P. II. lib. VI. c. 16. p. 868. hanc vocem inter semi - Aegyptias numerat.

ΠΥ'ΡΓΟΣ, *turris*, *propugnaculum*, *murus*, metaph. *praesidium*. *הֵיכַל, *palatium*. Dan. IV, 26. sec. Cod. *Chis.* Vid. *Lexicon N. T.* s. h. v. - חוּג, *circulus*. *Symm.* Prov. VIII, 27. *πύργον*. - מִגְדָּל, *turris*, *palatium*. Ps. LX, 3. *ἐγενήθης ἐλπίς μου, πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ*, factus es fiducia mea, *turris roboris*, h. e. *turris munita*, a facie inimici. Sic *Aqu. Theod.* Prov. XVIII, 10. *πύργος κράτους*. Eadem metaphora usi sunt profani quoque. *Homerus*, ubi de Aiace Telamonis filio canit, *Odyss.* λ', v. 555. *τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο*. *Eurip. Med.* v. 390. *ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ*, ubi *πύργος ἀσφαλὴς* iuxta *Schol.* dicitur *ἀντὶ τοῦ ὀχύρωμα σωτηρίας*. Addit *Schol.* *καταχρηστικῶς δὲ τὴν σωτηρίαν πύργον ὠνόμασεν, παρὰ τὸ τοὺς ὑποδεδραμηκότας ὑπὸ πύργῳ ἐν τῷ πολέμῳ σώζεσθαι*. Vide et *Schol. Soph. Oedip. Tyr.* v. 1209. *Claudian.* in *Rufin.* I. v. 264. de Stilicone: *hic cunctis optata quies, hic sola pericli turris erat, clypeusque trucem porrectus in hostem.* Conf. *Alberti Peric. crit.* p. 7. et notata infra in v. *τεῖχος*. - מְצוּרָה, *munitio*. Ies. XXIX, 3. *θήσω περί σε πύργους*, ponam circum te *propugnacula*. *Hesych.* *πύργος, προμαχεών, τεῖχος. Ἀλλ' ἐπὶ πύργον ἔβη*. - מִנֶּגֶד, *e regione*. Neh. III, 19. Sed ibi vox מִנֶּגֶד a LXX prorsus omissa esse, ac *πύργου* ad עֲלִית referendum videtur. Sir. XXVI, 27. *πύργος θανάτου*, *turris mortis*, h. e. *mortifera*. Conf. *Drusium Proverb. Class.* I. lib. IV. n. 48. Ita vulgo. Mihi autem *πύργος* h. l. *ianuam*, *portam* significare videtur. Conf. *Hom. Il.* γ', 153.

ΠΥΡΕΙ'Α, *locus*, *ubi accenditur ignis*, *focus*, *caminus*. אֵשׁ, *ignis*. Ies. LIV, 16. ubi in ed. *Ald.* legitur *πυρίᾳ*. Utraque lectio a lectione *πυρὶ*, quae in aliis libris reperitur, quoad sensum minime differt. Continet autem lectio *πυρὶ* emendationem ad textum hebraicum.

ΠΥΡΕΙ῀ΟΝ, *igniarium*, *foculus*, *cui ignis imponitur*, *ignis receptaculum*, *thuribulum*, *acerra*. יָעִים plur. *palae*. 2 Par. IV, 11. - מַחְתָּה, *instrumentum*, *quo prunae ab igne capiuntur*, secundum alios *thuribulum*. Exod. XXVII, 3. XXXVIII, 3. Num. XVI, 37. - *קֻבָּה, *lupanar*. *Symm.* Num. XXV, 8. *πυρεῖον* sec. codd. nonnullos, ubi *Basil.* et al. habent *πορνεῖον*. *Nobilius* legit *πυρίνιον*, cui ideo assentior, quia *πῦρ* interdum de *libidine venerea* dicitur, ut supra docui; ac LXX h. l. *κάμινον* habent, pro quo *Procopius* p. 423. *καμινεῖον* legit. Lectio *πορνεῖον* merum glossema continet. *Hesych.* *πυρεῖον, ἀγγεῖον, κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν*. *Suidas*: *πυρεῖον, θυμιατήριον*.

ΠΥΡΕΤΟ'Σ, *febris*. אֵשׁ לֹא־נֻפָּח, *ignis non sufflatus*. *Inc.* Iob. XX, 26. Videtur merum glossema esse. De *aestu*

πυρετὸς usurpatum legitur apud *Homerum Iliad.* χ', 31. — קַדַּחַת. Deut. XXVIII, 22.

**ΠΥΡΙΑΤΟ'Σ*, *pyriatus*, *fomentatus*, *calefactus*, *igni coctus*. מַחְתָּה, *receptaculum*. Οἱ λοιποὶ sec. cod. X. *Holm.* Exod. XXV, 38. πυριατὰ, καλούμενα τρυβλία. Posteriora pro exegeticis et *Reliquis* haud tribuendis habet *Holmesius*. Caeterum pro πυριατὰ coniicio legendum πυρεῖα s. πύρδαλα. *Photius Lex.* Πυριάτη θηλυκῶς τὸ πυρίεφθον, οὐχὶ πυρίατος οὐδὲ πυριατὴ ὀξυτόνως, οὐδὲ πυριεφθός. *Hesych.* πυριατὸν, τὸ ἐφθὲν πυρὶ, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος.

**ΠΥΡΙ'ΖΩ*, *inflammo*. שָׁעָה, *respicio*. *Theod. sec. cod. Coislin.* Gen. IV, 4. ἐπύρισεν, *inflammavit*, ubi *Montfauconius* tamen mavult ἐνεπύρισεν. Vide supra s. v. ἐμπυρίζω, ac *Etymol. M.* 336, 53.

**ΠΥΡΙ'ΖΩΝ*, *ΠΥΡΙ'ΖΟΥΣΑ*, *rufa*, *rubescens*, i. q. *πυῤῥίζων. אֲדַמְדָּם, *subrubidus*, *multum rufus*. Lev. XIII, 49. πυρίζουσα sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri habent πυῤῥίζουσα.

ΠΥΡΙ'ΚΑΥΣΤΟΣ, *igne combustus* vel *adustus*. שְׂרוּף אֵשׁ part. Pah. *succensus igne*. Ies. I, 7. — שְׂרֵפַת אֵשׁ, *ustio ignis*. Ies. LXIV, 11. — שְׂרֵפָה מַאֲכֹלֶת אֵשׁ, *ustio cibus ignis*. Ies. IX, 5. Praeterea legitur Ies. I, 22. sec. *Alex.* ubi nihil in textu hebr. reperitur. *Hesych.* πυρίκαυστος, πεπυρωμένος. *Schol. Hom.* Il. ν', 564. πυρίκαυστος, περικεκαυμένος, ἡμίφλεκτος. *Aristot. Probl.* lib. II. §. 55.

ΠΥΡΙ'ΝΙΟΝ, *lupanar*, qu. d. *igniarium*, ubi igne libidinis aestuant homines. קֻבָּה, *lupanar*. *Symm.* Num. XXV, 8. Nonnullis *Symmachus* videtur intellegere *conclave*, *ubi focus alebatur*: itaque forte pro πυρίνιον legendum πυρίον, ut sit *focus*. *Kreyssigius* contra coniicit scribendum πορνεῖον, quod praeter alios confirmant codd. *Coisl.* et *Lips.* Vide supra s. πυρεῖον.

ΠΥ'ΡΙΝΟΣ, *igneus*. אֵשׁ, *ignis*. Ezech. XXVIII, 14. 16. *Symm.* Ps. CIII, 4. πυρίνη φλὸξ, ignea flamma. *Symm.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. XXXIII, 2. ubi vid. *Holmesius*. Adde Sirac. XLVIII, 9. ἵππων πυρίνων.

ΠΥΡΙ'ΟΝ, i. q. πυρεῖον, *thuribulum*. Sirac. L, 9. ubi tamen *Grotius* rectius ἐπὶ πυρείου legi existimat. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πυρίον, θυμιατήριον. Ita et *Hesychius* interpretatur.

**ΠΥΡΙ'ΠΝΟΟΣ*, contr. πυρίπνους, i. q. πυρίπνευστος, *ignem spirans*, *vim igneam habens*. 3 Macc. VI, 34. τὴν πυρίπνουν (in cod. *Alex.* legitur πυρόπνουν, vocabulum nuspiam obvium) τόλμαν ἀκλεῶς ἐσβεσμένοι, *ignivoma* (h. e. *perniciem et interitum minante*) audacia inglorie extincta. Πυριπνέω legitur apud *Eurip. Ion.* v. 205. et πυρίπνευστος apud *Musaeum* de *Her.* v. 88.

**ΠΥΡΙΣΜΟ'Σ*, *incendium*. אֵשׁ, *ignis*. Ios. VI, 24. ἐνεπρήσθη ἐν πυρισμῷ sec. *Vat.* ubi alii ἐμπυρισμῷ habent.

ΠΥΡΙΦΛΕΓΗ'Σ, *igneus, igne flagrans, ignitus.* Sap. XVIII, 3. στύλον πυριφλεγῆ, columnam *igniflammeam*, h. e. *fulgurantem instar ignis.* Adde 3 Macc. III, 29. ubi est *igne incensus, combustus*, h. e. *desertus:* πᾶς δὲ τόπος ἄβατος καὶ πυριφλεγὴς γενέσθω. Quidni περιφλεγής?

ΠΥΡΟ'ΒΟΛΟΣ, *ignes iaculans*, vel: *aptus ad iaculandos ignes.* Hinc

ΠΥΡΟ'ΒΟΛΟΝ, sc. βέλος, *telum incendiarium, sagittae, quae ab obsessis mittebantur in opera et milites obsidentium.* 1 Macc. VI, 51. πυρόβολα. *Latinus* interpretatur: *ignis iacula.* Graecis alias dicebantur διάπυρα βέλη, πυρφόρα βέλη, πυρφόρα τοξεύματα, πυρφόροι οἰστοὶ, βέλη πεπυρωμένα, et Latinis *malleoli, falaricae*, et *fervefacta iacula.* Conf. praeter *Lipsium Poliorcet.* l. V. Dial. II. p. 102. et *Stewechium* ad *Vegetium* lib. IV. c. 18. p. 257. auctores citatos *Wolfio* ad Ephes. VI, 16. p. 158. Conf. et v. πυρφόρος ac καίω.

ΠΥΡΟ'Σ, in genere: *far, fruges, frumentum*, speciatim: *delicatius frumentum, triticum*, metonymice et quoque in singulari: *id quod ex tritico conficitur*, τὸ σῖτον, in neutro: *panis triticeus*, ὁ ἄρτος πύρινος. דָּגָן, *frumentum.* Nehem. XIII, 12. δεκάτην τοῦ πυροῦ, decimas *frugum quarumcunque.* *Symm.* Ps. LXXVII, 24. Sirac. XXXIX, 32. πυρὸς, μέλι, γάλα, h. e. *omnis generis commoda, summa rerum ad vitam necessariarum.* - חִטָּה, *triticum.* Iob. XXXI, 14. ἀντὶ πυροῦ ἐξέλθοι μοι κνίδη, pro *frumento* proveniat mihi urtica, s. infelix lolium. *Symm.* ἀντὶ σίτου. Est formula proverbialis. Conf. Ierem. XII, 13. Ioel. I, 11. οἱ κόροι πυροῦ, cori *tritici.* Ps. CXLVII, 14. ἐκ στέατος πυροῦ, adipe s. flore, polline *tritici*, coll. Deut. XXXII, 14. Exod. XXXIV, 22. ἀρχὴν (pro ἐν ἀρχῇ vel ἀπαρχῇ) θερισμοῦ πυρῶν, si primitias affers in messe tritici. Conf. *Philon. Iud. de Fest.* p. 1192. – חִנְטִין chald. plur. Esdr. VI, 9. VII, 21. *Gloss. MS. in Cant. Script.* πυροῦ, σίτου, quae glossa pertinere videtur ad Deut. XXXII, 14. Hinc πυρηφόρος, *tritici ferax, frugifer*, i. q. σιτοφόρος apud *Homer. Od.* γ', 495. et *Hymn.* in *Apoll.* v. 228. pro quo et cum Omicron legitur πυροφόρος apud *Hesychium:* πυροφόροιο, σιτοφόρου. quae vox exstat in epitaphio *Aeschyli* apud *Plutarch. lib. de exil.* p. 604.

ΠΥΡΟΦΟ'ΡΟΣ (Legendum πυρφόρος aut πυριφόρος: nam πυροφόρος est *frumentarius*, ut monuit *Hieronymus*, aut potius omnino *is, qui brachiis vel tergo frumentum gerit*, unde quoque de *terra tritici ferace* dicitur. Vide supra s. v. πυρός, ac *Homerum Iliad.* ξ', 123. et φ', 602.), *ignifer, flammifer, facifer, antesignanus.* שָׂרִיד, *superstes in bello.* Abd. v. 18. sec. cod. *Vat.* Cod. *Alex.* habet πυρφόρος. *Theod.* κατάλοιπος. *Aqu.* ὑπολειφθείς. *Symm.* ἐκφυγών. Bene. Mens

enim Abdiae est: *nemo erit residuus e bello de genere Esavi, aufugiet nemo gladium.* LXX respexerunt ad paroemiam Graecorum, si de cruenta clade et internecione dixere: *οὐδὲ πυρφόρος*, sc. *ἀπελείφθη* seu *ἐσώθη*. *Diogenianus Adag. Cent.* VII, 15. intellexit de vate, ramum lauri et coronas gestante: hunc unum violare nefas erat. *Mich. Apostol. Prov. Cent.* XIV, 98. sumsit de sacerdote, altaris ignem incendente, sacrosancto etiam hoc. *Hesych.* *πυρφόρος, ὁ πῦρ φέρων, καὶ ὁ μόνος διασωθεὶς ἐν πολέμῳ.* *Suidas*: *πυρφόρος, πῦρ φέρων. Πυρφόρους δὲ ἔλεγον τοὺς ἱερέας, τοὺς ἐπιβώμιον πῦρ ἀνάπτοντας. ἐν τοῖς οὖν πολέμοις εἰώθασι τῶν ἱερέων οἱ νενικηκότες φείδεσθαι. Ἐπειδὴ τῶν παντελῶς ἡττηθέντων καὶ συμπατηθέντων ἐν τῷ πολέμῳ εἰώθασιν ὑπερβολῇ χρώμενοι οὕτω λέγειν, ὅτι οὕτως ἀπώλοντο, ὥστε οὐδὲ πυρφόρος (ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, οὐδὲ ἱερεὺς) ὑπελείφθη τῷ στρατῷ.* Adde *Alex. ab Alex. dies genial.* V, 3. p. 35. et vide *Salmasium* in not. ad *Ael. Spartian* p. 108. notas ad *Hesych.* et *Iul. Polluc.* lib. I. c. 35. ed. *Hemsterhus.* ac *Kalinskii Diss.* de *sacerdote Hebr. vett. bellico* Lips. 1715. 4.

ΠΥΡΟ'Ω, *incendo, cremo*, it. *igne probo, exploro.* אָדַם, *rubeo. Al.* Thren. IV, 7. de Nasiraeis: *ἐπυρώθησαν*, macilenti alias, nunc nitidi *instar flammae ignis rubuerunt*, ubi nonnulli cum *Nobilio* legere malunt *ἐπυῤῥώθησαν*, *rutilabant* Vide quoque infra s. *τυρόω*. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXV, 5. ubi quoque pro *πεπυρωμένα Scharfenbergius* legere mavult *πεπυῤῥωμένα*, *rufas s. colore rubro tinctas.* Equidem nihil mutandum censeo, nam etiam *πεπυρωμένα rutili accensique coloris* verti potest. - בָּחַר, *eligo.* Prov. X, 21. *ἄργυρος πεπυρωμένος*, argentum *igne probatum et examinatum*, adeoque lectissimum, eximii pretii, optimum. Non legerunt נִבְחָן, sed libere verterunt, sensu tamen non mutato. - נָטַע, *planto*, h. l. *alte infigo.* Cohel. XII, 11. *ὡς ἧλοι πυρωμένοι* aut potius *πεπυρωμένοι*, clavi *urentes*, sc. *animos*, ut metaphorice h. l. expresserunt. Fortasse tamen legendum est *πεπαρμένοι*, *infixi*, a *πείρω*. - צָרַף, *conflo, purgo, quasi aurum et argentum igne tentatum.* Psalm. XI, 7. *ἀργύριον πεπυρωμένον*, argentum *igne purgatum.* Ps. LXV, 9. *ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον*, *explorasti* nos, quomodo argentum igne *exploratur.* Zach. XIII, 9. coll. Apoc. III, 18. Ier. IX, 7. ubi est i. q. *δοκιμάζειν*, coll. Ps. XXV, 2. 2 Sam. XXII, 31. *τὸ ῥῆμα κυρίου πεπυρωμένον*, h. e. *δόκιμον*, verissimum, certissimum, coll. Ps. XVI, 31. ubi *Symm. δόκιμον.* *Theodoretus* ad h. l.: *πεπυρωμένα τὰ δόκιμα λέγει καὶ ψεύδους ἀπηλλαγμένα.* Idem ad Ps. CXVIII, 148. ad verba *πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου* ait: *δόκιμος ἐστὶ καὶ ἀκίβδηλος ὁ σὸς λόγος, καὶ μώμου παντὸς ἐλεύθερος.* Ps. XXV, 2. *πύρωσον τοὺς νεφρούς μου*, quod iuxta *Suidam* *ἀντὶ τοῦ φλέξον ἢ καῦσον.* Adde *Aqu. Symm. Theod.*

Ies. I, 25. - תּוֹעָפוֹת plur. *vires.* Iob. XXII, 25. ubi כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת est argentum *fulgens et candidum*, a יָפַע, *splendeo.* LXX pro hebr. *Deus tibi argentum erit splendidum* scripserunt: *Deus te purum faciet, ut argentum candens*, h. e. *sordibus abstersis scelus omne piabit.* - תַּחַשׁ, *taxus. Al.* Exod. XXV, 5. πεπυρωμένα. Ita *Bielius.* Sed pertinet ad אָדֹם, quod vide supra: quanquam non ignoro, intt. nonnullos תחש sumsisse de *colore rubicundo.* Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III, 30. et *Bynaeum* de *calc. Hebr.* II, 3, 8. Iudith. VIII, 17. ubi pro ἐπύρωσεν cum *Syro* legere mallem ἐπείρασεν. Esth. XV, 10. ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πεπυρωμένον δόξῃ, elata, quae maiestate *ardebat*, facie. 2 Macc. IV, 38. πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς, *accensus* animis. Ib. X, 34. XIV, 45. πυρωθέντες, πεπυρωμένοι τοῖς θυμοῖς, *inflammati, ardentes animo, animositate, ira.* Vide *Gataker. Adversar.* c. 44. 2 Macc. X, 3. πυρώσαντες τοὺς λίθους, *ignem excusserunt ex lapidibus.* 3 Macc. IV, 2. στεναγμοῖς πεπυρωμένης τῆς αὐτῶν πάντοθεν καρδίας, suspiriis cordis eorum undique *acerbissime afflicti*, coll. 1 Cor. VII, 9.

ΠΥ'ΡΠΝΟΟΣ, pro πυρίπνοος, i. q. πυρίπνευστος, *ignivomus, ignem efflans ac spirans.* Sap. IX, 19. θῆρες πύρπνοον φυσῶντες, bestiae *ignivomum* spirantes flatum. Vox extat in *Anthol. Gr.* lib. II. Ep. 14, 3. χίμαιρα καὶ ἀγέλη ταύρων πυρίπνους.

*ΠΥΡΠΟΛΕ'Ω, *igne et incendiis vasto.* 4 Macc. VII, 4. *Photius Lex.* πυρπολεῖται, καίεται, ἐμπυρίζεται. Eadem verba habet quoque *Zonaras Lex.* col. 1599. *Etymol. Gudianum* 488, 36. πυρπολουμένη, ἐμπυριζομένη, πυρπολῶ γὰρ τὸ καίω.

ΠΥΡ'Ρ'Α'ΚΗΣ, *flavus, rubicundus, rutilus.* אַדְמוֹנִי, cum terminatione quasi patronymica, ab inusitato אַדְמוֹן, *rubens, sanguineus.* Gen. XXV, 25. Esavus utero egressus ἦν πυῤῥάκης, erat *rufus*, forsitan crinibus: ubi *Compl.* habet πυῤῥάκιος. 1 Sam. XVI, 12. XVII, 42. *Suidas et Hesych.* πυῤῥάκης, ξανθός. Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* in quo praeterea πυῤῥὸς *rufus* exponitur.

ΠΥΡ'Ρ'ΙΑ'Ω, *rubesco, rufus sum.* אָדַם in Hiph. *Al.* Ies. I, 8. πυῤῥιάσωσιν ὡς κόκκινον, *rubra* sive *rufa fuerint*, ut coccinum. Sic enim pro πυραίωσιν legendum censet *Drusius* in *Fragm. Vet. Int. Graec.* p. 379. *Curterius* autem malebat πυραίωσιν. Fortasse vera lectio est πυῤῥαιῶσιν, sc. ἁμαρτίαι.

ΠΥΡ'Ρ'Ι'ΖΩΝ, *rubescens, rufus, fulvus*, a πυῤῥίζω, *rufum reddo*, vel *rufum colorem imitor.* אֲדַמְדָּם, *subrubidus, rubescens.* Lev. XIII, 19. 24. XIV, 37.

ΠΥΡ'Ρ'Ο'ΟΜΑΙ, *rufus s. rubicundus sum, rubesco.* אָדַם, idem. *Al.* Thren. IV, 7. ἐπυῤῥώθησαν.

ΠΥΡ'Ρ'Ο'Σ, *rufus, ruber.* אָדֹם, foem. אֲדֻמָּה. Gen. XXV, 30. ἀπὸ τοῦ ἑψήματος τοῦ πυῤῥοῦ τούτου, de pulmento hoc *rutilo.* Num. XIX, 2. δάμαλις πυῤῥά, vacca *rufa*, quasi colo-

ris ignei. Rufa animalia etiam extranei Diis offerebant. Sic *Plutarchus* de Aegyptiis in *Isid. et Osir.* p. 363. A. τῶν βοῶν τοὺς πυῤῥοὺς καθιερεύουσιν. *Theocrit. Idyll.* δ', 20. Zach. VI, 2. ἵπποι πυῤῥοί. *Aquila* addit: καὶ ξανθοί. 2 Reg. III, 22. τὰ ὕδατα πυῤῥὰ ὡς αἷμα, aqua instar sanguinis *rubens*. Conf. infra in v. ψαρός. – אִשֶּׁה, *ignita oblatio*. *Aqu. Theod.* Exod. XXIX, 18. Lev. II, 9. ubi in *Cod. Paul. Lips.* πυρὸν legitur. *Aqu.* Lev. X, 11.

*ΠΥΡΡΟΣ ΕΙΜΙ, *rufus sum.* הָאְדִים Hiph. ab אָדַם. *Symm.* Ies. I, 18. ubi vid. *Montfauconius.*

ΠΥΡΡΟΤΕΡΟΣ, comp. *rubicundior.* אָדַם, *ruber sum.* *Symm.* Thren. IV, 7. πυῤῥότεροι.

ΠΥΡΣΕΥΩ, *accendo ignem seu lucernam, incendo, facem accensam attollo* vel *praefero, praeluceo.* הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Iob. XX, 10. sec. *Vat.* αἱ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας, manus eius *incendent* dolores, aut *facem praeferent* ad dolores. *Suidas:* πυρσεύει, πῦρ ἐξάπτει. καὶ πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω καὶ ἀνάπτω καὶ ἄνωθεν δεικνύω τὸ κάλλιστον, οἷα τὶς πυρσὸς καὶ φρυκτωρία ἄνωθεν ἐπιδεικνύουσα τὸ σῶσον τοῖς εἰς λιμένα καὶ ὅρμον ἐπειγομένοις. Idem: πυρσεύσασαν, φλέξασαν. Forte ex Iob. l. c. legendum πυρσεύσαισαν, φλέξαισαν. *Hesych.* πυρσεύει, δᾳδουχεῖ, λάμπει, ἐξάπτει, ἅπτει πῦρ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* πυρσεύει, λαμπαδεύει, διὰ πυρὸς σημαίνει. Idem: πυρσεῦσαι, πῦρ ἅψαι, διὰ πυρὸς φωτίσαι. – Vide alibi δόλος.

ΠΥΡΣΟΣ, *strues lignorum incensorum, quae nocte procul lucebat nautis, ligna ardentia, faces ardentes,* item *fax, signum per ignem,* et *incendium.* מַשְׂאֵת, *ascensio*, h. e. *flamma aut fumus, si sursum fertur.* Iud. XX, 31. sec. cod. *Oxon.* Ib. v. 38. ἀνενέγκαι πυρσὸν τοῦ καπνοῦ ἀπὸ τῆς πόλεως, ut ascendere facerent illi *signum fumi* de urbe. Vide et Iud. XX, 40. ὁ πυρσὸς ἤρξατο ἀναβαίνειν, incendium perrexit *accrescere.* Cod. *Alex.* priori loco πύργον τοῦ καπνοῦ, fumum turris instar evectum, posteriori πύργος legit, intellecto iterum τοῦ καπνοῦ. Aliae Editt. utrinque legunt σύσσημον, symbolum, h. e. signum ex composito datum, de quo convenerat inter eos. Scil. fumus erat signum, ut Israelitae proelium restaurarent cum Gibeonitis. Veteres autem signa dabant ex composito praecipue πυρσοῖς, *facibus accensis.* *Pausan. Corinth.* p. 67. *Wechel.* *Sext. Empir.* lib. VIII. *adv. Mathem.* §. 193. ubi videndus *Fabricius* not. p. 494. *Aene. Poliorcet.* c. 10. fin. *Homer. Il.* σ', 211. *Hesych.* πυρσοὶ, λαμπάδες καιόμεναι, λαμπτῆρες, φρυκτώρια. Idem: πυρσὸς, λαμπὰς, ἢ διὰ πυρὸς σημεῖα. *Suidas:* πυρσοὶ, λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι.

ΠΥΡΦΟΡΟΣ, *ignem ferens, ignifer,* speciatim *vates* aut *sacerdos, qui olim apud Graecos praecedebat aciem, lauro tempora cinctus, tenensque facem ardentem manu, cuiusque*

vitae, ut hominis sacrosancti, etiam hostes parcebant. שָׂרִיד, *superstes. Al.* Abd. v. 18. Vide supra s. v. *πυροφόρος*, et adde *Fischerum* de *Verss. GG. V. T.* p. 130. sequ.

ΠΥΡΦΟ'ΡΟΣ, sc. Ο'Ι'ΣΤΟ'Σ, *sagitta ignifera.* כִּידוֹן, *lancea* aut *telum, iaculum.* Iob. XLI, 21. crocodilus *καταγελᾷ σεισμοῦ πυρφόρου*, sc. *οἴστου*, deridet strepitum *sagittae igniferae.* Legerunt fortasse כִּידוֹד, quod *scintillas ignis* significat, coll. v. 11. *Pollux* lib. I. c. 10. segm. 137. *εἰσὶ δὲ καὶ πυρφόροι οἰστοὶ*, ubi vide Intt. De iisdem *Philo* lib. III. *de vit. Mosis* p. 461. *ἤδη γοῦν καὶ στόλους μεγάλους ἐπιβατικοὺς πλήρεις οἰστοὶ πυρφόροι κατέφλεξαν βληθέντες, καὶ ὅλας πόλεις ἐξανάλωσαν, αἳ σμηχόμεναι μέχρι θεμελίων εἰς τέφραν ἐδαπανήθησαν.* *Musaeo de Her.* v. 41. et 88. *πυρίπνευστοι* et *πυριπνέοντες οἰστοὶ* audiunt, ubi tamen metaph. de Cupidinis s. amoris vi usurpantur. Vide supra s. v. *πυρόβολος*.

ΠΥΡΩ'ΔΗΣ, *ignitus, igneus, ardens ut flamma.* Sirac. XLIII, 4. sol *ἀτμίδας πυρώδεις ἐμφυσῶν*, sol vapores *igneos* exhalans. Apud *Iul. Polluc.* V, 110. regio vocatur *πυρώδης*, solis fervore arida, torrida. Sir. XIX, 26. sec. *Compl.*

ΠΥ'ΡΩΣΙΣ, *combustio, incendium, uredo, conflatio.* אָכְלָה, *cibus.* Ezech. XXIII, 37. אָכְלָה h. l. de *consumtione per ignem* accipiendum est: sermo enim est de cultu sacro *Molochi.* - כּוּר, *fornax*, per synecdochen *catinus.* Prov. XXVII, 21. *χρυσίῳ πύρωσις*, aurum fornace probatur: ubi *Schol. χωνευτήριον.* - שִׁדָּפוֹן, *uredo segetum*, s. *vitium frugum, quod provenit ex aethere ignifero et nimia siccitate.* Amos. IV, 9. ubi *πύρωσις* est *uredo, adustio intensa. Hesych. πύρωσις, δοκιμασία.*

ΠΥΡΩΤΗ'Σ, *qui igne excoquit et purgat, fusor, aurifex, aurifaber.* צֹרֵף, idem. Nehem. III, 8.

ΠΩ'ΓΩΝ, *barba*, veluti *πόα γενείου, herba fruticans in mento.* זָקָן, idem. Lev. XIX, 27. XXI, 5. *ἡ ὄψις τοῦ πώγωνος*, h. e. *barba: ὄψις* enim inservit periphrasi ex Hebraismo. 1 Sam. XXI, 13. et alibi saepius.

ΠΩΛΕ'Ω, *vendo, emancipo, prostituendi corporis causa trado cauponi aut aliis.* מָכַר. Ezech. VII, 13. *ὁ κτώμενος πρὸς τὸν πωλοῦντα*, emtor ad venditorem, sc. non redibit, ut alioquin fieri solet anno Iobelaeo, privilegio non fruetur legis, quae extat Lev. XXV, 13. Exod. XXI, 8. *ἀλλοτρίῳ οὐ κύριός ἐστι πωλεῖν αὐτὴν*, non licet filiam per venditionem e patria potestate dimittere. Ioel. III, 3. *τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ οἴνου*, tradiderunt puellas (cauponi) pro vino, quod biberant, h. e. tenui pretio. *Vendere* est quaestui corporis exponere et aliis tradere. *Suidas* in *πωλοῦσι*: *πωλεῖν γὰρ τὸ παρέχειν τοῖς βουλομένοις· ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστι περιᾶν.* - שָׁבַר. Gen. XLI, 57. XLII, 6. - הִשְׁבִּיר Hiph. *Symm.* Prov. XI, 26.

ΠΩ͂ΛΟΣ, *pullus*, *asellus*, *mulus*, *hinnulus cervae*, *dama*, *rupicapra*. יַעֲלָה, *dama*, *dorcas*, *rupicapra*. Prov. V, 19. Vide *Opusc. crit.* p. 278. *Gataker.* de stilo N. T. c. 16. extr. et *D'Arnaud anim. crit.* p. 107. – עַיִר, *pullus asini*, *asellus*. Gen. XXXII, 15. XLIX, 11. Iud. X, 4. XII, 14. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXX, 6. – עֹפֶר, *hinnulus*. *Aqu.* Cant. II, 9. *Suidas*: πῶλοι κυρίως τὰ γεννήματα τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, ἅπερ ἔθος ἔχομεν καταψᾷν καὶ κολακεύειν: ubi vid. *Küsterus*.

ΠΩ͂ΛΟΣ ΝΕ'ΟΣ, *pullus novus*. בֶּן אֲתֹנוֹת, *filius asinarum*. Zach. IX, 9. Sc. non omnes πῶλοι sunt νέοι, siquidem vel triennes et magis adultiores πῶλοι nominantur. *Lex. MS. Colbert.* in *du Fresne Gloss. Graecit.* p. 1278. πῶλος, ὄνος τριέτης. Iud. XII, 14. ἐπιβεβηκότες ἐπὶ πώλους.

**ΠΩ͂ΜΑ*, *potus*, *potio*, i. q. πόμα. Conf. *Eurip. Ion.* 1199. ubi vid. *Barnesius*. מַשְׁתֶּה, *potatio*, metonymice *potus*, *qui bibitur*. Esdr. III, 7. βρώματα καὶ πώματα sec. ed. *Wechel.* a. 1597. quam secuti sunt *Kircherus* et *Trommius*. *Cod. Vat.* et *Alex.* ποτά. *Ald.* πόματα. Vide *Ammon. de differ. verb.* s. πόμα. *Zonaras Lex.* col. 1601. πῶμα, τὸ σκέπασμα. Conf. *Homer. Il.* δ', 116. et π', 221. *Photius*: πῶμα, τὸ ποτὸν οὕτως λέγουσιν. Adde *Etymol. M. Gudianum* 475, 14.

ΠΩΜΑ'ΖΩ, *operculo tego*, *operio*, *obruo*. כָּסָה, *tego*. Ps. CXXXIX, 10. πωμασάτω αὐτούς, *operiat* s. *obruat* illos, ut sit a πῶμα, *operculum*. Potest quoque verti: *potus eorum sit*, quod convenit *veneno*, ut deduxerit a radice deperdita כוס, *potare*.

ΠΩ'ΠΟΤΕ, *unquam*. מִיָּמִים, *a diebus*. 1 Sam. XXV, 28. ubi de tempore futuro dicitur. De tempore praeterito legitur 1 Reg. I, 6. sec. *Compl.*

ΠΩΡΟ'Ω, *hebeto*, *occoeco*, *callum obduco*, *obduro*, *caligo*, *deliro instar coeci*. כָּהָה, *caligo*, *rugas contraho*. Iob. XVII, 7. πεπώρωνται γὰρ ἀπ' ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου, *caligant* mihi prae indignatione oculi. *Suid.* πεπώρωται, τετύφλωται. *Hesych.* πεπωρωμένοι, ἐσκληρωμένοι, τετυφλωμένοι. Idem: ἐπωρώθησαν, ἐτυφλώθησαν. Est a πωρός, quod *coecum* denotat. *Suidas*: πωρός, ὁ τυφλός, καὶ πώρωσις, ἡ τύφλωσις. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΠΩ͂Σ, *quomodo*. *אַךְ. *Theod.* Ion. II, 5. – אֵיךְ. 1 Par. XIII, 12. Dan. X, 17. – *חַיֶּיךָ, *vita tua*, s. *per vitam tuam*, aut, ut *Vulgatus* reddidit, *per salutem tuam*. 2 Sam. XI, 11. πῶς; h. e. *quomodo hoc faciam?* aut: *quo iure hoc a me postulari possit?* Legerunt הֵיךְ, quae lectio est longe praeferenda textuali. – *כִּי. *Hebr. Int.* Iob. XV, 14. – מִי יִתֵּן, *quis dabit*, h. e. *utinam*. Iob. XI, 5. *Πῶς*, aeque ac πῶς ἄν, quandoque reddendum esse *utinam*, docuit Doct. *Schaeferus* in *Meletem.*

Crit. in *Dionys. Art. Rhetor.* p. 100. - *צַדִּיק, *iustus.* 2 Sam. XXIII, 3. Legendum sine dubio *δικαίως*.

ΠΩ͂Σ Α'Ν ΓΕ'ΝΟΙΤΟ, *quomodo fiet vel erit?* מִי יִתֵּן, *quis dabit?* Deut. XXVIII, 67. Vide supra s. *πῶς*.

ΠΩ͂Σ ΟΥ'ΧΙ', *quanto magis.* אַף כִּי. Prov. XV, 11.

Ρ.

ῬΑΒΔΙ'ΖΩ, *virga caedo, baculo s. pertica excutio* seu *decutio, trituro.* חָבַט, *excutio s. decutio*, si frumenta s. legumina ex folliculis instrumento quocunque excutiuntur. Iud. VI, 11. *ἐῤῥάβδιζε πυροὺς*, *triturabat* frumentum. Ruth. II, 17. *ἐῤῥάβδισεν, ἃ συνέλεξε, triturabat* spicas, quas collegerat. *Vulg. virga caedens et excutiens.* Sc. in re subitaria et minore frumenti copia in frumento excutiendo flagellis quoque utebantur. *Aqu. Theod.* Ies. XXVII, 12. *ῥαβδίσει*. Sic enim legendum pro *ῥαβδήσει*. Adde quoque Ies. XXVIII, 27. ubi pro *τινάσσεται* alii habent *ῥαβδισθήσεται*.

ῬΑΒΔΙ'ΟΝ, diminutivum, *virga parva, virgula.* Sumitur etiam pro *ῥάβδῳ, βακτηρίᾳ, baculo.* חֹטֶר. Prov. XIV, 3. *ἐκ στόματος ἀφρόνων ῥαβδίον ὑπερηφανίας*, labia stultorum quasi baculo percutiunt alios insolentia sua. *Aqu.* Ies. XI, 1. ubi LXX *ῥάβδος* habent. Vox hebr. חֹטֶר quandoque *baculum, scipionem* notat. Syriacum ܚܘܛܪܐ est *virga, baculus, fustis.*

ῬΑ'ΒΔΟΣ, *virga, baculus, sceptrum, surculus viridis, virga florens*, etiam *ligneus sagittae calamus.* חֹטֶר. Ies. XI, 1. *ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί*, repullulabit *surculus* ex caudice Isaei, h. e. ex gente Davidica proditura est *soboles.* - חֵץ, *sagitta.* Ezech. XXI, 21. *τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον*, ut virgam vel *sagittam* eiiciat, sc. divinandi et ominis faciendi causa. *Gloss. MS. in Ezech. ῥάβδον, βέλος.* Ita quoque *Hesychius.* Est genus augurii *ῥαβδομαντεία* et *βελομαντεία* olim apud *Chaldaeos* (*Schol. Nicandri: μάγοι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ.*), *Persas* (*Strab. Geogr.* l. XV. p. 847.), *Assyrios* (*Athen. Deipn.* l. XII. c. 7. p. 530.) aliosque populos usitatum. Conf. Hos. IV, 12. et *Potteri Arch. Gr.* T. I. lib. 2. c. 16. Vide quoque *Reiskii Sammlung einiger arabischen Sprüchwörter, die von den Stecken oder Stäben hergenommen sind* (Lips. 1758. 4.) p. 19. sequ. - מוֹט, *iugum.* Nahum. I, 13. ubi non מַטֵּה legerunt, sed voci *ῥάβδος* notionem *dominii duri* et ex adiuncto *servitutis* subiecerunt. Conf. s. v. מַטֶּה. - מַטֶּה. Ies. IX, 4. *ἀφῄρηται ὁ ζυγὸς καὶ ἡ ῥάβδος ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ*, h. e. *servitus* eorum depulsa est. Ies. X, 5. *ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου καὶ ὀργῆς, dominium* atrox et iracundum. Ezech. XX, 37. *διάξω ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ῥάβδον μου*, subiiciam vos *imperio* meo.

Ps. II, 12. reges eos *ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ*, *imperio* duro. Ps. CXXV, 3. *τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν*, *tyrannidem* impiorum, sc. supra iustos. – מִטָּה, *lectus*. Gen. XLVII, 31. ubi est *baculus*, *quem quis manu gestat*, ac LXX aperte מַטֶּה legerunt. Vide *L. Bos. Proleg.* in LXX, ubi *Patricium Iunium* notat, qui coniicit, LXX pro *ῥάβδου* scripsisse *κραββάτου*. Conf. Hebr. XI, 21. – מַקֵּל. Gen. XXX, 37. Num. XXII, 27. Hos. IV, 12. *ἐν ῥάβδοις αὐτοῦ ἀπήγγελλον αὐτῷ*: ubi etiam de *ῥαβδομαντείᾳ* sermo est. Vide *Seldenum de Diis Syris Synt.* I. c. 2. p. 101. *Beyerum* ad eundem p. 197. ac *Ez. Spanhemium Obs. in Callimachum* p. 639. Ezech. XXXIX, 9. ubi *ξύλα* sunt *sudes*, gallice *des pallisades*. – מִשְׁעֶנֶת, *scipio*. Exod. XXI, 19. Iud. VI, 21. 2 Reg. XVIII, 21. et alibi. *Theod.* (sec. *Procop.* in *Cat. Niceph.* p. 1314.) Num. XXI, 18. – עֵץ, *lignum*. Ezech. XXXVII, 16. 17. 19. 20. ubi *ῥάβδος tabellam ligneam* notare videtur. – שֵׁבֶט. 2 Sam. VII, 14. *ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν*, h. e. animadvertam in eum *castigatione* non inhumana nec durissima. Vid. *le Moyne* in *Varia Sacr.* p. 457. Adde Ps. LXXXVIII, 32. et 1 Cor. IV, 21. Ps. XXII, 4. *ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου* defendunt me, ubi est *praesidium*. Iud. V, 14. *ἕλκοντες ἐν ῥάβδῳ γραμματέως*, qui ducunt s. tractant *stilum scribae*, h. e. *eruditi*, *literatores*, ubi *ῥάβδος* est *instrumentum scribendi*, *stilus*, *calamus*. Ps. LXXIII, 3. *ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου*, liberasti *portionem* demensam tuam, h. e. terram, quam tibi vindicasti, ut quasi portio tua esset. Sc. *ῥάβδος* h. l. notat *virgam metientium*, *perticam mensoriam*, et metonymice *terrae portionem per eiusmodi perticam demensam*. Mich. VII, 14. *ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ σου*. Inde forte in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *ἐν ῥάβδῳ*, *ἐν ἐπιτιμίᾳ λέγων*. Apud *Phavorinum* male legitur: *ἐν ἐπιτιμίου λόγῳ*. – שֵׁבֶט et מַטֶּה iunctim. Ies. X, 5. 15. XXVIII, 27. – שַׁרְבִיט, *sceptrum*. Esth. IV, 10. *πλὴν ᾧ ἐὰν ἐκτείνῃ τὴν χρυσῆν ῥάβδον*, praeter eum, in quem extenderit *sceptrum* aureum: quod regibus, si promittebant, usitatum fuisse, *Aristoteles* narrat *Polit.* lib. III. c. 10. *ὁ δὲ ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις*. His addidit *Bielius*: פְּרִי, *fructus*. *Al.* Ies. XIX, 12. *αἱ ῥάβδοι*. Sed locus, quem respexit, reperitur Ezech. XIX, 12. ubi *τῷ* מַטֵּה respondet.

ῬΑΓΑ'Σ, *ruptura*, *scissura*, *rima*, *fissura*, a *ῥήσσω*, *frango*, *rumpo*, i. q. *ῥῆγμα*, *ῥῆξις*. נַעֲצוּץ, *vepretum*. Ies. VII, 19. Aegyptii et Assyrii, ut muscae et apes, considunt *εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα*, in speluncis et in omnis generis *fissuris*. Sic Codex *Vaticanus*. MS. *Alex.* addit: *καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ*. Nescitur autem, num per *ῥαγάδα* voluerint exprimere נַעֲצוּץ, ut *Kircherus*, *Trommius* et *Bielius* putant, vel num respexerint נַהֲלֹלִים (*arbores viles*, sec. *Schultensium Origg. Hebr.* I, 11. p. 109. *loca irrigua*), ut legerint הַנְּחַלִּים, a חָלַל, *perforare*. *Vulg.* *foramina*. Posterius est

probabilius, ut verba *καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ* glossema contineant. *Hesych.* ῥαγὰς, ῥωγὰς, πῆλυξ. Vid. *D'Arnaud Lect. Gr.* II, 15. p. 233. Nisi forte ῥαγὰς sit etiam *ramus abscissus*, veluti ῥαγάζιον, de quo vid. *du Fresne* in *Gloss. Graecit.* p. 1279.

'ΡΑ'ΓΜΑ, idem. בְקִעִים plur. *scissiones*. *Al.* Amos. VI, 11. ῥάγμασιν.

'ΡΑ'ΔΑΜΝΟΣ, *germen tenerum, ramus, stolo, malleolus, propago.* Ita dici volunt, quia ῥέα δαμᾶται, *facile subigitur.* Alio nomine in plur. παραφυάδες, παραφύσεις, παραβλαστήματα. *Plinius* vocat *adnata*, quae a latere proveniunt in plantis, stirpibus, arboribus, et succrescunt iusto germini, inutilis plerumque fructificatio. - יוֹנֶקֶת, *surculus sponte pullulans, quasi succum arboris sugens.* Iob. VIII, 16. XIV, 7. - כִּפָּה, *ramus,* propr. *incurvus.* Iob. XV, 32. - צֶלֶל, *umbra. Al.* Iob. XL, 17. ῥαδάμνοις. Ita transtulit, quia sc. umbram faciunt ῥάδαμνοι. *Hesych.* ῥάδαμνος, βλαστὸς ἁπαλὸς, κλάδος, ἄνθος, ὄρπηξ καὶ τὰ τοιαῦτα. *Suidas:* ῥάδαμνος, βλαστὸς τρυφερὸς ἢ κλάδος. ῥάδαμνός ἐστιν ὁ τοῖς φύλλοις κομῶν ἀκρέμων τοῦ δένδρου, καὶ σκιὰν ἐκτελῶν, παρὰ τὸ ῥᾳδίως δαμάζεσθαι ὑπὸ καύσωνος ἢ τινὸς ἄλλου αἰτίου ὡς ἁπαλὸς καὶ προέχων. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ῥάδαμνος, κλάδος, βλαστὸς, φυάδιον. ἢ δένδρου τὸ ἄνθος. *Olympiodorus* ad Iob. XIV, 7. ῥάδαμνον interpretatur τὸν κλάδον τὸν μετὰ τὴν ἐκτομὴν φυόμενόν τε καὶ αὐξανόμενον.

'ΡΑ'ΔΙΟΣ, *facilis, utilis, commodum afferens.* 2 Macc. II, 27. IV, 17. οὐ ῥᾴδιον, h. e. *periculosum, noxium, quod poenas affert. Vulg. impune non cedet.*

'ΡΑΘΜΕ'Ν. Ipsa vox hebr. רֹתֶם, *iuniperus.* 1 Reg. XIX, 4. ὑποκάτω ῥαθμὲν, pro quo in *Gloss.* in Lib. 3. Reg. vitiose legitur ὑποκάτω ῥαμέν. Exponitur autem ὑποκάτω ἀρκευτοῦ (scr. ἀρκεύθου), *sub iunipero.* Conf. *Cappelli* notas ad Iob. XXX, 4.

'ΡΑΘΥΜΕ'Ω, *segniter ago, desideo, otio me trado.* הִתְרָאָה Hithp. *invicem aspicio, ut facere solent inopes consilii,* et ex adiuncto *cunctor.* Gen. XLII, 1. *Boysenius* in *Symbolis crit.* P. I. p. 101. confert arab. رفث, *remissus ac languidus fuit.* Conf. *Golium* p. 281. Iudith. I, 16. Sir. XXXII, 12. Interdum ῥαθυμεῖν etiam notat *scortari, voluptati venereae indulgere,* v. c. 2 Macc. VI, 4. ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ῥαθυμούντων μεθ' ἑταιρῶν. (*Vulg gentilium scortantium cum mulieribus.*) ubi est i. q. in sequ. γυναιξὶ πλησιάζειν. *Suidas:* ῥαθυμεῖν, οὐχ (h. e. *non tam*) ὡς ἡμεῖς φαμὲν τὸ τοῖς ἀφροδισίοις σχολάζειν, ἀλλὰ (*quam*) ἁπλῶς τὸ ἀργεῖν καὶ τρυφᾶν, παρὰ τὸ ῥᾷστα τῷ θυμῷ διδόναι. *Etym. M.* ῥαθυμεῖν τὸ ἀργεῖν, ἢ καὶ τρυφᾶν, ἢ τὸ τοῖς ἀφροδισίοις σχολάζειν. Eadem quoque tradit *Phavorinus.*

*'ΡΑΘΥΜΙ'Α, *segnities*, etiam *laetitia* et *hilaritas.* 3 Macc. IV, 7. ἀντὶ εὐωχίας καὶ νεωτερικῆς ῥαθυμίας τοὺς ἐπιλοίπους τῶν γάμων ἡμέρας ἐν θρήνοις διῆγον, loco convivii et iuvenilis *hilaritatis* reliquos nuptiarum dies per lamenta celebrabant. *Hesych.* ῥαθυμία, ἀμέλεια, κατήφεια, ἀνοχή. Idem fere est in *Suidae* glossario.

'ΡΑΙ'ΝΩ, *aspergo, irrigo.* בָּקַע, *scindo. Inc. et LXX* Iob. XXVI, 8. οὐκ ἔῤῥανε νέφος ὑποκάτω αὐτοῦ. Non male. Nubes enim, si pluviam demittunt, aut terram rigant, rumpi videntur. *Vulg. non erumpant.* Non opus itaque est, ut ἐῤῥάγη legatur, quod alii libri habent, et alius interpretis esse videtur. – זָרַק. Ezech. XXXVI, 20. – נָזָה : הִזָּה, Kal et Hiph. Exod. XXIX, 21. Lev. IV, 17. V, 9. et alibi saepius. – נָזַל, *fluo.* Ies. XLV, 8. αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην.

*'ΡΑΙΦΑ'Ν s. 'ΡΕΦΑ'Ν. Vox Aegyptiaca, quae sec. *Hodium* de *text. bibl. orig. Saturnum* notat, sed ex sententia *Iablonskii Opusc.* T. I. p. 250. et T. II. p. 3-72. *solem dominum* s. *regem coeli.* כִּיּוּן. Amos. V, 26. pro quo ריון legerunt. *Zonaras Lex.* col. 1608. 'Ρεφὰν, εἴδωλον.

'ΡΑ'ΚΟΣ, *panniculus, vestis lacera et detrita.* בֶּגֶד, *vestimentum.* Ies. LXIV, 6. – סְחָבוֹת plur. *distractiones*, h. e. *partes vestium trahendo per terram laceratae et attritae.* Ierem. XXXVIII, 11. ἔλαβεν ἐκεῖθεν παλαιὰ ῥάκη, sumsit inde veteres *panniculos. Hesych.* ῥάκη, ἀποσκορακίσματα, καὶ ἀποσπάσματα, ἱμάτια. *Suidas:* ῥάκος, τὸ τριβώνιον.

'ΡΑΚΩ'ΔΗΣ, *panniculosus, lacer, detritus.* קְרָעִים plur. *scissurae, fragmenta. Al.* Prov. XXIII, 21. ῥακώδης.

'ΡΑ'ΜΜΑ, *sutura*, etiam *filum.* חוּט, *filum, quo consuitur. Inc.* et LXX Iud. XVI, 12. *Aqu.* Gen. XIV, 23. In utroque loco ῥάμμα notare videtur *id quo consuitur.*

'ΡΑ'ΜΝΟΣ, *rhamnus, spina alba.* אָטָד, *cynosbaton.* Iud. IX, 14. 15. Ps. LVII, 9. ubi pro ῥάμνον scribendum est εἰς ῥάμνον. Certe *Hieronymus* (qui, ut e verbis sequ. *quasi in ira*, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ, apparet, LXX secutus est) habet: *antequam crescant spinae vestrae in rhamnum.* Vide infra s. v. συνίημι. *Symmachus* habet: ὥστε γενέσθαι ῥάμνος, qui legisse videtur: לְאָטָד. Vide et *Ep. Ierem.* v. 60. *Suidas:* ῥάμνος, ἀκανθῶδες φυτὸν μέγιστον. Πᾶσαν δὲ ἁμαρτίαν ἄκανθαν καλεῖ ἡ γραφή. Desumta haec sunt ex *Theodoreto* ad Ps. LVII, 9.

'ΡΑΝΙ'Σ, *stilla, gutta*, pro ῥαντὶς, a ῥαντίζω, *aspergo*, vel a ῥαίνω, idem. Sap. XI, 23. ῥανὶς δρόσου ὀρθρινὴ, *gutta* roris matutina. *Hesych.* ῥανὶς, σταλαγμός.

*'ΡΑ'ΝΤΗΣΙΣ, *aspersio.* נִדָּה, *separatio, aspersio.* Zach. XIII, 1. sec. ed. *Compl.* Sed fortasse ibi legendum ῥάντισις.

'*ΡΑΝΤΙ'ΖΩ*, *aspergo*, i. q. ῥαίνω. חִטֵּא Pih. *expio*: Ps. L, 8. - הִזָּה. Lev. VI, 27. 2 Reg. IX, 33. *Suidas*: ῥαντίζω, αἰτιατικῇ, ῥαίνω.

'*ΡΑΝΤΙΣΜΟ'Σ*, *aspersio*. נִדָּה, *separatio*, it. *aspersio*. Num. XIX, 9. 13. 20. 21. *Aqu. et* LXX Zach. XIII, 1.

'*ΡΑΝΤΟ'Σ*, *aspersus*, *variegatus*. Speciatim τοῖς ὁ ῥαντὰ sunt, quae ab Hebrais eleganter בְּרֻדִּים dicuntur, i. e. *grandinata*, s. *exiguis maculis albis*, *grandinis instar*, *respersa*. נָקֹד, *punctatum*. Gen. XXX, 32. πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, omne quod albo distinctum et *variegatum* est in agnis. Vide et v. 33. et 35. *Hesych.* ῥαντὸν, ποικίλον. Ita et *Suidas*, ad quem ita notat *Küsterus*: 'Ραντὸν *proprie sparsum. At* τροπικῶς *notat rem maculis vel coloribus distinctam, vel quovis modo variegatam, qua significatione vox ista crebro occurrit apud LXX Intt., qui vocem hebr.* נָקֹד *nunc* ῥαντὸν, *nunc* ποικίλον *interpretantur. Pari sensu et apud Latinos* sparsum *interdum accipitur. Seneca de Benef. lib. IV. c.* 6. *tectum nitidius auro et coloribus sparsum*, *h. e. distinctum. Ovidius de pico ave: sparsitque coloribus alas*, *h. e. distinxit.* Conf. *Salmasium* ad *Hist. Aug. Scriptt.* T. I. p. 979. ed. *Hack.* - נְקֻדָּה. *punctum. Al.* Cant. I, 11. ῥαντῶν. - עָקֹד, *maculosum*. Gen. XXX, 35. - Vide alibi σποδοειδής.

*'*ΡΑ'Ξ*. Vide infra s. ῥώξ. *Hesych.* ῥὰξ, ῥάγα, ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥῶγα καλοῦμεν. *Photius*: 'Ρὰξ, θηλυκῶς ἡ ῥάξ. 'Ο δὲ ῥὼξ καὶ βαρβαρισμὸς καὶ σολοικισμός.

